- suam. Tale est ēt quod paulopost dicit, Habe bat oīu folia, surculum in ore suo. Et non apposuit reuerti ad eū amplius. locutio est familiariſſima scripturis. Quod scriptum est, 24 Et non adjiciam adhuc maledicere super ter ram. simile est superiori, Et non apposuit reuerti ad eum. Et non adjiciam percutere omnem terram. ipsa locutio est. Etenim sanguinem vestrum animarum vestrarū cum sufficeret, aut sanguinē vestrum, aut sanguinem animarū vestrarum. Hoc signum testamenti quod ego ponam inter medium meū & vestrum, quod est inter me, & vos. Hic erat gigas venator contra dīm Deum. Incertū est vtrum polsit accipi coram dño Deo: quia & sic solet intelligi quod Græce dī ἐπτλανίο. Vnde exiit inde Philistijm cum sufficeret, vn G de exiit Philistijm. Et erat omnis terra labiū 30 vnū quod vñtata nos dicimus, lingua vna. 31 Et erat omnis terra labium vnum. Notandū 32 omnem terram, appellatam omnes homines Gen. II. qui tunc erant, quanuis nondū in omni terra. Et facti sunt illis lateres pro lapide. Græcus habet, Et facti sunt illis lateres in lapidē. 33 Quod si Latine diceretur, locutio minus intelligeretur. Venite ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput erit vñque ad cœlum. Secundū hyperbolēn dictum est, si locutionis genus hic accipiendum est: si aut vñq; ad cœlum proprie dictum accipitur, inter quætiones consideretur. Quod quidam La 35 tini codices habent, Sem filius Noe erat annorum centum cum genuit Arphaxat. Græci 36 habent, Sem filius centum annorum cum genuit Arphaxat: vñbī eclipsis est, q; deest, erat. Sed quod non habent, Filius Noe, sed filius tantum, noua locutio est. Et erat Sara sterili, & non generabat. Cum posset sufficere. 37 Et erat Sara sterilis. Erit ergo cum te vide rent Aegyptij dicent, Quia vxor illius hæc. 38 Genere locutionis adiunctum est, quia: nam sufficere potuit, Vxor illius hæc. Quod ait H scriptura, Factum est autem statim vt intrauit Abraham in Aegyptum. Sufficeret, Statim autem vt intrauit Abraham in Aegyptū. Quid hoc fecisti mihi, quia non annunciasti mihi, quia vxor tua est. Cum sufficeret, non annunciasti. Et ipsam annunciasti, more scripturarum dictum est. nam Latini ha 39 bent plerique, non dixisti. Ascendit autem Abraham de Aegypto, ipse & vxor eius. Gen. 13. 40

& oīa eius: & Loth cū eo in desertum. Sub-
auditur, ascenderunt. Nec tñ proprie dicif
ascendisse cū eo quod habebat exanime, si-
cut aurī & argētūm, & oīs supplex: ac per
hoc intelligitur hic locutio q̄ vocatur Grēce
zeugmatica eclipsis. Et facta est rixa inter me-
diū pastorū pecorū Abraham & pecorum
Loth. Vnde Latini codices penè oēs nō tran-
stulerunt istā locutionē: sed ita loquuntur vt
consuetudo nīa habet, & nobis deinceps eā
notare nō placuit: ipsa est. n. per oīa in Grē-
ca scriptura, vbi tale aliquid dicit. Qm̄ hoīes
fratres nos sumus, Abrahā dixit ad Loth. Vn-
de intelligitur morē esse scripturæ ita loqui,
vt fratres appellētur vnius cognationis, et si
gradu sanguinis differant, vt alter si in su-
periore, alter in inferiore, sicut hoc loco. nā
patruus erat Abrahā. Factū est autē in regno
Amraphel regis Sannar. Secundū nīa locu-
tionis cōsuetudinē sic incipere sufficeret, In
regno autē Amraphel. Ergo quod ait scriptu-
ra, Factum est aut more suo locuta est. Quar-
44 todecimo aut anno Chodollgomor & re-
ges, qui cū eo. Subaudiſ, erant. Vn à quibus-
dā Latinis et additum est. Et Choreos qui in
mōtibus Seir. Subaudiſ, erāt. Adueniēs autē
eorū qui euaserūt quidā nunciauit Abrahā
transfluviali, ipse aut̄ habitabat ad querum
Mambre, Emor fratrī Eschol, & fratrī Aunā
qui erat cōiurari Abrahā. Obscurū hyp-
baton, ordo est. n. Adueniens quidā eorū qui
euaserūt Emor fratrī Eschol & fratrī Aunā
qui erant coniurari, nunciauit Abrahā trans-
fluviali: ipse aut̄ habitabat ad querū. Hoc hy-
perbaton obscurius fit et̄ per eclipsin. Cū n.
dictum esset, Quidā Emor fratrī Aunā non
dictum est qđ fratrī, sed intelligitur, filius.
Sicut cū dī, Jacobus Alphai: quanuis nō di-
cat filius, nihil aliud intelligit. Et multe sunt
tales locutiones scripturarū vbi filius tacef
47 & intelligitur. Qđ habent quidā Latinī codi-
ces, Ex dixit Abrahā ad regē Sodomorū, Ex-
tendā manū meā ad Deū altissimū, qui crea-
uit cēlū & terrā, si asporro v̄lq; ad corrīgā
calciamentū fefellit interpretē, quod Grēcus
ωτεπτον, qđ Latine filū intelligit, vt ista scri-
pturarū locutio fit. Extendā manū meam ad
Deū altissimū, qui creauit cēlū & terrā, si ac-
cipiā de oībus tuis. Si. n. pro eo dixit, Exten-
dam manū meā ad Deum altissimum: ac si
diceret, Iuro: non est in Latino visitata locu-

tio: nisi ita dicatur, Extendo manū meā ad
Deū altissimū me nō accipere de oībus tuis.
Sciendo scies, quia peregrinū erit semē tuū
in terra. Locutio quidē scripturarū est vīta-
tissima. Sed Grēci habēt, sciēs scies, quod pe-
nē tantūdē est. Et dedit eam Abrahā viro suo
ipsi vxorē. Plus habet ipsi. Cum autē vīdit se
conceptū habere, l̄preta sum corā illa. Grē-
ci habent hoc loco participiū, qđ Latina lin-
gua non hēt: hoc est idōv̄z. Sed tanquā si di-
ceretur. Videns autē conceptū habere, spre-
ta sum corā illa, quasi solecismus sonat. Sic
etiam per illud participium quod dictū est
ἰδίωτα ἐπανάντια, pro quo nos dicimus vi-
dens. Qđ Latinī, Augea te nimis valde Grēci
habēt, valde valde. Et dabo tibi & semini tuo
post te terrā in qua habitat, oēm terrā Cha-
naam in possessionē etermā. Videndū vtrum
locutio sit quod dī cit etermā, Grēci habent
εἰδίωτον, Et quod ait, Et semini tuo post te. Ibi
enim voluit intelligit qđ dixerat, tibi. Tu autē
testamentum meum conseruabis & semen
tuum poste in progenies suas. Cōseruabis
pro conserua, promissium pro imperati-
uo mō posuit. Et puer octo dierū circunci
def: ē masculiū pro oīs masculū, quasi
posset circuncidi nisi masculū. Et procidit
Abrahā in faciē & dixit aīo suo dicēs, Si mihi
centū annos habēti naſceſ, & si Sara anno
rum nonaginta pariet. Admirantis esse istā
locationē, nō dubitatis dubitādū nō ē. Abra-
hā autē erat annorū nonagintanouē, cū circū
cīsus est carnē preputiū iui. Nō dixit carne,
aut in carne, Et in boues accurrit Abrahā.
nō dixit ab boues. Abraham autem & Sara se
niiores progressi in diebus. qđ Grēci habent,
progresi dierū. Dixit autem dominus, Cla-
mor Sodomorū & Gomorræ impletus est,
& delicta eorū magna valde Clamorem scri-
ptura solet ponere, p̄ tāta impudentia & li-
bertate iniquitatis, vt nec verecundia: nec u-
more abscondantur. Et dixit, quia non perdā
si inuenero ibi quadraginta quinq;. Super-
fluū videtur, quia & ideo in codicibus non-
nullis Latinis non legitur. Nunquid die si
loquar, subauditur, iraſceris: aut aliquid hu-
iūmodi. Cū euerteret dñs ciuitates in quib.
habitant in eis. In omni loco vbi intraueri-
mus ibi. Et aperuit Deus oculos eius, & vīdit
puteum aquē viuā. Locutio est, nō. n. clau-
fis oculis erat; vnde iā in principio libri lo-
cuti

LOCUTIONIS DE GENESI

cuti sumus , vbi scriptum est , Et aperti sunt
 66 oculi eorum . Et terra in qua inhabitasti in
 67 ea . Et disposuerunt ambo testū , vel testati
 68 sunt ambo . Amat scriptura testamenti nomi-
Gen. 21. ne pactū appellare . Accipe filium tuum di-
Gene. 3. lectum . Illa locutione dictū est , accipe , qua
 etiam ad Agar de filio eius . Et respiciēs Abra-
 69 ham oculis , cum sufficeret , respiciens . Per
 70 memetipsum iurauī , nisi benedicens benedi-
 cam te . Ac si diceret , Per memetipsum iura-
 ui , quod benedicens benedicā te , aut nullo
 verbo auditō simpliciter per memetipsum
 iurauī , benedicens benedicā te , multiplicans
 multiplicabo semē tuum . cum sufficere pos-
 71 set , multiplicabo . Et nunciatum est Abrahā
A dicentes cum consuetudo loquendi habeat ,
 nunciauerunt Abrahā dicentes : aut nuncia-
 72 tum est à dicentibus . Et surrexit Abraham
Gen. 23. à mortuo suo . Non dixit à mortua suā . Et ite-
 rum de eadem . Et sepel iam , inq , mortuum
 meum , quod non neutro quasi corpus mor-
 tuum , sed in masculino genere dictū Græca
 scriptura demonstrat . Et adiurabo te per do-
 73 minum Deum celi , & terrę Græci nō habēt
 per , sed iuro te dominum Deum celi . Cum
 74 quibus ego habitō in eis . Nequādo noluerit
 75 mulier ire mecū . Mulierem fēminam appelle-
 lare proprium est illius linguae . In terrā de-
 76 qua exīsti inde . Attende tibi ne reuoces filiū
 77 meum illuc . His verbis sōlet comminatio de-
 clarari . Et posuit puer manū sub fōmōre
 78 Abrahā , & iurauit ei de verbo hoc . Ergo lo-
 cutione est qua dixerat Abraham adiuro te , ac
 si dixisset , iura mihi . non autē solemus sic lo-
 qui , sed obseruanđū est , vtrū sint inscriptu-
 ris aliæ similes locutiones . Nam quod dixit
 Abraham , si noluerit mulier venire tecū , pu-
 rus eris à iuramento hoc : manifestauit ita se
 dixisse , adiuro te tanquam diceret , iura mihi .
 Quod scriptum est de Rebecca . Virgo autē
 79 erat speciosa valde , virgo erat , vir non co-
 gnouerat eam , ita repetitio commendatio-
 nem virginitatis insinuat . Sed cur additū sit
B vir non cognouerat eam , nisi locutionis sit ,
 mirum si possit accipi ita vt virgo nōmen:
 sit atatis , non integratatis . Græci autem non
 habent , cognouerat , sed cognouit , quod vi-
 80 detur incōlequens . Adorauit domino . quod
 nobis visitatum est dicere , adorauit domi-
 81 num . Quoniam non dereliquit iustitiam &
 veritatem à domino meo ; id est , iustitiam &

veritatē quae est à domino meo : ac si dice-
 ret , quam fecit dominus meus . Et currens 81
 puella nunciauit in domum matris sine qua-
 fi non esset ipsa & patris domus . Et aquam la-
 uare pedibus ipsius & pedibus virorum qui
 cum eo erant . Dominus cui placuit ante ip-
 sum ipse mittet angelum suum tecum , quasi
 non sufficeret , cui placui . an poterat ei pla-
 ceret nisi ante ipsum ? Si tu prosperas viā meā ,
 qua ego nunc ingredior in eam . Cum verba
 sua narraret seru⁹ Abrahā , quae dixit accessu-
 rus ad fontem , ita narrauit . Et erit vigo cui
 ego dixerō , Da mihi bibere pusillū aquæ de
 ydria tua : & dicet mihi , Et tu bibe & came-
 lis tuis hauriam . Hæc mulier est . quā parauit C
 dominus famulo suo Isaac . Quibus verbis sa-
 tis eidēter expressum est etiā mulieres ap-
 pellatas locutione Hebraica quæ virg̃ nes es-
 sent . Et benedixi dominum Deum domini
 mei Abrahā , Honorificent̃ locutio est , &
 familiarissima scripturis , sicut Deus Helia .
 Renunciate mihi vt redeam dexteram aut si-
 nistram . Per dexteram scilicet prosperitatem
 per sinistram aduersitatem significauit , id-
 est , dexteram si concederint , sinistram si non
 concederint . Nam vtq; ea via redditurus fue-
 rat qua venerat . Quam locutionem scriptu-
 rarum etiam cetera earum loca indicabunt :
 quia dextera nomina in omnibus bonis , sini-
 stra in malis : siue felicitas & infelicitas , siue
 iustitia & iuriustitia : & aliquando dextera in
 eternis sinistra in temporalibus . Hæc sunt 89
 nomina filiorum Israel secundum nomina Gen. 25.
 generationes eorum . Tanquam dixisset , Secū-
 dum quae nomina generationes eorum ap-
 pellatae sunt . Accepit Rebeccam filiam Ba-
 tuel Syri de Mesopotamia sororem Laban
 Syri sibi in vxorem . Cum posset dici tantum
 modo , Vxorem , aut sibi vxorem . Et ei erant 90
 gemini in utero eius . Cum posset non addi-
 quod dictum est , eius . Creuerunt autem iu-
 uenes . Et talis locutio & apud authores le-
 culares , sicuti est , Et scuta latentia condunt ,
 id est , condendo latentia faciunt . Sic & hic ,
 Creuerunt iuuenes , cum infantes essent ,
 intelligitur crescendo facti sunt iuuenes . Ia-
 cob ad Esau , Vnde mihi hodie primoge-
 nita tua mihi , Sic enim habent codices Græ-
 ci . Videntes vidimus , quia est dominus 93
 tecum , & disponemus tecum testamentum . 94
 Amant scripture pro pacto ponere testa-
 mentum ,

mentum; id est, *διαθήκη*, quod Latini habet, Et disponemus tecū testamentū ne facias nobiscū malum: tāquā diceretur; Ut pacis ceris nō facere nobilcū malum. Et vocavit filium suū seniorem Esau, & dicit. Hoc loco senioris nō nomen non significat *ātatem* grauem, sed ex comparatione maiorē. Nunc ergo sume vas tuū, pharetramq; & arcū. Non dixit vasa sed vas. Quod aut̄ intelligi voluit, non apparet, nisi forte locutio est, vt per vas pharetrā voluerit intelligi, & exponendo quid dixerit vas, adiunxit pharetramq; & arcum, Tanquā dixerit, Sume vas tuū & pharetrā: veluti si diceret, Sume vas tuū. i. pharetrā. Deinde aliud, & arcum, quod nō ad aliud vas ptingeret quod est pharetra. Aut certe pharetrā & arcū vas voluit appellare, singularem ponēs numerū pro plurali, tanquā si diceret, Accipe vestem tuā: quo nomine intelligeremus plures vestes, sicuti intelligimus militē pro militibus, & multa sunt talia. Exi in campū, & venare mihi venationem. Et vade ad oves sume mihi duos hædos teneros, & bonos, Nomine ouī vtriusq; pecoris genus significauit, quod in eisdem pascuis simul erant. Et det tibi benedictionē patris tui Abraham. Isaac dicit filio suo de auo eius patre suo. Exi uit in Mesopotamiam Syrię. Quasi Mesopotamia dicatur nisi Syrię: quāvis hoc Septuaginta habere nō perhibentur Syrię, sed cum asterisco scriptū est. Deus ad Iacob, Nō dereliquā te donec faciā omnia quā tecū locutus sum. Quasi dimissurus eū cum fecerit, nō vtiq; sed locutio est. Surrexit Iacob de somno suo dixit: Quia est dñs in loco hoc, ego aut̄ ignorabam. Plenus sensus est, et si non habeat, Quia. Est hic demōstratio dñi, nō enim dñs in loco hoc, Ac si diceret, Est dñs in loco est. Iacob interrogans quod ait, Nostis Laban filiū Nachor? Cū esset filius Bathuel. Intelligendū est nobiliorem fuisse Nachor, & merito dignitatis eius factum esse, vt de ipso interrogaret. filium aut̄ dici & aui & pro F aui vltra maioris alicuius eū qui ex illo propagatur, vſitatisimae locutionis est. Hinc est quod & Isaac patrem sui appellavit Abraham, sicut paulo ante commemorauit. Adhuc est dies multa, nondū est hora congregandi pecora. Et dedit illi Laban ancillam suam ipsi vxorem. Plenum esset, et si, ipsi nō addetur. Si inueni gratiam ante te auguratus es- sem: benedixit enim. i. ad bonum anguriū te in domo mea haberem. Exaudiet me iustitia Gen. 30. mea in die crastino. i. exaudiri me faciet. Et 103 vidit Iacob faciem Laban, & ecce nō erat ad 109 eū sicut hesterne & nudiustertiana die. Familiarissima in scripturis locutio: Hesterne & nudiustertiana die, pro tempore præterito posuit. Et vidi oculis meis in somno. Cū clausi sint in somno oculi corporis. Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco Dei. Locutio est. An Deus in loco Dei sic accipiendo est, quō pluit dñs à dño filius à patre? Ruidens aut̄ Iacob dixit ad Laban: Dixi enim ne forte afferas filias tuas à me omnia mea. Intravit aut̄ Laban & scrutatus est in domo Lie. Aduerte dum est quō dicatur domus vxoris cum in itinere cōprehēsi sint à Laban. Nisi forte cōsuetudo scripturarū dicit domum pro cubiculo vel tentorio, quō etiā ancillarū domos dicit. Iacob dicit ad Laban, quia scrutatus es omnia vasa domus mea. Nunc vñā domum dicit, cuius membra erat domus vxorum eius & concubinarum: vt intelligatur domus appellatas cum essent cubicula aut tentoria, quos ēt papilioes vocant. Nisi Deus patris mei Abrahā & timor Isaac affuisset mihi. Patrē suum appellat auum suū, sicut ei dixerat Isaac pater eius. Misit aut̄ Iacob nuncios ante se ad Esau fratrē suum in terra Seir, in regionē Edom & mandauit illis dices, Sic dices dñs meo Esau. sic dicit puer tuus Iacob, cum Laban habitauit & demoratus sum usq; modo, & facti sunt mihi boues & asini & oves pueri & puellæ, & misi nunciare domino meo Esau. Non dixit, misi nunciare tibi. Si interrogauerit te Esau dicens, cuius es & quō vadis? & cuius hēc quā antecedunt te & dices pueri tui Iacob. Plenum esset & integrum etiam si, & non haberet. Munera misit domino meo Esau, & ecce ipse post nos. Dicendum autem fuerat vſitata locutione, mūnera misit domino meo tibi aut domino suo tibi. Surrexit aut̄ eadē nocte, & accepit uxores duas & duas ancillas. Hic distinguitur ab vxdribus, quas, prius vxores scripture dixerat, Et accepit duas uxores & duas ancillas. Notādū est quemadmodū dicatur confutidine scripturarū, accepit non enim tunc eas duxit, aut tūc à socero accepit. Quod habent Latini codices, & oves & boues secundantur, Greci hñt ſtantur super me. Quod

LOCUTIONIS DE GENESI

ea significatione dictum est, ut intelligas super
 sollicitudinem vel curam meam: quo solemus lo-
 qui cum dicimus, super caput nostrum esse ali-
 quid cuius maxima cura gerimus. Et filii Ia-
 cob venerunt de campo, Et cum audisset co-
 pucti sunt viri, & triste erat illis valde quod
 turpe fecerat in Israel, quod dormisset cum filia
 Iacob, & non sic erit. Difficile talis locu-
 tio reperitur in scripturis, non inducta perso-
 na loquenti, scriptorem verba eorum inter-
 posuisse. Non enim ait, & dixerunt: sed hoc ta-
 cito verba dixit eos. Nam qui alijs dicere po-
 tuerunt, & non sic erit nisi qui grauter indi-
 gnati vindictam moliebantur. Notandum quod
Gen. 34. Emor loques de Dina ad Iacob & filios eius
 filiam dicit vestram, non dicit filiam tuam soro-
 rem istorum. In hac similes eribus vobis, &
 habitabimur in vobis. i. inter vos. Appositus
 enim erat filiae Iacob. i. amabat eam. Et filius
 eius Sichem interfecerunt in ore gladij. ac si
 diceret, gladio. Quae abstulerunt filij Iacob
126 de ciuitate Sichimorum Salē cum eam expa-
 gnassent, sic enumerant, Oves eorum, & bo-
 ues eorum, & asinos eorum quaecunq; erat in
 ciuitate, & quaecunq; erat in campo tulerunt,
 & omnia corpora eorum captiuauerunt, & di-
 xipuerunt quaecunq; erant in ciuitate, & que-
 cunq; erat in dominibus. Inter hanc omnia non
 sat is intelligi quid dixit, & corpora eorum.
 neque n. suis picandum est, quod corpora abstlu-
 lerunt peremptorum intelligenda sunt quae cor-
 poraliter possident: vi eorum sit executio pro se
 quitur, & supellecstilem & cetera, sicut in iure
 dicitur, traditio corporum. Quaque Graeci
 οὐρανία seruos appellant visitatis lucu-
 tione, sed quia non οὐρανία, sed οὐρανός hic
 dictum est, non est temere confirmandum, ser-
 uos significatos: fieri tamen potest ut hoc magis
 sit. Cum gentes Edom, id est Idumaeorum come-
Gen. 36. moraret scriptura, & qui in ea regnassent:
 postea dicit, Hec omnia principum Esau secundum loca eorum in regionibus eorum &
 in gentibus eorum gentes appellatas vnius gen-
 tis, propter familiarium multiplicatas genera-
 tiones, cum etiam ipse Edom vocaretur.
 unde & gens quam propagauit cognomina-
 ta est, cuius utique Pater fuit. Cum audisset au-
 tem Ruben, liberauit eum de manibus eorum &
 dixit, non feriamus eum in anima. Non ergo liberauit eum, & inde hoc dixit; sed hoc
 dicendo eum liberauit. Prius ergo dixit, libe-
 rauit eum, & deinde breui récapitulatione
 quomodo cum liberauit, insinuat. Non feria-
 mus eum in anima. hoc loco nomine anima
 vitam corporis animati significat, per efficiē-
 tem id quod efficitur. Secundum hoc videri
 potest etiam ad diabolum dictum esse de Iob, Ani-
 mā eius ne tangas. i. ne occidas eum. Nā fecun-
 dum illā significationē qua natura anima cō-
 memoratur à dño dicitur, Nolite timere eos
 qui corpus occidunt, animam autem non
 possunt occidere. Quod Iudas dicit, Manus
 autem nostre non sunt super eum. hoc est quod
 dici à nobis solet, manus eius non inferamus.
 Quoniā frater noster & caro nostra est. non
 aliud, sed bis idem dictum est, tanquam
 exponendo quid sit frater noster, id est caro
 nostra, quod ex eadē carne fuerant procreati.
 Occiderunt hēdum caprarum. Sic solet lo-
 qui scriptura, Quē admodum in Psalmo. Si-
 cut agni ouium: quasi possit esse aut hēdus
 nisi caprarum, aut agnus nisi ouium. Et nun-
 ciatum est nurui eius Thamar, dicentes. Dicē-
 dum autem fuit, Nūnc iauerunt dicētes. Et de
 positis vestimentis viduitatis suæ a se. Quid
 minus esset, si non adderetur a se? Et non ap-
 posuit amplius scire eam, pro eo quod est mi-
 sceri ei. Et inuenit Ioseph gatiā in conspectu
 domini sui. Hac locutio nulli est ignota in
 in scripturis. Et nesciebat quod circa eum erant.
 Apud Graecos visitata est vulgo locutio, apud
 nos recta non est, sed nesciebat aliquid dici
 mus. Prēter panem quem ipse edebat. Per panem
 utique oīa intelligi voluit ad victimum eius per-
 tinentia. Vnde pro quotidiano victu, panis
 solus positus intelligitur in oratione domini
 ca. Et misit vxor domini eius oculos suos in
 Ioseph. Solet & apud nos vulgo esse visitata
 locutio pro eo quod est Amavit eum. Et ait,
 dormi mecum, Et ista visitata est locutio, pro
 eo quod est concubine mecum. Et dedit car-
 ceris custos, carcerem per manum Ioseph,
 pro eo quod in manus Ioseph, per quod sig-
 nificat in potestatem. Et dixerunt somnium vi-
 dimus, & non est qui interpretetur illud. Cu[m]
 somnium suum unusquisque vidisset, non di-
 xerunt somnia vidimus, sed somnium vidi-
 mus. Tres fundi, tres dies sunt, non dixit
 tres dies significant. Et multum haec locu-
 tio notanda est, vbi aliqua significantia earum
 rerum quas significant nomine appellantur.
 Inde est quod ait Apostolus, Petra autem erat
1. Cor. 10.
 Chri-

Christus, non ait, *Petra significabat Christū.*
 144 *Et dabis calicē Pharaoni in manu eius cum plenū esset, et si nō adderetur, in manu eius.*
 145 *Et auferet Pharao caput tuū abs te. Plenum esset etiam si non haberet, abs te. Et manduca bunt aues cęli carnes tuas abs te. Similis superiori locutioni. Et factum est post biennium*
 147 *dierum. Quid minus esset si non haberet, di- rum? Surrexit autem Pharao, & non erat somnium. Amant scripture sic loqui de somnijs, cum fuerit euigilatum, tanquam reddita homini veritate vigilantiū, tunc illud appareat somniū, quod cū videret, quasi veritas fuit.*
A 149 *Peccatum meū recordor hodie. Pharao iratus fuerit pueris suis, & posuit nos in carcere. Ille loquebatur tanquā de altero. Et vidi- mus somnium ambo nocte vna, ego & ille. quasi non sufficeret, q̄ ambo dixerat. Deinde & hic vidimus somniū dicit, nō vidimus*
 150 *somnia tanquam vnum ambo vidissent. Fa-ctum est autem sicut comparuit nobis, ita & contingit. Factum est autem, sic solet scriptu-ra ponere: nam plenum esset. Sicut enim cō- paruit nobis, ita & contigit. Quales nunquā vidi tales in tota terra Aegypti turpiores, Di-ci autem posset more nostro, quibus nunquā vidi turpiores, aut quales nunquam vidi, aut*
 151 *nunquam vidi tales. Exurgens aut̄ dormiui.*
 152 *exurgens ait, pro expurgiscens. Quanta Deus facit ostendit Pharaoni. Cū illi loqueretur, tanquam de altero dicit. Et consumet fames terram. Pro, homines qui sunt in terra. Nunc ergo vide hominem prudentem & intelligē tem, & constitue eum super terram Aegypti, & faciat Pharao & constituat locorum. Prin-cipes super terram. Quasi alias sit cui dixit, Prouide hominē prudentem, & alias de quo dixit, Constituat Pharao. Congregetur triti-cum sub manu Pharaonis, i. sub potestate. Ta-men thronum præcedam tui ego. Sic se ha-bent verba in Græco, q̄ dixit Pharao ad Ioseph, sed p̄cedā tui: visitata est apud Græcos locutio, apud nos aut̄ dī p̄cedam te. Illud vero, Præcedam te thronum, nec apud Græcos visitata perhibetur, sed p̄cedā de throno, id est honore sedis: q̄ intelligitur, p̄cedam te regno: hoc. n. illi & postea dicit. Ego Pharao fine te nemo extollet manum suā super om-nē terram Aegypti tanquā diceret, Ego sum Rex, tu aut̄ Princeps vel præpositus Aegy-pti. Pharao quippe non hominis nomen est,*

sed regie potestatis. Videns aut̄ Iacob, quia est venditio in Aegypto, dixit filii suis. Qua-re segnes estis? Ecce audiui quod est uēditio in Aegypto. Notandum quia id quod audis-se se dicit, vidisse eū scriptura dixerat. Emit-te nobis pusillas escas ut uiuamus & non moriamur. Vnum horum sufficeret, aut ut uiuamus, aut ut non moriamur. Pacati sumus, nō sunt pueri tui exploratores, quasi de alijs di-xerint. Non sunt pueri tui exploratores: cum possent dicere. Non sumus: honorificentia-sit more maxime ita loquebantur. Duode-cim sumus pueri tui fratres in terra Chanaā, cum posterius dicant, q̄ unus eorum nō sit, ipsum, s. Ioseph non esse existimantes, i. peris *Gen. 35. fe.* Hac locutione dictum est et illud, Hi filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia, cū ibi non fuerit natus Benjamin. *Quod aut̄ di-xerunt, sumus in terra Chanaan, cum eo tē-* *ibidem.*
 153 *pore quo loquebantur in Aegypto essent, su-mus dīctū est, pro habitābus. inde enim ue-nerant illico reddituri, ibi cōmemorātes. Hoc est quod dixi uobis dicens, q̄ exploratores estis. Quid deesset, et si non adderet, dicens Ipsi uero ite ducite emptionem tritici uestri. Ducite pro eo quod est fert. Quia. n. ducun-tur iumenta in quibus fertur, etiam hoc du-ci dictum est. Nonne locutus sum uobis di-166 cens, Ne noceatis puerō & non exaudistis me? Notandum exauditionem non eaq̄ sol-164 lam dici qua exaudit Deus. Ipsi aut̄ ignor-a-bant quia audit Ioseph, audit pro intelligit. Nam uoces audit utique aure etiam qui non intelligit lingua. Repetitur illa locutio q̄n narrant patri suo quid eis acciderit in Aegy-pto, & quid dixerint ad Ioseph, Duodecim sumus fratres filij patris nostri, unus non est, pusillus autem cū patre nostro hodie in ter-ra Chanaan. Multa in his paucis uerbis gene-ra locutionū sunt, & illud q̄ pauloante me-moraui, duodecim sumus cū ipsi dicāt, unus non est: Et filij sumus patris nostri, quasi pos-sent esse filij nō patris sui. Pusillus aut̄ cū pa-tre nostro hodie in terra Chanaan, nec dixe-runt, est, aut̄ aliquid huiusmodi. Deinde no-tandum est, quod maxime necessariū uidetur pp Euangelistarum narrationes, quomodo cum ea quae dicta sunt dicta esse narrātur, nō omnino eodem modo repeuntur, cum ta-men in diuersitate uerborum nihil sententiae depereat ueritatis. Nam q̄ dixerunt dictum*
B *E a sibi*
 154 *Gen. 42. sine te nemo extollet manum suā super om-nē terram Aegypti tanquā diceret, Ego sum Rex, tu aut̄ Princeps vel præpositus Aegy-pti. Pharao quippe non hominis nomen est,*

LOCUTIONIS DE GENESI

sibi esse à Ioseph, & in terrā mercamini, nō
 inuenitur ab illo dictū. Sine mendacio autē
 dixerunt, q̄ ex verbis quæ dixerat in eius vo-
 luntate cognouerant Neque.n. verba sunt ne-
 cessaria nisi ad exprimendā, & in audiētū
 notitiā perferendā quantū possumus volun-
 tam. Et erat vniuerscūsq; alligatura argenti
 in facco eorū. Non dixit in facco eius, aut in
 fassis eorū, sed quasi vnum saccus omniū es-
 set. Super me facta sunt omnia hæc, i. me mi-
 seria onerant. Ait aut illi Iudas, dicēs. Potuit
 Gen. 43. plenum esse & si nō haberet, dicens. Interro-
 gans interrogauit nos homo. Absidua est ta-
 lis locutio in scripturis, interrogans interro-
 gauit nos homo, aut interrogando interro-
 gauit, & si qua similia. Mecum.n. manduca-
 bunt hoës meridie panē. Nūquid panes tñ?
 Sed ab eo quod excellit & cetera est cōplexa
 locutio. Mecum.n. manducabunt hoës me-
 ridie. Quod dicit meridie, prandī significat
 q̄ sit medio die: hoc est. n. meridies. Ut acci-
 piās nos in seruos & asinos nostros. Non vi-
 que subauditur seruos, Nā quod Latini codi-
 ces seruos habent, in Græcis ταῦδε legitur,
 q̄ nullo modo asini possunt esse. ergo asinos
 nostros tantummodo accipiās subauditur. Ape-
 riūmus faccos nostros, & hoc argentū vnius
 cuinsq; in facco suo, Non addidit inuentū
 est: aut apparuit, aut erat, aut aliiquid hmōi.
 176 Proprius vobis, nolite timere. In his verbis
 quibus dictum est, proprius vobis, duo ver-
 ba sunt quæ subaudiuntur, & sit & Deus. Ple-
 num est. n. proprius sit vobis Deus, q̄ omni-
 no in Græco vistatisimū est. Saluus est puer
 tuus, pater noster, adhuc viuit. Hic expresi
 ostendit pueri non in seruum solere si-
 gnificari. Non. n. in illo sene posset hoc esse
 nomen atatis. Non poterant Aegyptij man-
 ducale cum Hebreis panes: abominatio est
 enim Aegyptij. Illa locutio frequentatur, vt
 in panibus oēs esca intelligentur. Magnifica
 179 facta est aut pars Beniamin p̄r partibus
 F omnium quintupliciter ad illorum. Iā quia
 180 dictum erat p̄r partibus omnium potuit nō
 dici ad illorum. Inueniens autē eos dixit, se-
 cundum verba hæc potuit dicere, dixit eis
 verba hæc. An forte nō locutionis genus est,
 sed interest ē sñia. Aliud. n. est ipsa verba di-
 cere, aliud secundū ipsa: vt quæcunq; alia di-
 cta fuerint eadem sñia teneatur, quæ in illis
 verbis cōprehensa est, hoc secundū ipsa, etiā
 si non ipsa. Sed quia sequitur illis respondē-
 tibus, Vt quid loquitur dñs secundum verba
 hæc, qui vtique dicere debuerunt vistato mo-
 re, vt quid loquitur dñs verba hæc, constat es-
 se locutionis genus. Absit à pueris tuis facere
 secundū verbū hoc potuerunt dicere, absit
 à nobis, sed illa honorificētia est vistata scri-
 pturis sic dicere tanquā de alijs: pueri autē
 pro seruis dictū est. Et nos autē erimus serui
 dñi nostrō. Etiam hic, πειδες Græci habent,
 hoc est pueri, quod tam alsidue scriptura p
 seruis ponit, vt difficile inueniatur non isto
 nomine appellare seruos. Qūo autē ascēdam
 ad patrem, cum puer non sit nobiscū, vt nō
 videam mala quæ inuenient patrem meū?
 Magis consuetudo loquēdi exigebat dici, vt
 videam mala quæ inuenient patrem meū? hoc
 est, qūo ascendam vt videam? Nouo itaque
 loquendi more id quod dixit, ac si dixisset,
 non. Sic. n. vistatus ordo iste verborum est:
 Non ascēdam ad patrem, cum puer non sit
 nobiscum, vt non videam mala quæ inueniēt
 patrem meū. Qūo fleuit Ioseph cum recon-
 gosceretur à fratribus suis, ait scriptura. Au-
 dierunt autem oēs Aegyptij, & auditum est
 in domo Pharaonis: deinde sequitur quod
 narrabat, Dixit autē Ioseph ad fratres suos.
 Prius itaque scriptura dixit, quod postea fa-
 ciatum est. Hoc. n. fama celebritate accidit, vt
 omnibus Aegyptijs notum fieret, & postea
 renersa est narratio ad id quod dicebāt bre-
 ui recapitulatione. Et dinulgata est vox in do-
 mo Pharaonis dicentes, Venerunt fratres Io-
 seph, dicentes posuit pro dicentium. Vox e-
 nem dicentium diuulgata est, venerunt fra-
 tres Ioseph. At ille respondit, quod dicit. Or-
 do est, At ille respondit dicens, quod est.
 Deus dixit ad Jacob, Ego descendam tecum
 in Aegyptum, & ego ascēdere te faciam in
 finem. Sic habent Græci, quod Latini habēt,
 & ego deducam te in finem. Iudam autē mi-
 fit ante se ad Ioseph, vt venirent sibi obuiam H
 iuxta heroum ciuitatem. Nescio vtrum he-
 roum nomen facile in scripturis reperiatur.
 In verbis Ioseph quibus ait ad fratres suos,
 Ascendens nunciabo Pharaoni & dicam ei,
 Fratres mei & domus patris mei qui erant
 in terra Chanaan, venerunt ad me: viri autē
 sunt pastores. Viri enim pecorum nutritores
 erāt, & iumenta & oves & oīa sua adduxerūt.
 Qđ interpositū est, viri. n. pecorum nutritio-
 res

181

182

G

183

184

Gen. 45

186

Gen. 46.

187

19

Gen. 47

188

H

189

Gen. 48

200

res erat, ex persona sua scriptor interposuit, &
 redit ad verba Ioseph adiungendo & iumenta
 & omnia sua adduxerunt, ut ordo sit
 verbis Ioseph. Viri autem sunt pastores, &
 iumenta & oves & omnia sua adduxerunt. Di-
 xit autem Pharaon ad Iacob, Quot anni dierum
 vita tua? subauditur sunt. Pusilli & maligni
 fuerunt dies annorum vita mea, Pusillos pro
 paucis positum est. Neque n. vita mea quod cetero
 rum dies possunt esse horarum spacio breuior
 res. Hoc autem Iacob ex cōparatione dixit vita
 maiorum suorum. Nam vtiq; centū triginta annos
 quos ille iam agebat, nemo nunc viuit.
 192 Triticū secundū corpus. i secundū numerū
 corporum: Per corpus etenim, numerum
 corporū: per numerū corporū numerū ho-
 minum significat. Invaluerat autem fames valde
 & defecit terra Aegypti. Terra posuit pro ho-
 minibus qui erant in terra. Venerunt autem oīs
 Aegyptij ad Ioseph dicētes, Da nobis panes.
 Panes per triticū significat locutione p. id qd
 efficitur, id qd efficit. Et facta est terra Pha-
 raoni, Nō autem Pharaonis, amat sic loqui scri-
 ptura sicut in Psalmo dictū est, Et custodiuit
 legem tuam, hæc facta est, mihi, quia iustifica-
 tiones tuas acquisiui. De lege Dei dixit,
 196 Hæc facta est mihi. i. in meā utilitatē. Præter
 terrā sacerdotū tatum non possedit Ioseph.
 quasi dixisset, præter terrā sacerdotum tm,
 oīm possedit Ioseph. Et posuit illis Ioseph
 in præceptū usque in hodiernū diē in terra
 Aegypti, ut prætent quintas Pharaoni. Hinc
 intelligit Pharaonis nomen pratis fuisse re-
 galis, quod dixit usque in hodiernū diē. Nō
 enim illi q. tūc fuit, præstare poterat Aegy-
 ptij usq; ad illū diē quo ista scribeban, qn il-
 le nō iā viuebat. Et fuerunt dies Iacob anno-
 rum vita eius, Dies annorum sepe dicit scri-
 ptura, cum semel posset annos dicere. Quod
 198 scriptum est, Nunciatum est Ioseph, quia pa-
 ter tuus turbatur, Aliqui codices habet vexa-
 tur, aliqui cōstuantur, aliud alij, sicut interpretari
 Latini potuerunt, quod Graece scriptū
 est. ἐνολέται. Ideo autem turbatur accom-
 modatius dici videf, quia hoc dici solet de
 ijs qui afflictione corporis morte propin-
 quate iactant. Ex hoc etiā turba ὡχλη dicif.
 Est. n. turba multitudine inordinata, nō sicut
 populus qd δῆμος dicif, nec sicut plebs qd
 200 ἀδεις dicif, sed sicut ὡχλη qd turba dī. Iacob
 benedicēs nepotes suos filios Ioseph, ait in-

ter cetera, Et inuocabīs in his nomē meū &
 nomē patrū meorū. Vnde notandum est nō so-
 lū exauditionē, sed et inuocationē dici ali-
 qn quā nō Dei, sed hominū sint. Hinē. n. pri-
 mitiuus minus habet est, secundum codices

201

Græcos in bñditione Ioseph ait inter cetera
 Iacob, Inde qui cōfortauit Israel. mirū si

202

nō subauditif, est: vt planū sit Inde est qui cō-
 fortauit Israel. Quod scriptū est, Dixit Ioseph seruis suis sepulchoribus ut sepelirent pa-
 trē eius. nō inuenit lingua Latina quēadmo-

203

dū appellaret ἐπαφίασαι. Nō n. ipsi sepeliūt
 id est terrae mandant corpora mortuorum,

L

qd non est Graece ἐπαφίασαι, sed ἐπαφα. Il-
 li ergo ἐπαφίασαι id agunt quod exhibetur

corporibus humādis, vel cōdiendo vel sic-
 cando, vel inuoluendo & alligādo, in quo

ope maxime Aegyptiorū cura p̄cellit. Qd
 ergo dicit et sepelierūt, curauerūt intellige-
 re debemus. Et qd dicit quadraginta dies se-
 pulchre, ipsius curationis accipiedē sunt. Se-
 pulcus. n. ille nō est nisi vbi mādauerat sepeli-
 ri: Loquimini in aures Pharaonis locutio est

204

usitata scripturis. Et dixit Pharaon ad Ioseph,
 Descēde & sepeli patrē tuū. Etiā si p. potētes

205

illos p. quos Ioseph mādauerat Pharaon, di-
 xit, qd perferrent ad Ioseph, nō vtiq; dixit ni
 si ipsi Ioseph. Vn illud est in Euāgelio, quod

vñ Euāgelistarū dicit Centurionē venisse
 ad dñm & dixisse illi, Puer meus iacet in do-
 mo paralyticus. Alius autem totū diligētius nar-
 rās, amicos eū ad dñm misisse cōmemorat qd

Matt. 8.

hoc ei diceret, In qbus amicis vtiq; ipse ve-
 nit, cuius in eis volūtas p̄sens fuit. Vnde est,
 Qui vos recipit, me recipit, & qd me recipit,

Luke 7.

recipite eū qd me misit. Planxerūt eū planctū
 magnū & validū. Plāxerunt plāctū nō plāxe-
 rūt plāctū, locutio est in Latina lingua non

Mar. 10.

ignota sicut dī, seruitū seruiuit, militiā mi-
 litauit, & similia. Et redditione reddet nobis

206

oīa mala qd ostēdimus ei. Ex hac locutione
 ait, & Apōstolus Alexāder ἀρari multa ma-
 la mihi ostēdit. Ostēdimus. n. dictū est, vel

207

ostēdit, p eo qd est facimus, vel fecit. Accipe

2. Tim. 4

iniuitatē seruorū Dei patris tui. Noua locu-
 tio ē, accipe iniuitatē p ignosce, aut remit-
 te, aut obliuiscere. Sed puto inde esse dictū

208

accipe, ac si dicere, & quo aīo accipe, hoc
 est, noli indigne ferre. Et venientes ad eū dixe-
 rūt. Nō iterū venerunt, sed quod dictum fuit

209

iterū dictum est, Solet hoc facere scriptura.

LOCUTIONIS DE EXODO,

D. AVRELIA AVGUSTINI
Locutionis de Exodo.

LIBER SECUNDVS.

BT inualescebat valde valde.
Quid quod dicitur est de obste-
tricibus, & fecerunt sibi domos
quā timuerunt Deū. Prædictū
est enim. Benefaciebat Deus
cū obstericibus. Et ad hoc videtur pertine-
re q̄ fecerant sibi domos timendo Deū tan-
quā beneficia Dei ad hoc eis p̄fuerint ut fa-
cerēt sibi domos. Nunquid antea non eas ha-
buisse domos intelligendum est? An ad diui-
tias hoc verbū pertinet, vel potius ad aliquas
rei familiaris idoneas facultates? Huic enim
simile videtur, quod ait etiā Iacob post qua-
tuordecim annos seruitus suæ socero volé-
Gn. 30. ti eū adhuc apud se tenere. Nunc ergo q̄ si fa-
ciam & ego mihi domū, dixerat enim quod
creuerint pecora Labā sub illo: Sicut & ipse
Laban confessus fuerat dicens, Benedixit me
Deus introitu tuo. Cum ergo dicit, quando
faciam & ego mihi domum? subintelligitur,
sicut & tu. Hoc videtur enim valere quod ait
& ego ut ad ipsam domum faciédam videa-
tur pertinere quod consequenter ad Laban
merces ipsa statuenda proponitur. Et omne
femininū viuiscare illud. Sic enim habent
Graci, Latini non habent, illud. Erat autem
quidam de tribu Leni, & lumen sibi de filia-
Exo. 2. bus Leni. intelligitur vxorem: quod quidam
Latini interpretes etiam addendum putau-
runt. Sequitur autem, Et habuit eam & con-
cepit. Quid sit tibin, ideo difficile est nosse,
quin nec Gracus interpretes ex Hebreo, nec
Latinus ex Graco verit hoc nomen, sed trā-
stulit ut inuenit. Timuit autem Moyses & di-
xit, Sic diuulgatum est verbū hoc. Duo sunt
in hac locutione attendenda. Primo, quia p̄
det sententia, & sic dimissa est: Deinde, quia
verbum pro facto posuit. Et respexit filios
Israel & innotuit illis. Pro eo possum est in-
notuit, quod egit in eis, quibus Dei curam
erga se intelligerent. Videns vidi afflictionē
populi mei qui est in Aegypto. Et dixit Moy-
ses ad Deū, Quis sum, quia ibo ad Ppharao-
nem regem Aegypti, & qui reducam filios
Israel de terra Aegypti? Dixit autem, quoniam
ero tecū. Sic habet Gracus: Latinus autem,
Et quis ego dixit: & non dixit quia ibo, &
quia educā, sed vt eam & ducam. Et quod in
Graco habet, dixit aut quia ero tecum, intel-
ligif vtrq; quod dixerit ap Moysen. Totū aut
hoc Latinus addidit & ait, Dixit aut Deus ad
Moysen, Deus dicit quod dicat Moyses filijs
Israel, Visitans visitaui vos & quęcunq; con-
tigerit vobis in Aegypto. Gracus habet, vi-
sitatione visitaui vos. Deus dicit ad Moysen de
filijs Israel & audiet vocē tuam. Gracus ha-
bet, & exaudiet vocem tuā, quia exauditio
dicitur hominis, quod habet Gracus. Posset
mulier à vicina & ab inquilina sua vasa argē-
tea & aurea & vestem. Gracus habet a coha-
bitatrice sua: hoc est orphexov, quod Latini ali-
qui interpretati sunt, à cācellaria sua. Moy-
ses dicit, Quid si nō crediderint vocē meam?
quod Latini, audierint interpretati sunt. Ex-
tēde manū & aprehēde caudam, Gracus ha-
bet: Latinus autē, manū tuā & caudā eius, in-
terpretatus est. Et extendens manū apprehe-
dit caudā, & facta est virga in manu eius. Et
dixit illi, Ut credāt tibi qm̄ apparuit tibi dñs
Deus patrū ipsorum. Gracus nō habet, & di-
xit illi: sed cōtinuo adiunxit, vt credāt tibi. i.
verba Dei, post illud factū miraculū: tanquā
adhuc loqueretur & modo sententiā verbo-
rum impleuerit. Nam ordo est verborum.
Extende manum & apprehende cāudam: vt
credant tibi: sed interposita est facti narratio
& possea redditum, vt credāt tibi. Quod Lat-
inus habet, Et facta est manus eius leprosa tā-
quā nix. Gracus non habet leprosa: sed tan-
tum, facta est tanquam nix. Quod si non au-
dierint vocem signi primi, Gracus sic habet
Latinus autem vocē tuam signi primi: sequi-
tur, & sic credent tibi vōce signi sequētis. Et
erit a qua quam sumes de flumine sanguis su-
per aridam: vel potius super aridū, id est su-
per id quod aridum est: quod Latinus dixit,
sanguis super terram. Moyses dixit, Precor
domine nō sum eloquens ante hesternam, &
& nudiusternam, diem. Et virgam hanc su-
mes in manū tuā, in qua facies signa: aut cer-
te virgam hanc sumes in manū tuā & facies
in ea signa. Nūc vero vtrunq; dicitur est solita
locutione scripturarum. Post dies autem il-
los multos mortuus est rex Aegypti. Dixit
aut dñs ad Moysen in Madian, Vade perge in
Aegyptū: mortui sunt. n. ōs q̄ quārebāt ani-
mam

mam tuam. Multa in his verbis genera locu-
tionū notāda sunt. Primo vade, perge in Ae-
gyptum: tanquā non sufficeret tantum vade,
vel tantum perge. Deinde, mortui sunt oēs q
quārebat animā tuā: cū solum regenī Aegy-
pti scriptura dixerit mortuū, & de solo an-
tea dictū fuerit, q̄ Moysēn quārebat occide-
re. An ipse post alios inimicos ultimus mor-
tuus est? Quod si ita est, non locutio, sed sensus est. Itē qui quārebat animā tuā, non in ma-
lo tm̄, sed ēt in bono dici solet in scripturis.
Pſ. 39¹. Nā sicut hic in malo dictum est, sic ēt in Pſal-
Pſ. 14¹. mis, Confundantur & reuereantur, qui q̄rūt
animā meā. In bono, Perijt fuga a me, & nō
est qui requirat animā meā. Nisi forte aliqd
distare dī inter quārentes & requirentes, vt
illud in malo, hoc in bono intelligendū sit.
 Et dicebant ad populū dicentes, Hēc dicit
Pharao. Quā locutionē piguit Latinū inter-
pretari. Videat Deus vos & iudicet, q̄n ex-
crabilē fecisti, odorē nostrū palā Pharaone,
& palā seruis eius, dare gladiū in manu eius,
vt occidat nos: sic n. habet Græcus. Latinus
aut̄ ait quē pro optimo legebanus, vt dare-
tis gladium in manibus eius, qui solcissimus
nulla interpretationis necessitate factus est,
Exo. 6.
22 qui in Græco non est. Statui testimoniū meū ad
illos, ita vt darē illis terrā Chananeorum. Et
23 terrā quā incoluerunt, in qua & incolue-
runt in ea: sic n. habet Græcus. Quod v̄tique
& in Greca lingua absurde v̄t sonare, & tñ
septuaginta interpretum authoritas tanta est,
quos ita loqui non piguit. quid n. & si sen-
tius hic latec̄. Quod si nullus est, ipsa locutio
notanda est, ne alibi inuenta senium impe-
diat, vel aliquid quārere vbi quārendum nō
est compellat. Quod habet Latinus, Exaudi-
ui gemitū filiorū Israel quemadmodū Aegy-
pti affligēt eos: Græcus habet, οταδούλων
ται quod interpretari posset, in fertitudē re-
digunt eos, nam vno verbo non potest. Et lo-
25 cutus est Moysē sic ad filios Israel, & nō ex-
audierunt Moysē a defectione animi, & ab
operibus duris. Exaudiērunt ait, non audie-
26 runt. Ecce n. inelo quens sum ego, q̄ ait Moy-
ses ad dñm dñs dñs dixit Græcus, non impe-
27 ritus, quasi a mali's vel a r̄sp. Hi sunt Aaron
& Moysē quibus dixit Deus vt educant fi-
lios Iſrael de terra Aegypti. Sic n. habet Græ-
cus. Ecce ego gracili voce sum, & quo ex-
audiet me Pharao? Notādū q̄ exaudiēt di-
xit, non audiet. Fecit aut̄ Moysē & Aaron si-
cut pr̄cepit illis dñs, ita fecerunt. Quid deef-
set, si non diceretur, ita fecerunt? Si loqueretur
vobis Pharao dicens. Date nobis signum aut̄
portentum, & dices Aaron fratri tuo, sume
virgam. nonne locutionis nostræ consuetu-
do poscebat & quadā eius integritas vt ita
diceretur: si loqueretur vobis Pharao dicens,
Date nobis signū aut portentum, dices Aarō
fratri tuo, sume virgam? Quid ergo ibi addi-
tū est, & nisi aliqua proprietate locutionis
Hebraicæ, nam neq; Græca esse perhibetur.
 Non mihi videntur satis cōmode interpreta-
ti Latinī, οσοιςα Pharaonis, vt dicerent sapientēs.
G Sophistæ enim sapientes dicuntur. Potuit
enim Latinus interpres Sophistæ dicere, quo
niām non est quemadmodum id Latine dicātur,
& ideo isto verbo iam vtimur pro Latino.
 Sicut Philosophiam dicimus non solum
Græce, verum etiam Latine: sophistæ autem
appellantur Latinarum literarum eloquenti-
ssimi authores. Et absorbuit virga Aaron
virgas illorum, ac si dicoret, draco Aaron.
 Quod dictū est de Pharaone, Ecce ipse e-
xix ad aquam. Græcus habet, super aquam.
30 Dimitte populum meū ut seruiat mihi in
deserto, & ecce non exaudiisti usque adhuc.
31 Quotiens dicitur exaudiisti, cum homini dic-
atur. Fecerunt autem & similiter incantato-
res Aegyptiorum ueneficijs suis, & induratū
est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, si-
cut dixit dominus. Quia in usit scripture est,
32 exaudiuit, cum etiam de homine loquitur.
 Exaudiuit, cum etiam de homine loquitur.
33 Dimitte populum meū ut seruiant mihi,
34 non ut seruiat, qui loquendi modus non ferē
inuenitur, nisi ubi res ipsa singularis plurib.
 constat. Populus n. singulari nomine dī, sed
 constat ex multis. Sic est etiam, Omnis terra
 adorante, quia oīs terra dictū est pro homi-
nib. qui sunt in terra. Ecce ego ferio oēs fines
35 tuos ranis. Sic n. habet Græcus elegantissimā
locutione: ut ranæ ipsæ, plaga intelligat qua
seritur terra Aegyptu. Et eructabit flumen ra-
nas: & ascendent intrabunt in domos tuas
36 & in pr̄ptuaria cubiculorum tuorum super
lectos tuos, & in domos seruorum tuorū, &
populi tui, & in cōspersis tuis, & in cibaniis
tuis: & super te & super populu tuū, & sup
seruos tuos ascendent ranæ. Notandū q̄ in
domos & cetera cū dixisset, accusatum ca-
sū tenuit, & super lectos &c. vbi dixit, super

LOCUTIONIS DE EXODO

accusatiū similiter seruauit. In cōspersis aut & in clibanis ad ablatiuū se transtulit. Nā & Græcus mutauit præpositionē, quam non mutat Latinus. Ille.n. habet *eis τούς οἰκους* in domos; in cōspersis autem *ἐν τοῖς πυρά μαστι.* Vbi mirū si non ēt sensus est, non locutio, vt in consperionib. & in clibanis exortas ranas forsitan velit intelligi, nō extrinsecus ascendiſſe vel irruisse, & quia eas fluum eructaturū prædictit, inde impleri omnia. Et extēdit Aaron manum super aquā Aegypti & eduxit ranas. & educta est rana & operuit terrā. Repetitio à plurali ad singularē numerū traeiecta est. Nam vtiq; rana pro multitudine ranarū positiū est. Necio quo aut modo per loquendi consuetudinē imbutis sensib. hominū, ſepe plus vñ q̄ singulariter q̄. q̄ pluraliter dī. Nam plus accipitur cum dī, verbi cauſa, est illic miles, q̄ sunt illic milites: est illic pīſcis, q̄ sunt illic pīſces. Et colligebant aceruos aceruos. Hac repetitio multitudinē aceruorum significat, & est scripturis familiaris. Quod habent Latini, Extende manu virgam tuam & percute terra, non percute terram: Græcus habet aggerem terræ, si tñ hoc verbo recte interpretatur q̄ dictū est, *τῷ χειρὶ* *τῆς γῆς.* Fecerunt autem similiter & incantatores beneficijs suis, vt educerēt Schyniphes, & non poterant. Notandū est, ficerūt dictū, pro eo q̄ est, conati sunt facere. Nam vtiique si ficerunt similiter, proculdubio eduxerunt scyniphes: sed quia sequitur, vt educerent & non poterant: non ergo similiter ficerūt, sed similiter facere conati sunt. Aut si forte & ipsi quamuis beneficijs agerent, eadem tñ agen di specie virgam extendebant, quod scriptura non expreſſit. Et in terram sūper quā sunt super eam. Et gloriōsam faciā in die illa ter ram Geſſen, in qua populus meus inest super eam. Et dixit Moysen, Ego exeam à te & orabo Deum & exhibit cynomya à Pharaone & à serui eius: quasi alteri diceret, & exeam à te, & de altero Pharaone subsequeref à quo effet exitura cynomya. Dimitte populū meū vt mihi seruat. Ecce ego pluā hac hora craſtina grandinem multam. Grando aut multa valde valde. Et definent voces & grando. Notandū est scripturā voces solere appellare tonitrua, quas voces Dei ēt Pharaonū appellauit dicens, Orate pro me, ad dñm, vt definant fieri voces Dei. Vbi & illa locutio est,

q̄ dixit, definent fieri voces. Vt narretis in auribus filiis vestris & filiis filiorū vestrorum quæcūq; illiſi Aegyptijs. Notandū quemadmodū dicatur, illiſio, ne forte ita sit dictum, Draco hic quē finxisti ad illudendū ei. Et illud in Iob. Hoc est initiū figmenti dñi q̄ fecit ad illudendū ab angelis eius. Ecce ego induco hac hora craſtino die locustā multam. Exe. 10. 47

Ecce quēadmodū superioris dixit ranā, vbi dimimus plerunq; plus intelligi cū aliqd hmōi singulariter dī, q̄ si pluraliter diceret. Manifestum est. n. plus ſonare, locustā multā, q̄ ſi diceret, locutas multas. Qui aut & qui ſunt, q̄ ibunt, quotidie dicimus consuetudine familiariore, q̄ qui & qui ibunt. Non est relictū viride nihil in lignis. Dicendū ſuit more locutionis noſtræ, nō est relictū viride aliquid in lignis. Pharao ad Moysen, Peccauit ante dominū Deū veſtrū & in vobis, ſuscipite ergo delictū meum. Hac locutione & ad Ioseph vii ſunt fratres eius ybi dixerunt, Accipe iniqitatem ſeruorū Dei patris tui. Quod Latini habent, Et nemo vidit fratrē ſuum trib. dieb. Græcus habet, Et non vidit nemo fratrē ſuū. Notandū ēt fratrem hominis quēlibet hominem dici. Pharao dixit ad Moysen & Aaron, Ite & ſeruite dño Deo veſtro, præter oues & boues relinquette: ſic. n. habet Græcus: valde inuifitata locutio est, niſi post distinctionem ſubiniferatur, relinquette, & ſubaudiatur, iſta, vt ſit ſensuſ, Ite præter oues & boues & relinquite iſta. Solet n. talis eclipsiſ fieri crebro in locutionib. ſcripturarū. Et non relinquitimus vngulā, quaſi abductis pecorib. poſſet vngula remanere. Quid est. n. aliud, non relinquitimus vngulā, niſi nec vngulā relinquemus? Pharao ad Moysen, Attende tibi vltra apponere videre faciē mēā, pro eo quod eſt, attēde tibi ne vltra videas faciem mēam. Et petat vnuſquisq; à proximo ſuo, & mulier à proxima ſua vaſa argentea & aurea & veſtē. Notandum & Aegyptios Hebræis proximos dīctos. Et erit clamor magnus per totā terram Aegypti qualis non fuit, & talis nō adhuc appetetur: in filiis aū: Iſrael non mutiet canis lingua ſua ab homine vñq; ad pecus. Elegansimā locutio eſt, per canē quippe extremū ſignificauit vel hominū vel pecorū: ita comēdans: quāta in Hebræis quies futura eſſet, Aegyptijs acerba orbitate clamatib. Accipiāt ſinguli ouē p domos patriarū. Quas dicat p trias,

Exo. 9. 51
Exo. 10. 52
Gen. 50.
Exo. 10. 53
Lib. 2.
num
Ex. q.
Pſal. 8.

54
Exo. 11. 55
Exo. 11. 56
M
57
Exo. 11.

trias, nō facile est intelligere, utrū ciuitates in
 quibus cōmanebant, an potius numerosas fa-
 milias à cuiusq; velut paternitate propaga-
 tas. Hoc. n. magis in Græco significari perhi-
 betur. Si aut̄ pauci sint qui in domo, ita vt nō
 sint idonei ad ouē, i. vt ipsa paucitas, non sit
 idonea ad ouē consumendā: assumet secū vi-
 ciniū proximū sūū, hoc est ipsa domus afflu-
 met vicinū, hominē proximum pro homine
 posuit, singularē aut̄ pro plurali. Nō. n. vñū,
 sed quot sufficiunt. Cū de ouē consumenda
 scriptura loqueretur, secundū numerū, in-
 quīt, animarū vñus quisq; quot sufficiat. ani-
 mas pro hominibus a parte totum. Sument
 de sanguine & ponent super duos postes, &
 super limen in domibus in quibus manduca-
 bunt illas in eis. Cū dixerit in quibus, dixit ēt
 in eis more vistatisimo. Sed manducabunt
 illas, querit̄ quas, & intelligit̄ carnes. Hoc. n.
 sequitur, Et manducabunt carnes hac nocte
 assatas igni. Quod habet Latini codices, Qui
 manducabunt carnem, Græci autem habent
 vñas, i. carnem, sed genere neutro. Ideo in
 Græco est, in domib. in quibus manducabūt
 illas in eis. Est vero illa locutio, vt prius dice-
 ret illas, quam prædiceret quid in consequē-
 tibus intelligeretur quas dixerit: similis ei lo-
 cutioni quam de filio Moysi exposuimus, cū
 eum veller angelus occidere, & exemplum
 adhibuimus de Psalmo. Fundamenta eius in
 montibus sanctis, diligit dñs portas Sion: Cu-
 ius. n. fundamenta non intelligimus, nisi ex
 consequentibus. Sic & hic, in quib. māduca-
 bunt illas, in eis, i. in quibus domibus man-
 ducebunt illas, intelligitur carnes, de quibus
 consequenter loquitur. Sumetis aut̄ vobis fa-
 sciculū hyssopi, & tingitis ex sanguine qui
 est iuxta hostium, & linietis super limen &
 super ambos postes de sanguine. Et hic fasci-
 culus hyssopi plures fasciculos significat, si-
 cut rana plures ranas, & locusta plures locu-
 stas. Tropus aut̄ iste qđ fit in rebus quæ a no-
 bis non ita dici solent obscuritatem facit. Et
 erit cū dicent ad vos filij vestri, quæ est ser-
 uitus ista. Et dicetis eis, īmolatio Pascha hoc
 dñō: et si non haberet, & planū esset, dicetis
 ei. Et aduenientes filij Israel fecerūt sicut dñs
 præcepit Moysi & Aaron, ita fecerunt. Non
 adderet, ita fecerunt, nisi mos esset scriptura-
 rum. Et factum est in die illa eduxit dñs filios
 Israel de terra Aegypti. Ait. n. dñs ad Moy-

sen dicens, Omne adaperiens vuluam masculi: plurale numerū intulit singulari, quia ipsum qđ dictū est, Omne adaperiens vuluā, non utiq; in uno, sed in multis accipitur. Si milis est locutio, Attendite popule meus. Tale est qđ paulopost sequitur, Omne qđ adaperit vuluam de armentis & pecori bus quęcū que tibi nata erunt. Omne quęcūq; tibi nata erunt, ipse modus est locutionis. Omne adaperiens vuluam asinę. Græcus habet asini, modo illo locutionis quē iam in Genesi notauius, ubi masculinum pro feminino positum est, de morte Sarra dicente scriptura, Surgens Abraham a mortuo: & sepeliam mortuum meū: & talia sepe ibi dicuntur de mortua. Propter hoc ego immolo dñō omne quod aperit vuluā masculina. Similis est locutio superiori. Et erit in signo super manum tuam, i. super omnia opera: ubi magis sensus est forsitan quam locutio. Et excusit dñs Aegyptios in medio maris. Græcus habet, & excusit dñs Aegyptios mediū maris. Vedit aut̄ Israel manum magnam quæ fecit dñs Aegyptijs. Tunc cantauit Moyses & filii Israel canticum hoc dñō & dixerunt dicere, Sic. n. habet Græcus ēπαν τὸ λέσσειν. Et non inueniebat aquam ut biberent, poterat non habere, ut biberent. Et murmurauit populus aduersus Moysen dicentes. Non dicens, sed dicentes. Ex pluribus. n. populus constat. Et tunc omnis synagoga filiorum Israel in eremo. Non dixit, uenit, quia synagoga ex pluribus constat. Murmurabant omnis synagoga filiorū Israel aduersus Moysen & Aaron. Eadem est & ista locutio. Dixit aut̄ dñs ad Moysen, Ecce ego pluam uobis panem de celo. Māna pluiturus, panes promisit: Locutio est qua panis pro alimento ponitur. Amat aut̄ scriptura pluraliter magis panes quam singulariter dicere. Mane uidebitis, inquit, gloriam, dū exaudiet murmurationem uestrā super Deum, i. quia murmuratis super Deum. Quod tantum ualeat ac si diceret, aduersus Deū. Deinde notādū nouo modo hic exauditionem dictā non precantiū, sed murmurantium: cū reprehendant utiq; scriptura murmurationē: Tanq; hoc dixerit, qđ cognoverit Deus murmurationē eorū, ipsam Dei cognitionē, dixit exauditionē. Accedite ante Deum, exaudiuit. n. murmur uestrum. Iterū exauditionem, non precum significat & pelli-
 tionum,

Exo. 131
 Psl. 77.
 Supra li-
 locationis
 de Ge. 1.
 cap. 23.
 Gen. 23.

Exo. 14.
 68
 Exo. 15.
 69
 70
 Exo. 16.
 71
 72
 73
 74
 75
 D
 76

Lib. 2. qđ
 num de
 Ex. q. 11.
 Psl. 86.

LOCVTIONIS DE EXODO

titionum, sed et murmuris malorum: hoc & postea dicit, Deus exaudiuit murmur filiorū Israēl. Et ecce in facie eremī minutū tanquā coriandrum. Cū toties Deus dicat faciem terre, sicut hic faciē eremī, mirū est unde homines ita errent cū faciem audierint, vt tale aliquid opinetur, qualis hominis facies est, vel alicuius animantis. Secundū numerum animalium vestrarū vñusquisq; cum cōmanentibus vobis colligit. Quam sepe scripturas animas hoīes appellat, a parte totū: Non facile aut carnes pro hominib; sed carnem, sicut est, Nō timebo quid faciat mihi caro. Quod apertius in eodem Psalmo ait, Quid mihi faciet homo. Non autem diceret secundū numerum carniū vestrarum: sicut dixit, secundū dum numerum animalium vestrarum. Et collegerunt illud mane mane: quō puteos puteos, aceruos aceruos, sic dictum est mane mane. Nullus vestrū egrediatur vñusquisq; de loco suo die septimo. Quod interpositū est, vñusquisque, potuit & non dici. Non erat autem populo aqua bibere, i.ad bibendum. Et maledicabant populus ad Moysen, i.maledictis agebant Moysen, hoc est, maledicebant illi, nam hoc in consequentibus ipse dixit. Quid maledicatis mihi? Et murmurabat populus ad Moysen dicentes. Et virgam in qua percussisti flumen accipe in manu tua. In qua percussisti dixit pro eo quod dicimus, de qua percussisti. Et est ista locutio creberrima in scripturis. Et sumpsit lethor vel lethro socer Moysi holocausta & sacrificia Deo. Sūpsit pro eo quod est obtulit. An forte sensus est, non locutio? vt ea sumpsisse intelligatur, quæ Moyses obtulisset, quāquam Moyses nō legatur superius sacrificasse, nec Aaron nec quisquam Hebreorū qui educti sunt de terra Aegypti: sed tantum superius scriptum est, q; altare constituerit Moyses, &c appellauerit ille Iud, dñs meum refugium. Illum autem Iethro legimus sacerdotem suisse Madian, i.gentis Madian. Mirum est autem, si ad eius aduentū cœpit sacrificare Moyses, & non potius ipse Iethro qui iam sacerdos erat. Graue tibi verbum hoc: subauditur, est. Et demonstrabis illis vias in quibus ambulabunt in eis. Verbum autem graue referebant super Moysen. Sic enim habet Græcus, quod Latini interpretati sunt, ad Moysen. Illa fanē locutione ipsa etiā cura significatur, quia dictum est super Moy sen, velut onus ei significetur interpositum. Verbum autem graue, dictum est pro quaestione graui. Vnde sequitur, Omne autē leue verbum iudicabunt ipsi. Quod Græcus habet εποιηματω supernōminauero, aut anno minauero expreſſius dicitur, quod vſitatius cognominauero nonnulli interpretati sunt. Sed non habet necessariam significationem cognominauero: propinquius autem dicitur cognominauero quā nominauero. Nam & hoc aliqui interpretes dixerūt. Et veniam ad te & benedic te. Cum superius pluraliter loquereur, facietis & immolabitis: dicit, veniam ad te, tanquam ipsi Israēl, idest populo. Et hæ instificationes quas pones coram illis. Si emeris seruum Hebræum, &cetera. Non tanta locutio, quemadmodum cum illud dictum sit ad Moyſen, hoc est, Hæ sunt iustifications quas appones coram illis; iā ad populum ipsum cetera dicuntur quasi ad Moyſen. Si emeris seruum Hebræum. Non enim hoc Moyſi dictum est, sed quod populo, tantum ipsi populo dicebat. Pertinet ei dominus auriculam de fibula, & seruier in sempiternum, vel in æternum. quod Græcus habet εἰς τὸν οὐρανόν. Ecce quemadmodum scriptura multis locis dicit secundum hoc verbum græcum sempiternum vel æternum. Vbi non intelligitur æternitas illa secundū quam nobis æterna promittuntur, vel secundum quā a contrario igne æterno mali cremabuntur: neque enim seruus iste qui vivere in æternū non posset, posset seruire in æternum: sed intelligitur æternum dictum: temporis finis nō est: aut certe aliquid hoc sacramento significatur æternum. Dabo tibi locum in quem fugiat ibi qui occiderit. Si quis percuserit seruum suum aut ancillam suam in virga, quod est de virga. Lapidibus lapidabitur taurus. quasi posset lapidari nisi lapidibus. Differt aliquid ista locutio ab illa qua diceret more scripturarum lapidatione lapidabitis, sed tamen similis est. Si autem taurus cornupeta erat: ante hesternam & nudiuspertianam. pro tempore præterito posuit partem pro toto, quantumcunq; illud suisset, more scripturarum. Si quis autem aperuerit lacum aut exciderit lacum, & non aperuerit eum, & cedeciret illuc virtulus aut asinus, dominus laci reddet. Et hæ locutio a parte totum intelligenda est. Non enim si equus ceciderit in lacum aut ouis

quis ideo nō reddet, quia hoc scriptū nō est.
 97 Quod aut̄ mortuū fuerit, ipsi erit pro ipsis
 98 erit. Si aut̄ depauerit quis agrū vel vineam, &
 admiserit pecus suū depascere agrū alium. i.
 99 alienum. Si aut̄ pignus acceperis vestē proximi tui, ante solis occasum redde ei. Genus
 pro specie posuit. Sic n. dictum est, ac si de
 omni ueste pignus dederit, cū de illo specia-
 liter se dicere ex cōsequentibus scriptura te-
 stetur, qui non habet nisi eam uestē vnde se
 nocte cooperiat. Ecce ego mitto angelum
 meū ante faciē tuam vt seruet te in via, & in
 ducat te in terram quam paraui tibi: ante te
 ibit & exaudi eū. Angelū suū iubet De' exau-
 diri à populo, non vtiq; potente, sed iubētē.
 100 Et mittā vespas ante te & ejciet Amorēos. A
 plurali ad singularem numerum se cōuerit.
 Intelligitur aut̄, ejciet Amorēos vespa, rana
 sicut locusta, non quod vna sit, sed quod per
 singulare numerū pluralis numerus intelli-
 gatur. Per partes ejciam illos à te. Nō dispo-
 nes illis & dijs eorū pāctum & non cōfidet
 in terra tua, nec peccare te faciat ad me. Nō
 dixit in me, idem tamen significat. Respōdit
 autem omnis populus voce vna dicentes. Et
 viderunt locū vbi steterat ibi dominus Deus
 Israel. Vbi steterat posset efficere, sed Hebrai
 ce dicuntur iste locutiones. Et inaurabis il-
 la auro. similis est locutio lapidibus lapida-
 biſ. Cyathos in quibus immolabunt in eis.
 Duas bases columnæ vni amba s partes eius,
 & duas bases columnæ vni ambas eius. Ne de
 hominibus diceret, de duabus dicit more
 suo geminando: sicut puteos puteos, acer-
 uos aceruos, generationes & generatiōes: &
 similia. Et columnas inaurabis auro, & inaura-
 bis serras auro. Et inaurabis q̄ramēto. Talis lo-
 cutio est inaurabis auro. Extra veluin, quod
 est super testamentum. De lucerna accen-
 denda cum diceret, hoc ait. i. quod foris ac-
 cedetur vbi est sanctū, non intra velamē quod
 est super testamentū, hoc est, sanctum sancto
 rū. Ergo super nō sic ait tanq; est tectum, vel
 camera, vel firmamentū celi, vel arcē coo-
 perculum: sed ēt q̄ vice parietis oppositum
 esset, super dixit: sicut dicimus superiorem
 discumbere aut̄ stare, nō vtiq; alterū portari
 ab altero. Legitimum sempiternum in pro-
 genies vestras. Eo modo sempiternum quo
 multa superiorius diximus: Et sumet Aaron no-
 mina filiorum Israel super rationale iudicij
 super pectus introeunti sanctuarī. hoc est,
 sumet Aaron introiēs, quod aliqui Latini so-
 lēcismū vitantes interpretati sunt. Sed quia
 & Græcus introeunti habent, & Latini aliq
 consonant, locutionē potius notandam cre-
 didi quā corrigendā. Et pones super rationa-
 le iudicij fimbrias catenatas. Et hīc Latini nō
 nulli solēcismū cauentes, fimbrias cate-
 natas interpretati sunt. Græcus autem habet
 τοὺς οὐ περίσσους τὰ δὲ λανθάνοντα. Hanc solemus
 dicere absolutam locutionem, cum generi
 masculino vel feminino neutrum infertur,
 quēadmodū si dicamus, isti aternz nō sunt
 stabilia. Et Aaron cum ceperit fungi sacer-
 dotio, audietur vox eius intranti in sanctū
 in cōceptū domini & exeunti. Vocem eius L
 ex tintinnabulis dixit, qui magis sonus est e-
 ius. Intranti & exeunti, pro intrantis & exeū
 posuit, datiuū pro genituō. Et duos re-
 nes & adipem q̄ semper eos subauditur, est, 114
 quod nonnulli interpretates addiderint. Et se
 parabit illud separatione. Et cū accendet Aa-
 ron lucernas, sero incendet super illud. se-
 ro dixit pro vespere, & ideo notanda locu-
 tio est, oꝝ quippe Græcus habet. Serō aut̄
 p̄priē nō solet dici, nisi cū tps trāsferit quo
 debuit q̄ serō dī factū. Si acceperis cōputa-
 tionē filiorū Israel in visitatione eorū, & da-
 būt singuli redēptionē aīx suę dño: & nō e-
 erit in eis ruina in visitatione eorū, & hoc est
 q̄ dabūt tibi. Pendet ista locutio q̄a interposi-
 ta ē coniunctio copulatiua, q̄ si nō interpo-
 neret, nō penderet Trib. aut̄ locis est posita
 quorū vndelibet detracta, plenā facit senten-
 tiā. Rursus vbi dīctū est: Si acceperis cōputa-
 tionē filiorū Israel in visitatione ipsorum, &
 dabunt singuli redēptionē animæ suę dño:
 si enim non dixisset, & dabunt, sed tantūmo
 do dixisset dabunt finiretur sententia nec pē-
 deret. Ita enim diceretur, si acceperis cōputa-
 tionē filiorū Israel in visitatione eorū, dabūt
 singuli redēptionē aīx suę dño. Si aut̄ hic po-
 nitur hāc coniunctio, deorsum tollenda est
 vt ita dicatur, si acceperis computationem M
 filiorū Israel in visitatione ipsorum, & da-
 būt singuli redēptionē animæ suę dño, &
 nō erit in eis ruina in visitatione eorū. hoc ē
 quod dabunt. Aut certe in medio vbi dīctū
 est, & non erit in eis ruina: si detrahas con-
 iunctiōem, non penderit finia. Erit enim
 sensus: si acceperis computationem filio-
 rum

LOCUTIONIS DE EXODO

rum Israel in visitatione ipsorum, & dabut sin
 guli redemptione anima sua domino, non
 erit in eis ruina. Cum vero vtiq; posita est ea
 dem coniunctio, pendere fecit locutionem:
 ideo eam notandam putauimus. Consurre-
 rexit populus in Aaron, & dixerunt ei. Visita
 ta locutio est, quia ex multis populus con-
 stat. Deinde notadū, totū pro parte positū.
 Apostolus. n. sicut re vera erat quodā eorū
 dixit hoc fecisse, non totū populum, vbi ait:
 I. Co. 10. Neq; idolis seruiamus, sicut quidā illorum.
 1. Surge & fac nobis Deos qui nos precedat.
 Sedēti loquebantur, an potius locutio est no-
 tanda pp qd s̄pē dicitur: Exurge dñe, aut:
 1. Surge Deus iudica terrā. Et nunc sine me, &
 iratus ira: quō morte morietur, Amat ita lo-
 qui scriptura. Cui sunt aurea deimite. Non
 dixit qd aurea: vnde Latini iterpres dixerūt,
 qui habet aurū demat. Quis ad dñm veniat
 ad me. Fecerūt sibi Deos aureos de uno vitu-
 lo, pluralē ergo numerū p singulari posuit.
 A Inde est illud: Ij dij tui Israel qui eduxerunt
 te de terra Aegypti. Nō sanè locutiones istae
 reperiunt vbi pluralis pro singulari ponit,
 nisi in eo genera in quo ē de pluralibus fieri
 vel intelligi pōt. Non. n. quia vnu ille vi-
 tulus erat, ideo nō & plures fieri poterāt, aut
 ideo nō multis idolis similis fuerat. Hac lo-
 cutione dictum est, latrones insultasse dño,
 cū hoc vnum fecisse scriptura testetur, sed
 nō solus fuerat latro. Quinetiā cū ista locu-
 tio si p noīa propria, qualiter eā in scriptu-
 ris factā nondum compērimus, plures sic in
 telliguntur, sicut Phaedras & Medeas quidā
 dixerūt cū fuerit vna Phedra & vna Medea,
 sed Phaedras & Medeas appellauerūt omnes
 similes Phaedra & Medea. Ita non sine cau-
 nec vtrunq; ac paſsim sicut ab imperitis vi-
 tiosis fit, sed certo modo certisq; regulis istae
 locutiones inreponunt. Vade ascende hinc
 tu & populus tuus quos eduxisti de terra Ae-
 gypti, non, quē eduxisti, qd ita vſitatu est vt
 rarius aliter dicat. Et dixit dñs: Deponite sto-
 las gloriariū vestriū & cultū, & ostendā q
 facturus sum tibi. A plurali ad singulare nu-
 merū locutionē terminavit, qā multi erāt &
 B populus erat: sicut dixerat, Vos populus du-
 re ceruicis, non dixit, tu populus, sed vos po-
 pulus, cū vos numeri sit pluralis, populus at
 numeri singularis. Si inueni grām in conse-
 tū tuo, simul ambulet dñs meus nobiscū. tā-
 quā de alio dicat. Assidua sunt hæ locutio-
 nes, led cū dicitur ad Deū, putatur patri dici
 de filio. Cum aut̄ talia dicerentur ad Pharaonē & ad Ioseph & ad alios multis locis gen-
 nus locutionis intelligebatur. Nequando po-
 nat testamentū ijs qui sedent super terram. 128
 Ac si diceret, sedes habent, quod est habitat, 129
 quod est habitant. Et Deos fusiles ne feceris
 tibi. Locutio est à parte totū significans: Nō
 enim quia fusiles tantūmodo nominauit, fie-
 ri sculptiles, ductiles, fictilesq; permisit, vel
 ullum genus simulacrorum, aut qualēcunq;
 fictitiorū deorū. Omne adaperiens vuluam 130
 masculinā. i. oē adaperiens vuluam mihi erit
 ex ijs quā sunt masculina. Primituum sub-
 jugalis redimes oue. Et hoc à parte totū est. 131
 Neq; enim si subiugale non sit iumentū qd
 liber, cuius caro tanquā immunda respuitur
 ideo nō est redimendū, aut alio qd oue redi-
 mendū. Non occides super fermentū sangui-
 ne immolatorū meorū. Locutio est vtiq; oc-
 cides sanguinē, pro eo quod est, occidendo
 effundes. Et nō dormiet vſq; in mane immo-
 latio solemnitatis Paschē. Dormiet, dixit, pro
 manebit. Nam caro pecudis occisē & coctē
 quō dormiet? Quod ergo dicitur, Quare ob-
 dormis dñe, hoc genere locutionis, & intel-
 ligitur, quare ceſtas. i. non vindicas. De qua-
 draginta dierum ieunio Moysi scriptura sic
 loquitur, Panem non manducauit & aquam
 non bibit. à parte totū, pane omnem cibum,
 & aqua omnem potum significans. Excide ti-
 bi duas tabulas sicut & prime subauditur,
 fuerunt: vnde hoc verbum nostri interpretes
 etiam addendum putauerunt, quoniam inu-
 sitata est lingua Latina talis eclipsis. Et erat
 Moyses ad omnem synagogam filiorū Israel 136
Exo. 35. dicens. Plenū esset et si non haberet dicens. Et
 attulerunt vnu quisque quod afferret cor eo
 rum. Poterat vſitatus dicere, & attulit vnu-
 quisque quod afferret cor eius. Et quibus
 vſiū est anima eorum, attuleroū redēptio-
 nem dño. Non dixit, & sicut vſiū est anima
 eorum. Et omnis cui inuētū est apud eum 137
 coria arietum rubricata. quod diceretur vſi-
 tate, omnes apud quos inuenta sunt coria D
 arietum rubricata. Ois afferens redemptio-
 nē argentū & æs attulerūt redēptiones dño. 139
 Vſitatus diceretur, ois attulit: qd oēs attule-
 runt. Et apud quos inuenta sunt apud eos li-
 gna iputribilia. Apud eos, more scripturarū 140
Exo. 38. additum

¹⁴² additum est, nā sine hoc esset plena sñia. Et oīs mulier sapiens mente manib. nere, quasi nere posset non manibus: & sapiens nere, ele gás atq; inusitata locutio est. Deinde oīs mulier attulerunt. More superiorum plurali cōcluditur singularis, quia oīs mulier attulit, vñstatius diceretur. Et oīs mulieres quib. vi-

¹⁴³ sum est sensu suo in sapiētia nerunt pilos ca prinos. Notandū sapientiā in his artib. sepe appellare scripturā, i. sophiam. Et cōpositio-

¹⁴⁴ nes, & oleū vñctionis & cōpositionē incen- si. Non cōpositiones aliquas extra debemus intelligere: Sed cū dictum esset, & cōpositio-

nes, per cōiunctionē copulatiū nō aliud ad iūxit, sed quod dixerat exposuit, vt sciremus

^E ¹⁴⁵ quas cōpositiones, & oleū, inquit, vñctionis & cōpositionem incensi. Cōpositionē autē

vocat, quia ex multis ita cōfecta sunt. Et omnis vir & mulier quorū afferebat sensus eorū ut intrarent & facerent omne opus quodcūque præcepit dñs fieri illud per Moysen, at-

tulerunt filij Israel redemptionem dño. Er-

¹⁴⁶ go omnis vir & mulier, intelliguntur filij Is-

rael. Cetera locutiones similes superiorib.

Facere aurum & argentū & æs pro eo quod est facere ex auro & argento & ære. Non n.

aurū faciebant, sed ex auro. Tale est ēt quod

paulo post dicit, & operari ligna: hoc est, ex

lignis. Facere oīa opera sancti textilia, & va-

ria texere coco & byfso, facere oī opus ar-

chitectonicū varietatis, Ecce in reb. textilib.

architectonicum opus appellat: mirum nisi

propterea, quia tabernaculo siebant quod cō-

dificio simile fuit, & tanquam domus erige-

batur. Quid autem dicat opera sancti nō eui

denter appetit, utrum sancti sacerdotis, quo-

niam & de stola vel de stolis eius hæc dicun-

tur, an sancti Dei in cuius cultu hæc siebant:

an opera sancti, sicut dicebatur sanctum, &

sanctum sanctorum. Humeralia continentia

¹⁴⁷ ex vtrisque partibus eius. Non dixit ex vtris-

que partibus eorum, quāuis illa humeralia,

non humerale dixisset: sicut solet humerale

dicere, Ipsum enim appellauit pluraliter hu-

meralia, sicut stolā & eisdem stolas. Et Eliab

filius Achisamech de tribu Dan qui architec-

tonatus est textilia & consutilia, & diuersi-

coloria texere de coco & byfso. Nouo mo-

do dicūtur architectonari textilia. Etiā illud

à parte totum intelligendum est quod ait, te-

xere coco & byfso: ex his enim & cetera

intelligimus, idest purpura & hyacinthum.

Et fecerunt filij Israhel sicut præcepit domi-

¹⁴⁹ nus Moysi, ita fecerunt. Plenum esset etiam si Exo. 39.

non adderetur, ita fecerunt. Et fecit Moyses 150

omnia quæ præcepit ei dominus, ita fecit. Si- Exo. 40.

militer vt dictum est, & filij Israhel.

D. AVRELII AVGUSTINI Locutionis de Leuitico.

LIBER TERTIVS. G

D E Leproso cū loqueretur dñs I
ait, Et immundus, immundus
vocabitur, quasi non satis esset
semel dicere, immundus voca-
bitur. Quanq; nōnulli codices

ita habeant. In alio Græco ita inuenimus fe-

mel dictū, immundus vocabitur. Item paulo

post dicit, Cum sit immundus, immundus e-

rit, q; in Latinum de Græco non sicut positū

est exprimi potuit, ait n. Græcus ἀκαθάπτος

ων, ἀκαθάπτος εσαι, quasi dicere, immundus

existens immundus erit: sed non hoc est exi-

stens, q; Græcus dixit ων, sed si dici posset, es-

sent ab eo q; est esse, non ab eo q; est, exis-
tere. Et vestimento si fuerit in eo tactus lepraz.

Potuit vñitate ita dicere, & in vestimento si

fuerit tactus. Aut in omni vase pelliceo in

quocunq; fuerit in eo tactus. Poterat satis es-
se, in quocunq; fuerit tactus. Et ecce nō cō-

mutauit tactus aspectum suum, i. colorem in

quem aspicitur: non n. aspectu quo ipse aspi-

cit. Tactum quippe ipsam maculam dicit. Et

accipiens sacerdos de hemina olei, superfun-

det in manum sacerdotis sinistram. Non di-

xit, in manum suam sinistrā, cum utique in

suā faciet. Viro viro cuicunque fuerit fluor,

& homo cuicunque exierit ex eo concubi-

tus feminis, & omne super quocunq; dormit

super illud, & omne super quod federit su-

per illud immundū erit. Et emitteret in manu

hoīs parati in eremum. Idest, emitteret in ere-

rum in manu hominis ad hoc parati. De hir-

co emissario loquebatur cum hoc diceret. H

Notandum est autem quō dicat scriptura, in

manu. Homo homo filiorum Israhel, i. ex fi-

lijs Israhel. Ita autē reperitio quemlibet homi-

nē videtur significare, idest, ille aut ille. Tur-

pitidinē patris tui, & turpitidinem matris

tuæ non reuelabis. Hac locutione concubitu-

Vetus

LOCUTIONIS DE LEVITICO

vetuit cum his personis. Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis, & ad vxorē eius non introibis: propinqua.n. tua est. Et posuit pro, idest. Hanc.n. dicit turpitudinem fratris patris eius, i. turpitudinem patrui, pudenda vxoris patrui. Et exhorruit terra eos qui incident super eam, i. sedes habent, quod est habitant. Et permetentib. vobis mēssem terrae vestrae, non perficietis mēssem vestram agri tui permettere. Hoc q̄ à plurali cepit, & ad singularē numerū terminauit, pleriq; Latini interpretari noluerunt, sed dixerunt agri vestri vbi dictum est agri tui, quasi Gr̄ecus hoc non posset dicere. Magis ergo locutio nota, da fuit q̄ emendanda. Quicunq; acceperit sōtorē suā ex patre suo aut matre sua, & videbitur turpitudinē eius, & ipse viderit turpitudinē eius, turpitudinē sōtoris sūc reuelauit peccatū suū accipiens. Peccatū posuit pro pēna peccati. Et segregabitis vosmetipſos inter medium pecorū mundorum, & inter mediū pecorum immundorum, & inter medium volucrū mundarum & immundarū. Segregabitis vosmetipſos dixit, inter mediū mundorum & immundorum: qm̄ segregantur munda ab immundis, vel à mundis immunda: noua est oīno locutio. Aliud est. n. segregabis iter medium pecorū mundorum, & inter medium pecorū immundorum: sicut ſepiſſime loqui ſollet. Aliud est q̄ modo ait. Segregabitis vosmetipſos, tanquā ab alterutrum segregantes ſeipſos ſegregent ab utrīque, tanquā iudicādo inter vtraq;. Dic ſacerdotib. filijs Aaron & dices ad eos: In animabus non inquinabūtur in gente eorum, niſi propinquo qui proximus est eis. In luctu dicit qui debetur animabus defunctorū. Ideo. n. lugentur, quia ex cesserunt. Et caluitum non radepini super mortuum, & ſuper carnes suas non ſecabant ſectiones. Vſitata eſſet locutio, carnes suas nō ſecabant ſectionibus. Mulierem fornicariā & prophanam non accipient, & mulierē eie etiam viro ſuo qm̄ sanctus eſt dñs Deo ſuo. Non dixit qm̄ sancti ſunt, ſed tanquā de vno loqueretur cū ceperit à plurali. Deinde ſequitur singulariter. Sanctificari eū, dona dñi Dei vestri iſte offeret, sanctus eſt: qm̄ sanctus ego dñs qui sanctifico eos. rursus ad pluralē cōcluſit. Si aut ſacerdos poſſederit animam emptā pecunia, hic edet de panibus eius. Nō dixit, hæc edet, cum animā dixerit, quæ gene
 ris eſt femini: ſed potius ad illud reſpexit, q̄ per animā ſignificare voluit, i. ad hominem. Et filia hominis ſacerdotis ſi fuerit viro alienigenæ, i. ſi nuperiſit viro alienigenæ. Et locutus eſt dñs ad Mōyſen dicens: vitulum aut oīuem aut capram cum natum fuerit, & erit ſeptem dies ſub matre ſua. Plus vī habere, & ſecondum vſitatisimā locutiones in scripturis, quas Latini pleriq; tranſerre noluerūt. Et ſanctificabor in medio filiorum Iſrael, q̄ eſt ſanctus habebor. Neque. n. dñs etiam preter filios Iſrael non eſt ſanctus. Eo ſenſu dictum eſt & in oratione dominica: Sanctifice tur nomen tuum, i. ſanctum habeatur ab hominibus. Loquere ad filios Iſrael & dices ad eos: Solennia dñi quæ vocabitis vocata ſancta, iſta ſunt ſolennia mea, ſex diebus facies opera. Cū ad plures loquendum dixerit, tanquam ad vnum poſtea loquitur. Et numerabitis vobis à die craſtino ſabbati quia obtulerit gremium ſuperpositionis, ſeptē ſeptimanias integras numerabis: Non dixit numerabitis, cum ad plures ſuperius loqueretur. Et cū nominasset filius mulieris Iſraelitidis, nō maledixit: Cum hic non addiderit Dei, mañifestum eſt tamen nomen Dei eſſe intelligendum cui maledixit. Homo homo ſi maledixerit Deum, ſuum peccatum accipiet. Ecce vbi ſatis appetit locutionis eſſe, cū dicatur homo homo, tāquam dicat, homo ille aut ille, hoc eſt quicunque homo. Non ſicut quidā putauerunt, hō ita dici, tanquā laudabiliter nuncupetur: ac ſi diceretur homo, ſed homo, i. non qualifcunq; velut ſimilis pecori, ſed qui vere ſit homo: quē ſenſum nō eſſe verum, ſed locutionis hoc eſſe ſcripturarum aperte hic ostenditur, cum in eo dicatur qui culpatur, non qui laudatur. Cū de ſeruis age ret quos liceret habere Iſraelitis. Et erunt vobis, inquit, in poſſeſſione in æternū, cū vtrīq; æterni moriendo eſſe non poſſent vel dñi vel ſerui. Aeternum ergo dixit, vbi non eſt temporis p̄ſtitutus modus quo vſq; ſeruant, ſicut conſtitutus eſt eis quos in remiſione dimitti iubet libertati ſuæ. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mādata mea obſeruaueritis & feceritis ea, & dabo pluuiā vobis in tēpore ſuo. Superfluū eſt, & cōſuetudini locutionis noſtræ, ſed more ſcripturarū additū. Sequebatur. n. dabo vobis. Et ſi vſque adhuc nō obdieritis mihi, & apponā caſtigare vos ſepties

septies in peccatis vestris. Etiam hic superfluum est, & sequebatur enim, apponam castigare vos. Quod autem septies ait, septies pro omni numero accipiendū est.

D. AVRELII AVGUSTINI
Locutionis de Numeri.

LIBER QVARTVS.

*Nom. 1.
& 2.*

Tnobiscū erunt vñusquisq; secundū caput vñusquisq; Princ pū. Filij Simeon secundū propinquitates eorū, secundū populos eorum, secundū domos familiarū eorū, secundū numerorū nominū eorum, secundū caput eorū omnia masculina à viginti annis, & supra, omnis qui procedit in virtute recognitio eorū. Hæc locutio quod nō dicit filij Simeon, vel ex filiis Simeon, sed filiis Simeon dariuo casu, & hoc seruat deinceps in ceteris tribulus, nō est trāslata ab interpretibus Latinis quos inspicere potuimus. In sola aut̄ tri bu Ruben q̄ prima numerata est, nō est ista locutio. Nō. n. ait: Filii Ruben scdm̄ propinquitates eorū, &c. sed ait: Et fuerūt filii Ruben primogēti Israe lis scdm̄ propinquitates eorū, & deinde si militer vt in ceteris. Et fecerūt filii Israel secundū oīa q̄ mādauit dñs Moysi & Aaron, ita fecerūt. Sacerdotes q̄ vinclati sunt, quorū cōsummauerunt manus eorū sacerdotio fungi. Et imponēt sup illud oīa vasa eius qb. ministrat in ipsis. Et reddet cui deliquit ei. Quidā locutionem istā trāsferre volētes emendato ordine verba trāstulerūt, dicētes: Et reddet ei cui deliquit. Vir aut mulier quicunq; fecerit ab oīb. peccatis humanis: Nō ait, quēcūq; fecerit. Sed locutio est, vbi sexus masculinns pronomē vendicavit, quāuis posterius fēmininus sit positus, q̄ locutio vñitata nō est. Viri viri si puericata fuerit vxor eius. Nō solū qa geminauit nomē, vt diceret, Viri viri, etiam quia addidit eius, notanda locutio est. Si su B perueniet illi sp̄ritus zelandi, illa autem nō fuerit inquinata, & adducet homo vxorem suā ad sacerdotē. Superfluum est, &c, sed scripsi vñitata locutio. Erit aqua argutionis, quæ maledicitur hæc. Hanc locutionem inuitatam fecit ordo verborum. Posset etiā vñitate ita dici: Et aqua argutionis hæc quæ ma ledicēt, vel si quid aliud vñitata verba ordinando dici pōt. Innocens esto ab aqua argutionis quæ maledicitur hæc: In hac locutione non solus verborū ordo inuitatate sonat, sed et casus mutatus est. Eſſet enim integrum & vñitatū: Innocens esto ab hac aqua argutionis, quæ maledicitur, aut ab aqua argutionis hac, quæ maledicit. Et inflabitur ventrē pro inflabiti vētre. Hæc locutio & apud Latinos authores frequentatur, sed interpres nostri qui eam transfrēt noluerunt dixerunt: Et in flabit venter eius. Vir vel mulier quicūq; magne vouerit votū. Non dixit quæcunq;. Et re detur caput suum. Talis locutio est qualis superius, inflabitur ventrem. Sex vehicula tēcta & duodecim boues: vehiculū à duobus principibus, & vitulum à singulis. In ea locatione notandum putauit eosdē dictos vitulos quos boues dixerat, sed hoc etiā Græcū idio ma esse phibet. Princeps vn⁹ quotidie, Principes, quotidie offerent dona sua. pro eo vt C diceret. Singulis dieb. singuli Principes. Virtu lū vñū p̄ bob⁹, & hircū ex capris vñū. Et nō erit in filijs Iſrael accedens filiorū Iſrael ad Num. 8. sancta. Videāt potuisse sufficere: & nō erit in filijs Iſrael accedens ad sancta. aut certe: Nō erit filiorū Iſrael accedens ad sancta. Et fecit 19 Moyses & Aaron & omnis synagoga filiorū Iſrael Leuitis scdm̄, quæ præcepit domini Moysi & Leuitis, ita fecerūt eis filij Iſrael. Et hō homo quicūq; mūdus fuerit, & in viā longinquā nō est, & defuerit facere Pashchā, exterminabit anima illa de populo suo. Ergo hō hō, locutio est, ac si diceret. Quicūq; hō ille vel ille. Et cum ascendisset nubes à tabernaculo & postea promouebāt filij Iſrael. Poterat plenū esse, Et cū ascendisset nubes à tabernaculo: pmouebāt filij Iſrael. Et prouebūt ordo castrorū filiorū Iuda primi. Et Num. 10. promouebunt filij Gerson & filij Merari. Fūturi temporis verbum posuit cum rem gestam præteritam narrat, sicut in superioribus cum de nube loqueretur, ad cuius motum vel stationem caltra promouebant vel consistebant, atq; ita deinceps in plurīū motionibus hoc verbo vñitatur. Dixit Moyses Obeth filio Raguel Midianitæ genero Moysi, non ait genero suo. Et dixit ad eum: Non ibo, sed ad terram meam & ad progeniem meam, subauditur, ibo. Et promiscuus qui erat in eis cōcupiuerunt concipi scen.

19
Leui. 22.
20

Matt. 6.
22
Leui. 23.

23

Leui. 24.

25

Leui. 25.

M

27
Leui. 26.

28

LOCUTIONIS DE NUMERI

- scientiam. Singularem posuit pro plurali, vt
 Ns. 11. promiscuus diceret, non promiscui, & tamē pluralem reddidit: cum ait, concupuerunt.
- 27 Nunc autē anima nostra arida, nihil prēter in manna oculi nostri. Desunt verba, est, & sunt: plenum quippe esset, Anima nostra arida est, nihil prēter in manna sunt oculi nostri. Nam quidam interpretes ita transtulerūt & addiderunt verba quae non sunt in Grēco. Et molebant illud in mola. Sexcenta milia peditum, in quibus sum in eis. Et abstulit de sp̄itu qui super ipsum. subauditur, aut erat, aut erit. Sed hanc locutionē quae dicit eclipsis, Grēco eloquio familiarissimam, & quantum puto ēt Hebreo, Latinos interpretes transference piguit, cum & in Latina lingua frequentaretur quanuis minus quam in Grēca. Et percussit dominus plagam magnā valde. Notanda fuit locutio, percussit plagam, non percussit plaga, quod est vītātū. Et homo Moyses lenis valde. subauditur, erat. Et ira animationis domini super eos, subauditur, facta est. Ecce Maria leprosa sicut nix.
- Ns. 12. 33 Et hic subauditur, facta. Et quae terrae in quibus isti incident super eam. Et quae ciuitas in quibus isti habitant in ipsis. Locū ipsum quē non minauerunt vallem borti, cum superiorius dixisset: Venerunt in vallem borti. Dic̄tū est ergo per anticipationē, non quia iā hoc vocatur quando venerūt, sed cum scriberetur hic liber, iam vocabatur. Quoniam fortior est nobis magis vītata esset locutio si non haberet magis. Et protulerunt pauorem terrae quam expoliauerunt eam. Terram quam trā suimus eam explorare terra comedens qui habitant super eam est. Dicendum autē fuit vītate, terra quā transiūmus explorare. Terra quam explorauimus eā bona est valde valde. Et ait omnibus synagoga lapidare eos in lapidibus, non dic̄tū est lapidibus, cū ipsum lapidare posset vītata locutione sufficere.
- 40 Et quousq; non credunt mihi in omnibus si gnis quibus feci in ipsis? Non ait quae feci in ipsis. Puer autem meus Caleph, quoniam sp̄itus alius in eo, & affecitus est me, & in ducam eum in terram. Vītatum esset si non haberet, &c. Et inducam eum in terram, in q̄ intravit illuc. Sufficeret vītata locutione, in quam intravit. Et ait dominus ad Moysem & Aaron dic̄s. Hoc illatum est, cum dominus & superiorius loqueretur. Facit hoc sepe scri-
- ptura cum aliquid aliud vult dicere, iterum inducit loquentem qui iā loquebatur. Quotquot murmurauerunt super me. non ait, de me, aut aduersus me. Et hæreditate possidebunt terram & quam vos abscessistis ab ea. 44 Vītatum esset à qua vos abscessistis: nunc vero, & quam abscessistis dictum est, & nouo more, & additum est ab ea, sicut scripture loqui solent. Si eūt est: Penitusq; sonantes, Accessistis scopulos, idest, accessistis scopulos: non ait, ad scopulos. Et, Deuenere locos, nō ait, ad locos. Ita & quam abscessistis: nō ait, à qua abscessistis. Ego dominus locutus sum, nisi ita fecero synagogæ isti malignæ. Quare dum est sanè quid sit qđ Grēco positum sit ēx. Nostri enim interpretes hoc penè vbi que interpretati sunt, nisi in terram in quam ego induco vos illuc. Si autem anima vna peccauerit nō sponte, offeret capram vnam anniculam pro peccato, & exorabit sacerdos pro anima inuita, & quae peccauerat nolenter ante dominum, exorare pro eo, & remittetur ei. In hac sententia & illa locutio notanda erat, quod ait, exorabit sacerdos: & postea dixit exorare. Vtrunq; enim simul, ita dici posset, exorabit exorare. Et illa, qđ à feminino genere incipiēs ad masculinū clausit. Cum enim dixisset, si anima vna peccauerit, conclusit dic̄s, exorare pro eo: vbi intellegit, pro eo homine. Nā quod adiunxit & dimittetur ei: in Latino quidem nō apparet, quia hoc pronomē generis omnis est. Sed in Grēco masculinū elucet vbi habet dīctū quod hic positū est, ei. Quod vero hoc dīctū est, pro anima inuita intelligitur: quae inuita peccauerit, nō quod nolit pro se offerri. Hoc enim etiam consequenter expoluit, vbi ait: & quae peccauerit nolēter. Et ideo inuita positū est, quia Latine nō potuit exprimi qđ Grēce dīctū est dīctū, ut dīctū. Nō potuit. nondi nolentata vel quid aliud ab eo quod no lens fecerit. Et anima quæcūq; fecerit in manu superbie, subauditur peccatum. Notandum etiam quod ait in manu superbie manū ponens pro opere siue potestate. Morte moriat homo lapidate eum lapidibus omnis synagoga, & morte moriat. Et lapidate lapidibus, & lapidate omnis synagoga locutiones sunt iniustitatē nobis. Et accipite singuli thuribulum suum. Et descenderunt ipsi & omnia H quae sunt eis. Præsens posuit pro præterito, sunt

Aene. I.

46

47

Ns. 15.

Philip.
Gen. 2
Matt.

Psal. 15
Psal. 5.

51 sunt pro erat vel fuerit. Et omnis Israel qui
 in circuitu eorum fugerunt à voce eorum. subau-
 di erat. i. omnis Israel qui erat in circuitu
 52 eorum. Qui sanctificauerunt thuribula pecc-
 atorum horum in manib. suis. Non dixit, qd
 sanctificauerunt thuribula peccatores hi in
 manib. suis, sed quasi quereref quorū thuri-
 bula, pro eo vt dicere sua, dixit peccatorum
 horum. Qui autem sanctificauerint, intelligendū
 reliquit. i. quia ipsi. Et ecce germinauit virga
 53 ^{Nu. 17.} Aaron in domum Leui. Latina consuetudo
 54 ī domo Leui exigere dici. Et ego accepi fra-
 55 ^{Nu. 18.} tres vros Leuitas de medio filiorū Israel da-
 tionē datam dñi. Hæc locutione in Latinū ne-
 cessitate ita translata est. Nam Græcus habet
 δόμα. δε δομήν, quod si qd quam Latine vult
 exprimere, dictutus est datum datum, qd &
 Philip. 4. δόμα datum est, ēm qd dicit Apostolus: Nō
 Gen. 25. quia queror datum, sed requiro fructum. Qd
 Matt. 7. in Græco δόμα scriptum est. Et in Genesit: De-
 dit Abraham data filii suis. Græcus habet
 δόματα. Et in Euangeliō: Nostis bona data
 dare filii vestris. δόματα est in Græco. Et
 δόματα, datū est, nō nomē, sed participiū.
 At per hoc datū datū dici possit tanq; datum
 qd dat, nisi ambiguitas vitāda esset. Hac am-
 biguitatē qdam nostri vitare conantes inter-
 pretes, donū datū dixerunt. Sed donū Græce
 δόμα, dñ non δόμα. Vnde hoc loco non re-
 ete dicere, quia nō sibi hoc donatū à filiis
 Israel dicit Deus, sed p̄ primogenitis sibi de-
 bitis redditū. Vnde & quæ redundunt & quæ
 donantur, data dici p̄nt. Et iō oē donum etiā
 datū est, non oē datū ēt donum est, qd non
 oē quod daē cōtinuo etiā donaē. Omnis pri-
 mitia olei, & oīs primitia vini & tritici, pri-
 mitia eorum quæcunque dederint dñ, tibi de-
 di ea. Non dixit oēm primitiū tibi dedi eū.
 Sed cū dixisset, oīs primitia, & enumeraret
 X de qb. esset intulit tibi dedi ea, nec saltē tibi
 dedi eā, aut tibi dedi eas. i. primitias, sed neu-
 trum genus intulit, qd qdem fieri absoluta
 locutione etiā in Latina lingua solet. Neque
 hoc qd dictum est, primitia, Latinum vī, pri-
 mitia quippe numeri tñ pluralis dici solet.
 Sed si powerunt interpretes nostri transfe-
 re qd in Græco inuenerunt. Non cōgregabo
 Pfd. 15. conuenticula eorum de sanguinib. Et alio lo-
 co. Virum languinū & dolosum abominabi-
 Pfd. 5. tur dñs, cum sanguis ī Latina lingua numeri
 sit tñ singularis, cur ēt hic piget & singularē
 numerum primitiū sicut habet Græcus ex-
 primere? Aliqui tñ interpretes primitias trās-
 tulerunt, & per accusatiū casum, vt dice-
 rent: Oēs primitias tibi dabo. Ita vtrāq; locu-
 tionem nobis inusitatam qd in Græco in
 uenta est, transferre noluerunt. Loquere filii
 Israel & accipient à te inuencam rufam. Pro
 eo ac si diceret: Adducāt ad te, aut certe vtrū
 que vstate dicere. Accipient & adducāt ad
 te inuencam rufam. Et lauabit corpus suum
 aqua. Hoc intelligeretur ēt si nō h̄ret aq;. Et
 ponet extra castra in locū mundū, Nō in lo-
 co mūdo dixit, qd Latinæ locutionis est. Oē
 vas apertū quæcunq; non habent alligaturā
 allegatam super ea. Et accepit Moyses virgā L
 quæ ante dominum. subauditur, era. Quia 60
 non credidisti sanctificare me in conspectu Nu. 20.
 filiorū Israel. i. sanctitatē meam declarare. Se 61
 cundū ista locutione dictū est. Et pro eis san-
 ctifico neipsum. Et in oōne dñica: Sanctifi-
 ce nomē tuū. Et incolæ fuimus in Aegypto 62
 dies plures. pro , annis multis. Et dixit ad eū 63
 Edom. Hic est gēs ip̄a. Nō. n. adhuc viuebat Matt. 6.
 Edō qui erat Elau, sicut ip̄sī qui nuncios mi-
 serunt Israel vocabant, qd prius nomē vnius
 hominis erat. Et dicunt ei filij Israel: Iuxta
 montē transfibimus. Si autē aqua tua biberi
 mus ego & pecora mea, dabo preciū tibi. Sa-
 tis eleganter à plurali transit ad singularē nu-
 merū, tanq; Israel diceret, cū dixisset filij Is-
 rael, & à verbis coepisset numeri pluralis,
 quod est transfibimus & biberimus. Et vidit 65
 omnis synagoga quia dimissus est Aaron.
 Nō facile hoc verbum reperit in scripturis,
 dimissus, pro eo quod est mortuus. Hoc &
 iu euangelio est, vbi ait Simeon: Nunc dimi-
 tis seruum tuum in pace. Verūtamen ^{lato. vīc.} Luce. 2.
 habet in Græco, quod magis à resolutione qd
 a dimissione dictum sonat: Non enim dixit
 ἀπει, quod sine dubio est dimittis. Et fleu-
 runt Aaron triginta dies oīs domus Israel. M
 Non dixit fleuit, nec dixit tora vel vniuersa,
 sed oīs quasi plures essent. Sicuti est, oīs hō,
 qd de oīb. dñ, longe vtiq; aliud qd totus ho-
 mo quod de vno dñ, sed assidue ponit scri-
 ptura oē pro toto. Et detrahebat populus
 ad Deum & aduersus Moylen. Non dixit de
 Deo sed ad Deū, quanvis hāc locutione qui
 dā transferre nolentes, detrahebant de Deo,
 transtulerunt. Ora ergo ad dominum vt
 auferat à nobis serpentem. Sicut in Exodo
 Aug. Tomus tertius. F. di-

LOCUTIONIS DE NUMERI

- Sup. li. 2.** dictum est, ranam, singulare pro plurali. Et factū est qm̄ momordit serpens homē, & aſ-
 69 pexit in ēneū ſerpentē & viuebat. Nō ſolum hoc habet iſa locutio q̄ vertit modū verbī,
 70 & à ſpē pfecta p̄tererit tpiſ ad iſperfēctā clau-
Num. 22. ſit, ſed et̄ quod plus habet, &c. Et eleuātes ex
 Oboth caſtra collocauerūt in Colgaſ trans-
 71 in eremo, hoc eſt in vltoriore eremo. Et per-
 72 cuſſit aſinā in virga nō dixit virga, ſed in vir-
Num. 23. ga In maledictionē inimicorū meorū voca-
 uite, & ecce bñdixisti bñdictionē. Nō dixit
 73 bñdictionē, ſed tanq̄ diceret, ecce bñdixisti
 74 bñdictionem. Quæcunq; miſerit Deus in os
 75 meū, hoc obſeruabo loqui. Nō dixit, hæc ob-
Num. 26. ſeruabo. Veni meū adhuc in locū alium de-
 A quo nō videbis eū inde. Et ait dñs ad Moysē
 accipe duces populi & oſtēta eos dñs cōtra
 ſolē, & auertet ira aſiationis dñi ab Israel. Cū
 dñs loqueret, nō dixit. Et oſtēta eos mihi & avertet
 ira mea ab Israel. Domus familiæ eſt
 Madiān. De muliere hoc dixit q̄ cum adulte-
 ro Israelita p̄cuſſa eſt. Quib; verbiſ quantum
 puto intelligi voluit nobilē fuſſe vt diceret
 eā, domus familiæ, ſicut iā vulgo ad inſigne
 77 diuitiarū p̄familias & materfamilias dñ. Et
 locut⁹ eſt dñs ad Moysen & ad Eleazar ſacer-
 dotē, dicens: Accipe principiū totius ſinago-
 78 gę filiorū Iſrael à viginti annis & ſupra. No-
 tāndū qd appellauerit principiū, robur: ſ.
 ætatis in populo. Vt exaudiant eū filii Iſrael
 79 & in ore eius exibunt, & in ore eius introi-
 bunt. i. cum iuſſerit. Et fecit Moysē ſm̄ que
 p̄cepit illi dñs, & aſſumens Iesum ſtatuit
 eum ante Eleazarū ſacerdotem &c. Vbi hoc
 80 nōtandum fuit, q̄a cum iam dixiſſet: Et fecit
 Moysē ſm̄ que p̄cepit illi dñs eadē ipſe
 recepit. Et commēdat ſm̄ que p̄cepit dñs
 Moysi. Non ait, ſecundum, que p̄cepit illi
 81 dñs. Decimam decimam, ſimilaginis conſp-
Num. 28. fan in olco agno vni, i. ſingulas decimas ſin-
 gulis agnis: Quod enim ait decimam decimam, ſignificauit q̄ repetendē ſint decimæ
 82 per ſingulos agnos. Et in mense primo quar-
 B tadecima mensis huius dies festus, ſeptē dies
 azyma edetis. Notandum diem festum per
 plures dies celebrari, & tamen diem festum
 dici, non dies festos, ipſius festiuitatis cele-
 brationem quotquot dies tenuerit. Et mense
 83 ſeptimo vna mensis. Secundum hanc locu-
 tionem dictum eſt in Genesi. Et facta eſt ve-
 ſpera, & factum eſt mane dies vnuſ. Nam &
 ibi ſicut hic Græcus habet *μέρα μία*. Vnde **Num.**
 qđam hic interpretantes, prima die mensis, 29.
 neceſſariam locutionem p̄termiferunt, **Gen. 1.**
 q̄aannis à ſententia verborū non receferint:
 Vitulum vnum ex bobus, arietem vnum: 84
 Non ait, ex ouibus ſicut illud ex duobus, cū
 & illud ſi deeffet, plenum eſſet. Agnos anni-
 culos ſine vitio ſeptem. Hoc quod in agnis
 poſuit ſine vitio, per omnia ſubaudit, & in
 vitulo ſcilicet & in ariete. Decima decima
 agno vni ſeptem agnis, ideſt ſingula ſingulis: 86
 Exceptis votis veſtris & voluntaria veſtra, &
 holocaustomata veſtra, ſacrificia veſtra, &
 libamina veſtra, ſalutaria veſtra. Hanc & locu-
 tionem ſi vel Græca eſſet non notarē. Non
 enim ait, exceptis votis veſtris & voluntariis **C**
 veſtris & cetera vt cooperat, ſed neque exce-
 pta vota veſtra, vt ab ipſo velut Solœcismo
 inciperet. Sed cum prius recte vſitata locu-
 tionē dixiſſet, excepti votis veſtris, ea deinde
 adiunxit per aliū caſum vbi ſubaudiri non
 poſit excepti, ſed excepta, quod non admit-
 tit nec Græca nec Latina locutio. Homo ho-
 mo quicunque vouerit votum domino. pro 88
 eo quod eſt, omnis homo. Cum autem mu-
 lier vouerit votum domino, aut definierit de
 finitione in domo patris ſui in inuentuſ ſua. **Num. 30.**
 Hic mulierem foemina dicit etiam ſi vir-
 go ſit, more ſcripturarum. Vnde etiam de
 Christo eſt, quod ait Apoſtolus: Factum ex **Gala. 4.**
 muliere. Et audierit pater eius & definitiones
 eius quas definiuit. Definitiones definiuit, lo-
 cutio eſt. Definiunt aduersus animā ſuam. i. 90
 aduersus delectationes animæ ſuæ. Et tacue-
 rit pater eius, & ſtabūt omnia vota eius: Hic
 plus habet, &. Nam integer ſenſus eſt: Si au-
 dierit & tacuerit pater eius ſtabunt omnia
 vota eius. Si aut̄ facta fuerit viro. intelligitur, 92
 nupſerit. Scriptura ſic loquitur. Et vota eius 93
 ſuper eam ſubaudit ſunt, quod nōnulli in
 terpretes etiam addiderūt. Omnia quæcunq; 94
 exierūt ex labiis eius ſecundum vota eius, &
 ſm̄ definitiones quæ aduersus animam eius, non manet ei. Cum expectaretur numerus
 pluralis, vt diceret, non manent ei, nam ita
 nonnulli interpretati ſunt vitantes iſtū qua-
 fi Solœcismum. Mille ex tribu, & mille ex **D**
 tribu ex omnibus tribubus Iſrael. Nunquid **Num.**
 duodecies dixit mille? Et tamen repetitio 95
 millenos ſignificat. Interfecerunt in gladio, 96
 quod vſitatem dicere, interfecerūt gladio. Et 97
 omnes

98 omnes ciuitates eoru que in habitationibus
 eorum subauditur, erat. Et villas eoru succē-
 derunt in igni. qđ vſitate diceretur succende-
 runt igni. E: oēm multitudinē mulierum, q
 nō nouit concubitū masculi, viuificare. Nus-
 quam certius apparet Hebræa locutione mu-
 lieres etiam dici virgines solere. Et a dimidia
 parte eorum accipietis & dabis ea Eleazar fa-
 cerdoti primitias dñi. Non dixit, dabitis. Et
 aīæ hoīum à mulierib. quę nō cognouerūt
 concubitum viri, oīs aīa duo & trīginta mi-
 lia. Et hic superior locutio cōfirmata est, mu-
 lieres dici ēt q non cognouerūt cōcubitum
 102 E viri, i. virgines. Et accepit Moyses & Eleazar
 facerdos aurum à Chilarchis & à Cēturiō-
 nib. & intulit ea in tabernaculum testimonij.
 Vr̄ dicere debuisse. Et intulit illud in taberna-
 culū testimonij, qm aurum acceptū esse p̄re-
 dixerat, & pleriq; latini codices sic h̄nt. Sed
 iō pluraliter v̄ illatū vt diceret, intulit ea, q
 103 multa vasa fuerant superius cōmemorata in
 qb. erat hoc aurū. Et pecora multitudo erat
 filii Ruben & filii Gad, multitudo copiosa
 valde. Nō dixit & pecorum multitudo erat.
 104 Et viderunt regionem Iazer & regionē Ga-
 laad, & erat locus, locus pecorib. Nō iungen-
 dū est in pronunciatione qđ bis dixit locus,
 sed substinguendū, & erat locus, & deinde in
 ferendū, locus pecorib. Quasi. n. expectare
 qualis locus, ita repetitio eleganter illata est.
 105 Et accedētes filij Rubē & filij Gad dixerunt
 ad Moysen & Eleazar facerdotē, & ad prin-
 cipes synagogē, dicētes. Non est ista vel Gra-
 ca vel Latina locutio dixerūt dicētes, sed He-
 bræa v̄. Def terra ista famulis tuis in p̄fes-
 sione. Quasi de aliis dicerent cum sibi pete-
 rét. Non. n. secuti sunt post me p̄ter Caleph
 filius Iephone. Vr̄ dicere debuisse, p̄ter Ca-
 leph filiū Iephone. Sed noīatiue intulit quia
 p̄cessit, secuti sunt. Est aut̄ ista locutio ēt Latī-
 na, sed rara. Donec cōsumaret oīs ḡnatio fa-
 ciētis maligna in conspectu dñi: Non dixit,
 faciens maligna, neq; facientium maligna. Et
 109 accesserunt ei, & dixerunt. Non v̄tiq; v̄statū
 est accesserunt ad eū. Et qđificabit vobis p̄fis
 ciuitates impedimentis vestris. Ac si diceret:
 Aedificabit vobis p̄fis ciuitates, p̄p impedi-
 menta vestra. Impedimenta nostra & vxo-
 res nostra & oīa pecora nostra erunt in ciui-
 tatis. Galaad, Pueri aut̄ tui transibunt oēs ar-
 mati. Non dixerunt, nos aut̄ transibimus oēs

armati, sed tanq; de aliis dicerent. Et cōmen-
 dauit eis Moyses Eleazar facerdotē & Ielum
 113 filiū Naue, & principes familiarū tribuum
 Israel. Non aut cōmendauit eos Moyses Elea-
 zar facerdoti, qđ v̄tiq; ordo locutionis visita
 ta exigebat. Per hos. n. introducti sunt in ter-
 ram q̄ petebant. Vnde magis illi istis à quib.
 introduceban̄ in terram postulatam, q̄ isti
 qui introducebant illis quos introducebant
 commendati videntur. Si autem non trāstieint
 armati vobiscū in bellū in conspectu dñi &
 transferre impedimenta eoru. Plus habet, &c.
 Et dedit eis Moyses filiis Gad & filiis Rubē. G
 Plus habet, eis. Et non ibi erat aqua populo
 114 bibere, pro eo qđ est ad bibendū. Loquere fi
 liis Israel & dices ad eos sufficere v̄. Loque
 re filiis Israel. Et omnia idola fusilia eorum
 115 perdetis ea plus habet, ea. Hoc erit vobis
 fines maris. Non dixit, hi erunt vobis. Et
 116 hoc erit vobis fines ad Aqilonem. Eadem
 117 repetita locutio est. Et erunt ciuitates eis ha-
 bitare. pro eo quod dici solet, ad habitandū. 118
 Refugia erunt vobis fugere illo homicidam. 119
 Quod v̄stite dici posset, vt fugiat illo homi-
 120 cida. Et incole qui in vobis, ista ciuitates in
 refugium. Singulari numero positum est in-
 121 cole. i. huic incole qui in nobis, quoniam mi-
 nus habet, est. Non enim ait, qui in vobis est,
 122 notissima locutio, sed rariore in lingua La-
 tina quam Græca.

D· A V R E L I I A V G V S T I N I

Hipponensis Episcopi, Locutio-
nis de Deuteronomio

LIBER QVINTVS.

VSque ad flumen magnum, flu-
 men Euphraten. Non dixit v̄f-
 que ad flumen magnum Eu-
 phratem. Et iudiciū quod du-
 rum & fuerit à vobis affereris
 illud ad me. Nō dixit quod durum fuerit vo-
 bis, sed à vobis, i. ita durum, vt à vobis iudi-
 cari nō posse. Si videbit aliquis virorū illo-
 123 rū terram optimam hanc q̄ iurauit patribus
 eorum, p̄ter Caleph filius Iephone hic vi-
 debit eam. Et in libro Numerorum istam lo-
 cutionem notauimus, qui non dixit p̄ter
 Caleph filium Iephone, sed filius. Dominus
 Deus yester benedixit te in omni opere ma-

F 2 num

LOCUTIONIS DE DEVTERONOMIO

Deut. 4. num tuarū. Non ait benedixit vos in omni
 opere manū vestrā, cū prædictisset vester,
 non tuus. Nūc ergo surgite & promouete, &
 pertransite vos vallē Arnon. Ecce tradidi in
 manus tuas Seō regē Esebon. Nō dixit in ma-
 nus vestras, sed à plurali ad singularē trāsīt.
Deut. 6. Qm̄ quē est gēs magna cui est ei Deus appro-
 piāns illis. Duo sunt hic notāda, vel qđ ait,
 cui est ei, vel qđ non ait appropiāns illi, sed
 appropiāns illis. Et similitudinem non vidi-
 fitis sed vocē. cum vox non posuit videri, sed
 gñaliter hoc verbū posuit tanqđ ad oninēm
 corporis sensum videre pertineat. In quam
 vos ingredimini illō, hæreditare eam, plenū
D Dei & patris , profecto perducet ad contem-
 plationē suā , q̄ dixit : Et oñdā illi meipsum .
 Et ideo confequerter cū dixisset illi Iudas
Ioan. 14. Domine quid factū est quia ostensurus es te
 nobis , & nō huic mūdo ? Rñdit Iesus & dixit
 illi . Si quis diligit me , sermonem meū serua-
 bit , & pater meus diligit illum , & ad eū ve-
 niemus & mansionem apud eum faciemus .
 Ecce quia nō solū seipsum ostendit ei a quo
 diligitur , quia simul cum patre venit ad eū ,
 & mansionē facit apud eum . An forte puta-
 bitur mansionē in dilectorē suo facientibus
 patre & filio , exclusus esse ab hac mansione
 spiritusfanctus ? Quid est ergo q̄ superius ait
 de spiritusfancto , Quem hic mūdus accipere
 non potest , qm̄ nō vident illū , nostis illa vos
 q̄a vobīscū manet , & in vobis est . Nō itaque
 ab hac mansione saparatus est de quo dīctū
 est . Vobīscū manet , & in vobis est . Nisi forte
 quisquā sic absurdus est , vt arbitretur cū pa-
 ter & filius venerint , vt mansionem apud
 eum faciant , idest , dilectorem suum discessu-
 rum inde spiritusfanctum & tanquam lo-
 cum daturum maioribus . Sed huic carnali
 cogitationi occurrit scriptura : Paulo quip-
 pe luperius ait : Et ego rogabo patrem , & a-
 liū aduocatum dabit vobis , vt vobīscū sit in
 æternū . Non ergo disceder patre & filio ve-
 nientibus , sed in eadē mansione cū ipsis erit
 in æternū , quia nec ille sine ipsis venit , nec il-
 le sine ipso . Sed propter insinuationē Trini-
 tatis , plonis etiā singulis nominatis dicuntur
 quēdam separatim : non tamen alijs separatis
 intelligūti pp̄ eiusdem Trinitatis unitatem
 vnamque substantiā atque diuinitatem pa-
 tris & filij & spiritusfancti . Tradet itaque re-
 gnum Deo & patri dominus noster Iesus
 Christus , nō se inde separato , nec sp̄sancto
 quando

Idem fī
fīus exp
cas. c. 10

I. Co. 15.

Psal. 26.

I. Tim. 2.
I. Co. 15

G

Ioan. 14.
1. Co. 15
quando perducet credentes ad contemplationem Dei, ubi est finis omniū bonarū actionū, & requies sempiterna, & gaudiū q̄ nunquam auferetur a nobis. Hoc n. signat in eo, q̄ ait: Iterū videbo vos, & gaudebit cor vestrū,

Ioan. 16.
Luc. 10.
& gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Cuius gaudiū similitudinē p̄signabat Maria sedes ad pedes dñi, & intenta in verbū eius, quieta, s. ab emni actione, & intenta in veritatē secundum quendam modū, cuius capax est ista vita, quo tñ p̄figuraret illud, q̄ futurum est in aeternum. Martha quippe sorore sua in neces-

F sitatis actione conuerlante, quamuis bona & utili, tñ cū requies successerit, transitura, ipsa requiescebat in verbo dñi. Et ideo dñs cōquerenti Martha, q̄ eam soror non adiuaret, respondit: Maria optimā partē elegit, q̄ non auferet ab ea. Non malā partem dixit q̄ agebat Martha, sed istā optimā q̄ non auferetur. Illa enim quae in ministerio indigentia est, cum

I. Co. 15.
Rem. 1.

indigentia ipsa transferit, aufertur. Boni quippe operis transituri merces est requies permanitura. In illa igitur contemplatione Deus erit omnia in omnibus, quia nihil ab illo aliud requiretur, sed solo ipso illustrari, perfriq; sufficiet. Ideo q; ille in quo sp̄us interpellat gemitib. inenarrabilibus: Vnā, inquit, petija dño, hanc requirā, vt inhabitem in domo dñi, per oēs dies vitæ meæ, vt contépler delectationē dñi. Contéplabitur n. Deū patrem & filiū & spiritum sanctū, cum mediator Dei & hominū, hō Christus Iesus, tradi-

derit regnū Deo & patri: ut iā nō interpellet pro nobis mediator, & sacerdos noster filius Dei & filius hoīs, sed & ipse inquantū sacerdosest, assumpta pp nos terui forma, subiectus fit ei qui illi subiecit omnia, ut inquantū Deus est, cū illo nos subiectos habeat: inquantū sacerdos nobiscum illi subiectus fit. Quapropter cum filius fit & Deus & homo, alia substantia Deus, alia homo, homo potius in filio quam filius in patre: Sicut caro animæ meæ, alia substantia est ad animā meam quāuis in uno homine, quam anima alterius hominis ad animam meā. Cum ergo tradiderit regnū Deo & patri, i. cum creden-

G tes & uiuentes ex fide, pro quib. nunc mediator interpellat, perduxerit ad contemplationē cui percipienda suspiramus & gemimus, & transierit labor & gemitus iam non interpellabit pro nobis tradito regno Deo & patri:

hoc significas ait, Hæc vobiscū locutus sum in similitudinibus, ueniet hora qñ iam non in similitudinibus loquar uobis, sed manife-

10.m.16.

ste de patre nunciabo uobis, i. iam nō erunt similitudines, cū uisio fuerit facie ad faciem.

Hoc est. n. q̄ ait, sed manifeste de patre nunciabo uobis: ac si diceret, manifeste patrem ostendam uobis: Nunciabo quippe ait, quia uerbum eius est. Sequitur. n. & dicit: Illa die in noīe meo petetis, & non dico uobis, quia ego rogabo patrem. Ipse. n. pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis q̄ a Deo

H exiui, Exiui a patre, & ueni in hunc mundū, iterū relinquō mūdū & uado ad patrē. Quid est. A patre exiui, nisi non in ea forma qua æ-

qualis sum patri, sed aliter, i. in assumpta crea-

tura minor apparui: Et quid est, Veni in hūc mundū: nisi formā serui quā me exinaniens

acepi, ēt peccatorū qui mundum istum diligunt oculis demonstrauit: Et quid est, Iterum relinquō mundū: nisi ab aspectu dilectorum

mundi aufero q̄ uiderunt: Et quid est, Vado ad patrē: nisi doceo me sic intelligendum a

fidelib. meis quo æqualis sum patri: Hoc qui credunt, digni habebuntur perduci a fide ad speciem, i. ad ipsam uisionē, quo perducens

dictus est tradere regnum Deo & patri. Fideles quippe eius quos redemit sanguine suo,

dicti sunt regnū eius, pro quib. nunc inter-

pellat: tunc aut̄ illuc eos sibi faciens inhērente, ubi æqualis est patri, non iam rogabit patrē pro eis. Ipse. n. inquit, pater amat uos: utique ip-

se non separat: sed secundū ea facit intelligi, quæ supra cōmemorauit, satiūq; insinuaui,

plerūq; ita nominari in trinitate unamquāq; personā, ut & aliae illuc intelligātur. Sic itaq; dictū est, ipse. n. pater amat uos: ut consequē-

ter intelligatur & filius & spiritus sanctus: nō quia modo nos non amat, qui proprio filio

Rom. 8.

nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eū, sed tales nos amat Deus, quales futuri su-

mus, non quales sumus. Quales n. amat, tales in aeternū cōseruat: q̄ tunc erit cum tradide-

1. Co. 15.

re regnū Deo & patri, qui nunc interpellat pro nobis ut iā non roget patrē, quia ipse pa-

ter amat nos. Quo aut̄ merito, nisi fidei, qua credimus antequā illud q̄ promittitur uidea-

mus? Per hanc. n. peruenimus ad speciem, ut

Aug. Tomus tertius. L 3 tales

DE TRINITATE

tales nos amēt, quales atmāt, vt sumus, nō quales odit qui mali sumus, & hortatur ac p̄stat, ne tales esse semper velimus. Quapropter cognita ista regula intelligendarū scripturarum de filio Dei, vt distinguamus q̄ in eis sonet secundū formā Dei, in qua æqualis est patri, &

Filius quo minor patroque.
Cap. II.

Ktri, & filius, & spiritus sanctus, quia neuter eorum creatura est, sicut iā ostendimus. Secundū aut̄ formā serui, minor est pater, quia ipse dicitur: Pater maior me est. Minor est seipso, quia de illo dictū est: Semetipsum exinanivit formā serui accipiēs. Minor est sp̄sancto, quia

Mat. 12.

Ipsē ait: Qui dixerit blasphemia in filiū hominis, remittetur ei: Qui aut̄ dixerit in spiritum sanctū non remittetur ei. Et in ipso virtutes operatus est, dicens: Si ergo in spiritu Dei ejus dēmonia, certe superuenit super vos regnū Dei. Et apud Esaiam dicit, quā lectionē ipse in synagoga recitauit, & de se cōpletam fine scrupulo dubitationis ostendit. Spiritus, inquit, dñi super me, p̄p q̄ vnxit me, euangelizare pauperib. misit me, prædicare captiuis remissionē, &c. Ad quā facienda ideo dicit se missum, quia spiritus dñi est super eum.

Secundū formā Dei, omnia per ipsum facta

Ioan. 1.

Galat. 4.

Ioan. 10.

Ioan. 6.

Ioan. 5.

Secundū formā Dei, sicut habet pater vitā in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secundū formam serui, Triflīs est anima mea vsq; ad mortē. & Pater inquit, si fieri potest transeat à me calix iste.

L Secundū formam Dei, ipse est verus Deus & vita æterna. Secundū formā serui, Factus est

1. Ioan. 5. obediens vsq; ad mortē, mortem aut̄ crucis.

Phil. 2. Secundū formam Dei, Omnia quā habet pa-

Ioan. 16. ter, ipius sunt: & omnia tua mea sunt, inquit,

& 17. & mea tua. Secundū formā serui, Non est

doctrina ipsius, sed illius qui eū misit, Et de-

die & hora nemo scit, neq; angeli in celo, ne-

que filius, nisi pater. Hoc nescit, q̄ nescien-

tione fit, i. q̄ non ita sciebat ut tunc discipu-

lius dicitur: sicut dictū est ad Abraham, Nūc

tur nesci- cognoui q̄ timeas Deum, i. nunc feci ut co-

gnosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione probatus innotuit. Nā & illud vtiq; dicturus erat discipulis tēpore opportuno, de quo fuit tanquā præterito loquens ait, iam non dicā vos seruos, sed amicos, seruos. n. nescit

voluntatem dñi sui: Vos aut̄ dixi amicos, q̄a omnia quæcumq; audiui a patre meo, nota feci vobis. q̄ non dñm fecerat, sed quia, certo facturus erat, quasi iā fecisset locutus est. Ipsi-
1. Cor. 16.

sis. n. ait, Multa vobis habeo dicere, sed non potestis illa portare modo. Inter quā intelligi-
M giur, & de die & hora. Nam & Apostolus: Neq; n. iudicauit me, inquit, scire aliquid in-
ter vos, nisi Christū Iesum, & hunc crucifi-
xum. Eis. n. loquebātur qui capere altiora de
Christi deitate non poterant. Quibus etiam paulopost dicit, Nō potui vobis loqui quā spiritualibus, sed quasi carnalib. Hoc ergo in-
ter illos nesciebat, quod per illum scire non poterāt. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat. Denique scie-
bat inter perfectos, quod inter parvulos ne-
sciebat. Ibi quippe, ait, Sapiētiam loquimur
inter perfectos. Eo nanque genere locutio-
nis nescire quisque dicitur q̄ occultat, quo
dicitur fossa cęca quā occulta est. Neque. n.
aliquo genere loquuntur scripture, quod in
consuetudine humana non inueniatur, quia
vtique hominibus loquuntur. Secundum for-

1. Cor. 2.
2. Cor. 3.

mam Dei dictū est, Ante omnes colles ge-
Pron. 8. nūt me, i. ante omnes altitudines creaturarū. *Ps. 109.*

Et ante Luciferum genu te, i. ante omnia tē-
pora & temporalia. Secundum formam aut̄ serui dictum est: Dñs creavit me in principio
1. Cor. 14.

viarum: Quia secundum formam Dei dixit, Ego sum veritas, & secundum formam serui,
Ioan. 8. Ego sum via. Quia enim ipse est primogeni-
tus a mortuis, iter fecit Ecclesiæ suæ ad re-
gnū Dei ad vitam æternam, cui caput est ad

A immortallitatem etiā corporis: & ideo crea-
tus est in principio viarū Dei in opera eius. *Ioan. 8.*

Secundum formam enim Dei, principium *Gen. 1.*
est quod & loquitur nobis: in quo principio *Psal. 18.*
fecit Deus cęlum & terram. Secundum autē *Col. 1.*

formam serui, Sponsus procedens de thala-
mo suo. Secundū formam Dei, Primogeni-
tus omnis creature, & ipse ante omnes est, &
omnia in illo constant. Secundum formam
serui, Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Secū-
Ibidem.

dum formā Dei, Dominus est gloria. Vnde
manifestū est, q̄ ipse glorificet sanctos suos.

Quos

Quos enim prædestinavit ipsos & vocauit; & quos vocauit ipsos & iustificauit, quos iustificauit, ipsos & glorificauit. De illo quod precepit est, quod iustificet impium: de illo dicitur est: quod sit iustus & iustificatus. Si ergo quos iustificauit, ipsos & glorificauit, qui iustificat ipse & glorificat, quod est, ut dixi, dominus glorie, secundum formam tamen serui satagibibus dicti pulis de glorificatione sua, respondit: Sedete ad dextram vel ad sinistram meam non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Quod autem paratum est a patre eius, & a ipso filio paratum est, Quia ipse & pater vnum sunt. Ia enim ostendimus in hac Trinitate per multos diuinari locutionum modos esse de singularibus dicit quod omnium est, propter inseparabilem operationem vniuersi eiusdemque substantiae. Sicut de spiritu sancto dicit, Cum ego iero, mittam illum ad vos. Non dixit, mittemus, sed ita quasi tantum filius eum missurus esset, & non pater: cum alio loco dicat: Hoc locutus sum vobis apud vos manens. Adiutorius autem ille, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vobis declaravit omnia. Hic rursus ita dictum est, quasi non eum missurus esset & filius, sed tantum pater. Sicut ergo ista, ita & illud quod ait, Sed quibus paratum est a patre meo: cum patre se intelligi voluit, parare se des gloriae quibus uellet. Sed dicit aliquis: Illic cum de spiritu sancto loqueretur, ita se misserit ait, ut non negaret patrem missurum, alio loco ita patrem, ut non negaret se missurum: hic uero aperte ait, Non est meum dare vobis atque ita secutus, a patre dixit ista preparata. Sed hoc est quod praestrinximus secundum formam serui dictam: ut ita intelligeremus. Non est meum dare uobis: ac si diceretur, Non est humana potestatis hoc dare: ut per illud intelligitur, hoc dare, per quod Deus & qualis est patri. Non est, inquit, meum dare, id est, non humana potestate illa donec quibus paratum est a patre meo. Sed iam tu intellige, quia si omnia quae habet pater mea sunt, & hoc utique meum est, & cum pre ista paraui. Nam & ilud quod ita, quomodo dictum sit, Si quis non audit uerba mea, ego non iudicabo illum. Fortassis non ita hic dixit, Ego non iudicabo illum: quem admodum ibi, Non est meum dare. Sed quod hic sequitur, Non enim ueni, inquit, ut iudice mudi, sed ut saluum faciam mundum. Deinde adiungit, & dicit: Qui me spernit & non accipit uerba mea, habet qui se iudicet. Hic iam intelligeremus patrem, nisi adiungeret & diceret, uerbum quod locutus sum, ipsum iudicabit illum in nouissimo die. Quid igitur, iam nec filius iudicabit, quia dixit. Ego non iudicabo illum, nec pater, sed uerbum quod locutus est filius? immo potius audi adhuc quod sequitur, Quia ego, inquit, non ex me locutus sum, sed ille qui me misit pater, ille mandatum mihi dedit, quod dicatur, & quod loquar, & scio quae mandatum eius vita eterna est. Quia ego loquaris ut dixit mihi pater, sic loquor. Si ergo non iudicat filius, sed verbum quod locutus est filius: ideo autem iudicat uerbum quod locutus est filius, quia non ex se locutus est filius sed qui misit eum pater mandatum dedit ei quid dicat, & quid loquatur: pater utique iudicat cuius uerbum est quod locutus est filius, atque ipsum uerbum patris idem est filius ipse. Non enim aliud est mandatum patris, aliud uerbum patris. Nam & uerbum hoc appellauit, & mandatum. Videamus ergo ne forte quod ait, Ego non ex me locutus sum: hoc intelligi uoluerit, Ego non ex me natus sum. S. n. uerbum patris loquitur se ipsum loquens, quia ipse est uerbum patris. Prelustransque n. dicit, Dedit mihi pater: in quo uult intelligi quod eum genuerit pater: non ut tanquam iam existenti & non habenti dederit aliquid: sed ipsum dedisse ut haberet, genuisse est ut esset. Non enim sicut creatura, ita Dei filius ante incarnationem & ante assumptionem creaturam unigenitus, per quem facta sunt omnia, aliud est, & aliud habet, sed hoc ipsum est, quod est id quod habet, quod habet. Quod illo loco manifestius dicitur, si quis ad capiendum sit idoneus, ubi ait: Sicut habet pater uitam in semetipso, ita dedit filio uitam habere in semetipso. Neque enim iam existenti & uitam non habenti dedit ut haberet uitam in semetipso, cum eo ipso quod est, uita sit: hoc est ergo, dedit filio uitam habere in semetipso, genuit filium incommutabilem uitam, quod est uita eterna. Cum ergo uerbum Dei filius Dei, & filius Dei sit uerbum Deus, & uita eterna, sicut in epistola sua dicit Ioannes, etiam hic quid aliud agnoscimus, cum dicit dominus, Uerbum quod locutus sum, ipsum iudicabit eum in nouissimo die: & ipsum uerbum patris uerbum esse dicit & mandatum patris, ipsumque mandatum uitam eternam? Et scio, inquit, quia mandatum eius uita eterna est. Quero itaque quoniam intelligamus,

D E T R I N I T A T E

Ego non iudicabo, sed verbum quod locutus sum iudicabit: quod ex consequentibus apparet ita dictū, ac si diceret sic. Ego nō iudicabo, sed verbū patris iudicabit, verbū autē patris est ipse filius Dei. Sic ne intelligendū est, Ego nō iudicabo, sed ego iudicabo: quō istud potest esse verum, nisi ita: ego scilicet non iudicabo ex potestate humana qua fili⁹ hoīs sum: sed ego iudicabo ex p̄tate verbi, q̄a filius Dei sum? Aut si cōtraria & repugnātia vident⁹, ego non iudicabo, sed ego iudicabo: quid illic dicemus, vbi ait, Mea doctrina non est mea: quomodo mea quomodo non mea? Non enim dixit, Ista doctrina non est mea, sed mea doctrina non est mea: quā dixit suam, eandem dixit non suam. Quomodo istud verum est, nisi secundum aliud suā dixerit, secundum aliud non suā. Secundum formā Dei suam, secundū formā serui non suam: Cū enim dicit, Nō est mea sed eius q̄ me misit: ad ipsum verbum nos fecit recurrere, doctrina n. patris est verbū patris q̄ est

Iacob. 7.

Philii. 2.
Ioan. 7.

Ioan. 12.

Ibidem.

Ioan. 14.
Ioan. 10.

Ioan. 12.
Mat. 20.

Ioan. 12.
2.7. 4.

Hoc ipse iudicaturus fit viuos & mortuos: sed quia nō ex potestate humana, propterea recurrens ad deitatem, sursum erigit corda hominum, propter quae subleqanda descendit.

Nisi tñ ipse idem esset filius hoīs p̄p formā serui quā accepit qui est filius Dei propter *Philii. 2.* Dei formā in qua est, non diceret Apostolus *De ecclē Christi* diversa p̄ dicātur, ob diversas natūras hypothesiæ. *Cap. 14.* *I. Cor. 2.*

Ex forma n. serui crucifixus est, & tñ dñs gloria crucifixus est. Talis enim erat illa suscep̄tio quæ Deū hominē faceret, & hominem Deū: quid tñ propter quid, & quid secundū quid dicat, adiuante dño, prudens diligens & pius lector intelligit. Nam ecce diximus quia secundum id quod Deus est, glorificat suos, secundū hoc vtq; quod dñs gloria est. & tñ dñs gloria crucifixus est, quia recte dicitur & Deus crucifixus, non ex virtute diuinatatis, sed ex infirmitate carnis: sicut dicim⁹ quia secundū id quod Deus est iudicat, hoc est ex potestate diuina, non humana, & tamē ipse homo iudicaturus est, sicut dñs gloria crucifixus est: ita enim aperte ait, Cum venerit filius hominis in gloria sua, & omnes angeli eius cum eo: tunc congregabuntur ante cū omnes gentes: & cetera quæ de futuro iudicio vsq; ad ultimam sententiam in eo loco p̄dicātur. Et Iudæi, quippe qui in malitia sua persecutæ, in illo iudicio p̄niēdi sunt, sicuti alibi scriptū est, Videbūt in quē pupugerunt. Cum enim & boni & mali visuri sunt iudicē viuorū & mortuorū, proculdubio eū videre non poterunt mali, nisi secundū formā qua filius hominis est, sed tñ claritatē in qua iudicabit, non in humiliatate in qua iudicatus est. Ceterum illam Dei formā in qua è qualis est patri, proculdubio imp̄ij non videbunt. Non enim sunt mundicordes. Beati enim mundicordes, quoniam ipsi Deū videbūt. Et ipsa visio est facie ad faciem, quæ summū p̄m̄i promittitur iustis, & ipsa fiet, cū tradet regnū Deo & patri: in quo suæ formæ visiōnem vult intelligi, subiecta Deo vniuersa creatura, & ipsa in qua filius Dei filius hominis factus est. Quia secundū hanc & ipse filius tunc subiectus illi erit, qui ei subiec̄t oīa, vt sit Deus omnia in omnibus. Alioqñ si filius Dei iudex in forma quæ è qualis est patri etiā impijs cū iudicaturus est apparebit, quid est quod pro magno dilectori suo pollicetur dicens, Et ego diligam eum, & offendam meipsum illi? Quapropter filius hominis iudicaturus est, nec tamē ex humana potestate, sed ex ea quae filius

Mat. 25.
Iacob. 8.

Ioan. 5.

Philii. 2.

Ioan. 5.

Ioan. 8.

Ioan. 5.

M

Zach. 12

filius Dei est. Et rursus filius Dei iudicaturus est, nec tamen in ea forma apparens, in qua Deus est equalis patri, sed in ea qua filius hoīs est. Ita utrumque dici potest, & filius hoīs iudicabit, & non filius hominis iudicabit. Quia filius hominis iudicabit, ut verū sit quod ait Cum venerit filius hominis, tunc congregabunt ante eum oīs gentes. Et non filius hominis iudicabit, ut verū sit quod ait, Et ego nō iudicabo. Et ego nō querō gloriā meā, est qui querat & iudicet. Nam secundum id quod in iudicio non forma Dei, sed forma filij hoīs apparebit: nec ipse pater iudicabit. Secundū hoc n. dictū est, Pater non iudicat quēquā, sed oīe iudicium dedit filio. Quod utrū ex illa locutione dictū sit, quā supra cō memorauimus. Vbi ait, Sic dedit filio habere vitā in semetipso, ut significarer quia sic genuit filiū. An ex illa de qua loquitur Apostolus dicens, Propter quod eū fūscitavit, & donauit illi nomen quod est super omne nō men. Hoc enim de filio hoīs dictū est: secundū quē Dei filius excitatus est à mortuis. Ille quippe in forma Dei equalis ē patri, ex qua se exinanuit, formā serui accipiens: in ipsa forma serui & agit & patitur & accipit, que consequenter contextit Apostolus. Humiliauit se factus obediens vīq; ad mortē, mortē autem crucis: propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit ei nōmen quod est super omne nōmen, vt in nomine Iesu omne genu fleat, cōlestiū, terrestriū & infernōrū, & oīs lingua confiteat, quia dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ut rū ergo secundū illā, an scđm istā locutionē dictū sit, Omne iudiciū dedit filio: satis hinc appetet, quia si secundū illud diceretur scđm quod dictū est, Dedit filio habere vitā in semetipso, nō utrumque diceretur pater non iudicat quēquā. Secundū hoc enim qđ equalē pater genuit filium iudicat cū illo. Secundū hoc ergo dictū est qđ in iudicio, nō in forma Dei, sed forma alij hominis apparebit. Non quia non iudicabit qui dedit omne iudiciū filio, cū de illo dicat filius, Est qui querat & iudicet: sed ita est dictū, Pater non iudicat quēquā, sed omne iudiciū dedit filio: ac si dicearet. Patrē nemo videbit in iudicio viuorū & mortuorum, sed omnes filium: quia & filius hominis est, vt possit & ab impijs videri; cum et illi videbunt in quem pupugerunt. Quod ne

coniūcere potius quam aperte demonstrare videamur, proferamus eiusdem dñi certam manifestamq; sententiam, qua ostendamus ipsam fuisse causam ut diceret, Pater non iudicat quēquā, sed omne iudicium dedit filio, quia index in forma filij hominis apparet, que forma non est patris & filij. Nec ea filij in qua equalis est patri, sed in qua minor est patre, ut sit in iudicio conspicuus & bonis & malis. Paulo enim post dicit, Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam & in iudicium nō veniet, sed transit à morte in vitam. Hæc vita æterna est illa visio que non pertinet ad malos. Deinde sequitur, Amen amen dico vobis, quia veniet hora & nunc est qđ mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint vivent. Et hoc proprium est piorū, qui sic audiunt de incarnatione eius, ut credant, quia filius dei est, id est, sic eū propter se factū accipiunt minorē patre in forma serui, ut credant quia equalis est patri in forma Dei. Et ideo sequit̄, & hoc ipsum cō mendans dicit, Sicut enim pater habet vitam in semetipso, ita dedit & filio vitā habere in semetipso. Deinde venit ad visionē suę claritatis in qua venturus est ad iudiciū, que visio cōmunis erit impijs & iustis. Sequitur enim & dicit, Et potestatem dedit ei iudiciū facere, qđ filius hominis est. Puto nihil esse manifestius. Nam quia filius Dei est equalis patri, non accepit hāc potestatem iudicij faciendi, sed habet illam cum patre in occulto. Accepit autē illam, vt boni & mali eū videant iudicantē, quia filius hominis est. Visio quippe filij hominis exhibebit & malis. Nā visio formae Dei non nisi mundis corde quia ipsi Deum videbunt. id est, solis pijs exhibebit: quorū dilectioni hoc ipsum promittit, quia seipsum ostendet illis. Et ideo vide quid sequat. Nolite mirari hoc, inquit, Quid nos prohibet mirari, nisi illud quod reuera mirat oīs qui nō intelligit ut ideo diceret patrē dedisse in eo potestatē iudiciū facere, qđ filius hoīs est, cū magis quasi hoc expectaretur, utdiceret qđ filius Dei est. Sed quia filium Dei secundū id quod in forma Dei equalis est patri uidere iniqui nō possunt. Opponitur autē ut iudicē viuorum & mortuorum, coram quo iudicabuntur, & iusti uideant & iniqui, Nolite, inquit, hoc mirari, quoniam ueniet Ioan. 5. Ibidem.

Phil. 2.
De eodē
Christi
diuersa
dicātū,
ob diuer-
sas natu-
ras hypo-
ff. & eos.
Cap. 14.
1. Cor. 2.

Mat. 25.

I

Zach. 13

Phil. 2.
Conc. 4.
Sen. di.
48. cap.
Sed cūm.
Mat. 5.
1. Co. 15.

Mat. 25.
Ioan. 8.

Ioan. 5.

Phil. 2.

Ioan. 5.

Ioan. 8.

Ioan. 5.

M

Zach. 13

K
Ioan. 14.

D E T R I N I T A T E

veniet hora in qua omnis qui in monumētis sunt audient uocem eius, & prodient qui bona gesserunt, in resurrectionē vitæ, qui autē mala gesserunt in resurrectionē iudicij. Ad hoc ergo oportebat vt iō acciperet hāc potestatē quia filius hominis est, vt resurgentēs oēs viderent eum in forma in qua videri ab omnibus pōt: sed alij ad damnationē, alij ad vitam æternā. Quę est autē vita æterna, nisi illa visio quę non conceditur impijs? vt cognoscant te, inquit, vnū verū Deū, & quę misisti Iesum Christum. Qūo & ipsum Iesum Christū, nisi quēadmodū vnū verū Deū qui ostendet seipsum illis? Non qūo ostendet se etiā puniendis in forma filij hominis: secundū illā visionem bonus est, secundū quam visionem Deus apparet mundis corde, quoniam quam bonus Deus Israel rectis corde.

C *Psal. 72.* Quando autē iudicē videbunt mali, non eis videbitur bonus, quia non ad eum gaudebūt corde, sed tunc sē plangent oēs tribus terræ, in numero vtiq; omniū malorū & infidelium. Propter hoc etiā illi qui eū dixerat magistrū bonum, quārens ab eo consiliū cōsequendē

Mat. 19. vita æternæ, respondit. Quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi vnus Deus: cū & hominē alio loco dicat bonū ipse dominus.

Mat. 12. Bonus homo, inquit, de bono thesauro cordis sūi profert bona: & malus homo de malo thesauro cordis sūi profert mala. Sed qā ille vitā æternā quārebat: vita autē æterna est in illa contéplatione, qua non ad pēnā vide

Mat. 19. tur Deus, sed ad gaudiū sempiternū. Et nō intelligebat cū quo loquebatur, qui tantūmodo eū filiū hominis arbitrabatur. Quid me interrogas, inquit, de bono? id est, istam formā quā vides, quid interrogas de bono, & vocas me secundū quod vides magistrū bonū? Hāc forma filij hominis est, hāc forma accepta est, hāc forma apparebit in iudicio, nō tantum iustis, sed & impijs, & huius formā visio nō erit in bonū eis qui male agūt. Est autē visio formā meā in qua cum essem, nō rapinam arbitratus sum esse & qualis Deo sed vt hanc acciperē meipsum exinanui. Il-

D le ergo vnus Deus pater & filius & spūsanctus, qui nō apparebit nisi ad gaudiū qđ non auferetur à iustis. Cui gaudio futuro lūspīrat qđ dicit, Vnā peti à dño hanc requirā, vt inhabite in domo dñi per omnes dies vitæ meę, vt cōtēpler delectationē dñi. Vnus er-

go Deus ipse est solis bonus, ob hoc, qđ nēmo eū videt ad luctū & planctū, sed tantū ad salutē & letitiam verā secundum illā formā si me intel ligis, bonus sum. Si autē secundū hanc solam, quid me interrogas de bono, si inter illos es qui videbūt in quē pupugerūt, & ipsa visio malū eis erit, quia pēnalis erit. Ex ista sentētia dixisse dñm qđ me interrogas de bono, nemo bonus nisi vnus deus. His documentis quę commemoraui probabile est,

quia illa visio Dei qua contéplabimur incōmutabilē atq; humanis oculis inuisibilē Dei substantiā que solis sanctis promittitur, quā dicit Apostolus Paulus, Facie ad faciem: &

de qua dicit Apostolus Ioannes, Similes ei erimus quoniam videbimus eū sicuti est: & de qua dicitur, Vnam peti à dño hanc req-

ram et contemplar delectationē domini: & de qua dicit ipse dñs, Et ego diligē eum, & ostendam meipsum illi, & propter quam so-

lam fide corda mūdamus, vt simus beatī mūdicordes, quoniam ipsi Deū videbunt, & si qua alia de ista visione dicta sunt, quę copio

fīsime sparsa per omnes scripturas inuenit quisquis ad eā querendam oculum amoris intendit: sola est summum bonum nostrum,

cuius adipiscendi causa prēcipitur agere qđ quid recte agimus. Visio vero illa filij homi-

nis quę prānunciata est, cum congregabūt omnes gentes ante eū, & dicent ei, Dñe

quando te vidimus esurientē & sitiētē & cetera, nec bonū erit impijs qui mittentur in ignem eternum, nec summum bonū erit iustis.

Adhuc enim vocat eos ad regnū qđ eis paratū est ab initio mūdi. Sicut illis dicit, Ite in ignem eternum: ita istis, Venite benedicti p̄is mei, possidete paratū vobis regnū. Et si-

cū ibunt illi in combustionem eternam, sic iusti in vitam æternā. Quid est autē vita æterna, nisi vt cognoscant te, inquit, vnū verū Deum, & quem misisti Iesum Christū? Sed iā

in claritate de qua dicit patri, quam habui apud te priusqā mundus fieret. Tunc enim tradet regnum Deo & patri, vt intret seruus

bonus in gaudium domini sui, & abscondat eos quos possidet Deus in abscondito

vultus sui à conturbatione hominum: eorū

scilicet qđ tunc conturbabuntur audientes illā sententiam: à quo auditu malo iu-

stus non timebit, si modo protegatur in ta-

bernaculo, id est, in fide recta catholicæ

Ecclesiæ

*Mat. 19.
Zach. 12.*

*I. Co. 13.
I. Io. 4.3
Psal. 26.
Ioan. 14.
E
Matt. 5.*

Ibidem.

I. Co. 15.

Psal. 30.

F

Psal. III.

H

Ecclesiæ, a contradictione linguarū, i. calumnijs hereticorum. Si vero est alius intellectus **Mat. 19.** verborum dñi quibus ait, Quid me interrogas de bono, nemo bonus nisi vñus Deus: dñi non ideo credatur maioris bonitatis esse patris quam filii substantia, secundum quam verbum est, pér quod facta sunt omnia, nihilque abhorreat a fana doctrina: securi vñm, non vno tantum, sed quotquot reperi potuerint. Tanto n. fortius coniunctur hæretici, quanto plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. Sed ea, que adhuc consideranda sunt, ab alio petamus exordio.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
oup ab opere **De Trinitate.**

LIBER SECUNDVS.

PROLOGIVM.



Vñ hoīes Deū querunt, & ad intelligentiā Trinitatis pro captu infirmitatis humanæ animū intendunt, experti difficultates laboriosas, siue i ipsa acie mentis conātes intueri inaccesibilē lucem, siue in ipso multiplici & multimoda locutio ne literarū sacrarū, vbi mihi non vñ nisi atteria, ut Christi gratia glorificata dulcescat, cū ad aliquid certū discussa omni ambiguitate peruenierūt, facillime debet ignoroscere errātib. in tanti peruestigatione secreti. Sed duo sunt, q̄ in errore hominū difficillime tolerātur, p̄sumptio priusquā veritas patet: & cū iā patuerit p̄sumptæ defensio falsitatis. A qui bus duob. vitijs nimis inimicis inuentioni ve ritatis, & tractationi diuinorū sanctorumq; librorū, si me vt p̄cor & spero, Deus defende rit atq; munierit scuto bona voluntatis suæ, & gratia misericordiae suæ, nō ero segnis ad inquirendā substantiā Dei, siue per scripturā eius, siue per creaturā. Quæ vtraq; nobis ad hoc proponit̄ intuēda, vt ipse q̄ratur, ipse diligatur, qui & illā inspirauit, & istā creauit. Nec trepidus ero ad proferendā sñiam meā, in qua magis amabo inspici a rectis, q̄ timebo mōderi a peruersis. Gratianer. n. suscipit osculū colubinū pulcherrima & modestissima charitas: dentē aut̄ caninū vel euitat cauissima humilitas, uel retundit solidissima ue

ritas. Magisq; optabor a quolibet reprehēdi, q̄ siue ab errante, siue ab adulāte laudari. Nullus n. reprehensor formidandus est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehēsurus est, aut aniicus. Si ergo inimicus insultat, ferēdus est. Amicus aut si errat docēdus, si docet audiendus. Laudator uero & errās cōfirmat errorē, & adulans illicet in errorē. Emendabit ergo me iustus in misericordia & arguet me, oleū autē p̄ctōris non impinguabit caput meū. Quamobrē quāquam firmissime teneamus de dño nostro Iesu Christo, & per scripturas disseminatā, & a doctis catholīcīs earundē scripturarū tractorib. demonstratā tanquam canonican regula, q̄uo intelligatur Dei filius & æqualis patri secundum Dei formā in qua est, & minor patre secundum serui formam quā accepit, in qua forma nō solū patre, sed & spiritu sancto, neq; hoc tm̄, sed et̄ seipso minor inuētus est, nō seipso qui fuit, sed seipso qui est, quia forma serui accepta, formā Dei non amisit, sicut scripturarū q̄ in superiore libro cōmemorauimus testimonia docuerunt. Sunt tñ quādam in diuinis eloquijs ita posita ut ambiguū sit ad quā potius regulam referātur: utrum ad eam qua intelligimus minorē filium in assumpta creatura: an ad eam qua intelligimus, non quidē minorē esse filiū, sed æqualem patri, tñ ab illo hunc esse Deum de Deo, lumē de lumine. Filiū quippe dicimus Deū de Deo, patrē aut̄ Deū tm̄, non de Deo. Vnde manifestum est, q̄ filius habeat alium de quo sit & cui filius sit, pater aut̄ non filiū de quo sit habeat, sed tñ cui pater sit. Omnis. n. filius de patre est, quod est, & patri filius est. Nullus autē pater de filio est quod est, sed filio pater est. Quādam enim ita ponūtur in scripturis de patre & filio ut indicet unitatē æqualitatemq; substantiæ, sicuti est, Ego & pater vñū sumus. Et, Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratrus est esse æqualis Deo, & quæcumq; talia sunt. Quādam uero ita ut minorē ostendant filium propter formam serui, idest propter assumptā creaturā mutabilis humanæq; substantiæ, sicuti est q̄ ait, Qm̄ pater maior me est. Et, Pater non iudicat quenquā, sed omne iudicium dedit filio. Nam paulo post consequenter ait, Et dedit ei iudicium facere, qm̄ filius hominis est. Quādam porro ita, ut nec minor nec æqualis ostendatur, sed tantum quod

*Trifariā
de chri-
sto loqui
videatur
scriptura
Phili. 2.*

*Io. 10. 10.
Phili. 2.*

*Ioan. 5.
Ioan. 14.*

DE TRINITATE

quod de patre sit intimatum: ut est illud; Sicut
habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio
vitam habere in semetipso. Et illud, Neque non

Matt. 14. pōt filius a se facere quicquam, nisi quod viderit
Ioan. 9. patrem facientem. Quod si prope dictum acceperimus,

quia in forma accepta ex creatura minor est filius: consequens erit ut prior pater super aquas ambulauerit, aut alicuius alterius cęcici nati de sputo, & luto oculos aperuerit, & cetera quod filius in carne apparens inter homines fecit: ut posset ea facere qui dixit, non

L posse filium a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quis autem vel delirus ita sentiat? Restat ergo ut haec ideo dicta sint, quia incommutabilis est vita filij sicut & patris, & tamen de patre est: & inseparabilis est operatio patris & filii, sed tamen ita operari filio de illo est, de quo ipse est, id est de patre. Et ita videtur filius patrem, ut quo eum videt, hoc ipso sit filius. Non nam aliud illi est esse de patre, id est nasci de patre, quod videtur patrem, aut aliud videtur operante, quod patriter operari: sed ideo non a se quia non est a se. Et ideo quod viderit patrem facientem haec eadem

Ioan. 5. facit & filius similiter, quia de patre est. Neque non alia similiter, sicut pictor alias tabulas pingit, quemadmodum alias ab alio pictas videntur: nec eadem dissimiliter, sicut corpus eadem literas exprimit, quas aius cogitauit: sed quemadmodum inquit, pater facit, haec eadem filius facit similiter. Et haec eadem dixit & similiter, ac per hoc inseparabilis, & pars est operatio patri & filio, sed a patre est filio. Ideo non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Ex hac ergo regula, quia ita loquuntur scripturæ, ut non aliud alio minor, sed tantum velint ostendere quis de quo sit, nonnulli cum sensum conceperunt, tanquam minor filius dicentur. Quidam autem nostri indoctiores, & in his minime erudit, dum haec secundum formam serui conantur accipere, & eos rectus intellexerunt non sequitur, perurbantur. Quod ne accidat, tenenda est haec regula, quia non minor est filius, sed quod de patre sit intimatum: quibus verbis, non inaequalitas, sed nativitas eius ostenditur. Suntergo quemadmodum in sanctis libris, ut dictum cęciperat, ita posita ut ambiguū sit quoniam referenda sint utrum ad illud quod per assumptam creaturam minor est filius: an ad illud, quod quis aequalis, tamen quia de patre sit indicatur. Et mihi quidem videtur, si eo modo ambiguū est, ut explicari discerni possit, ex utraque regula

De primo modo. c. 2

sine periculo posse intelligi, sicut est quod ait; Mea doctrina non est mea, sed eius quod me misit. Nam & ex forma serui potest accipi, sicut iam in Supradicto libro superiore tractauimus, & ex forma Dei in qua sic aequalis est patri, ut tamen de patre sit.

In Dei quippe forma, sicut non est aliud filius aliud vita eius, sed ipsa vita filius est: ita non est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius est. Ac per hoc sicut id quod dictum est, dedit filio vitam: non aliud intelligitur quod genuit filium qui est vita: sic et cum dicitur, Dedit filio doctrinam, bene intelligitur, genuit filium, qui est doctrina, ut quod dictum est, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit, sic intelligatur, ac si dictum sit, ego non sum a meipso, sed ab illo qui me misit. Nam & de spiritu sancto de quo

Idem de Semetipsum exinanuit formam spiritus sanctorum recipiens, ait tamen ipse dominus, Cum autem venierit ipse spiritus veritatis, docebit vos omnia veritatem. Non nam loqueretur a semetipso, sed quemadmodum audiatur loquetur, & quod ventura sunt annunciat vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Post haec verba, nisi continuo secutus dixisset, Omnia quaecumque habet pater meus sunt, propterea dixi, quod de meo accipiet, & annunciat vobis: crede res fortasse ita natus de Christo spiritus sanctus, quemadmodum ille de patre. De se quippe dixerat, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. De spiritu autem sancto. Non nam loqueretur a semetipso, sed quemadmodum audiatur loquetur: quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Sed quia reddidit causam cur dixerit de meo accipiet, ait nam. Omnia quaecumque habet pater meus sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet: restat ergo ut intelligatur est spiritus sanctus de patre habere sicut & filius. Quod nisi secundum id quod supra diximus, Cum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis, a patre spiritu veritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Procedendo itaque a patre deus non loqui a semetipso: & sicut non ex eo sit ut minor sit filius, quia dixit, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: non nam hoc ex forma serui dixit, sed ex forma Dei, sicut iam ostendimus: haec autem verba non indicant, quod minor sit, sed quod de patre sit: Ita non hinc efficitur, ut minor sit spiritus sanctus, quia dictum est de illo. Non enim loqueretur a semetipso, sed quemadmodum audiatur loquetur. Secundum hoc enim dictum

Infra li.
13. c. 25.

Personæ
in vicem
quod se glo-
rificant.

Cap. 4.
Ioan. 17.
Ioan. 16.

C

Ioan. 17.

Mitti fi-
lius & spi-
ritus san-
ctus quo-
dicitur.

cap. 5.

Ioan. 14.
1. sen. di-
15. ca. ne-
aut mi-
veris.

Ioan. 16.

Ioan. 1.

D

Hier. 23.

B

Ioan. 16.

dictū est, q̄ de patre p̄cedit. Cū vero & si-
Infra li. lius de patre sit, & sp̄us sanctus à patre proce-
15.c.25. dat, cur nō ambo filij dicātur, nec ambo ge-
 niti, sed ille vñus fili⁹ vnigenitus, hic aut sp̄us
 sanctus, nec filius, nec genitus, quia si geni-
 tūs vñiq; filius, alio loco si Deus donauerit
 & quantū donauerit differemus. Verūt̄ hic
 euigilat, si possunt, q̄ hoc etiā sibi suffragari
 putauerunt, quasi ad demōstrādū patrem fi-
 liο esse maiore, quia dixit filius, Pater clari-
 fica me, & ecce sp̄us sanctus clarificat eū. Nū
 qđ nā & ipse maior est filio? Porro aut pro-
 pterea sp̄us sanctus clarificat filiū, q̄a de fili⁹
 accipiet, & ideo de eius accipiet, quia oīa q̄
 habet pater ipsius sunt, manifestū est, quia cū
 sp̄us sanctus glorificat filiū, pater glorificat
 filiū. Vnde cognoscitur q̄ omnia quæ habet
 pater nō tantū filij sed etiā spiritus sancti sunt
 quia potens est spiritus sanctus glorificare fi-
 liū q̄e glorificat pater. Quod si ille qui glo-
 rificat, eo q̄e glorificat maior est, finant ut
 æquales sint q̄ te inuicē glorificant. Scriptū
 est aut q̄ & filius glorificat patrē. Ego te, in-
 quir, glorificau super terrā. Sane caueat ne
 putetur spiritus sanctus maior ambob, quia
 glorificat filiū quem glorificat pater, ipsum
 aut nec a patre nec a filio scriptū est glori-
 ficari. Sed in his conuicti, ad illud se conuer-
 tūt vt dicant, maior est qui mittit, quā qui
 mittitur. Proinde maior ē pater filio: quia fi-
 lius a patre se missum alsidue cōmemorat.
Mitti fi-
lius & spi-
ritus san-
cetus quo-
dicitur. Maior est & sp̄us sancto, quia de illo dixit Ie-
 sus, Quē mittet pater in nomine meo. Et spi-
 ritus sanctus vtroq; minor est, quia & pater
 eū mittit, sicut cōmemorauimus. Et filius cū
 aut m-
 i-
 veris.
Ioan. 14.
1.sen. di.
15.ca.ne
aut m-
veris.
Ioan. 16.
Ioan. 1.
Hier. 23.
 Mitti fi-
 lius & spi-
 ritus san-
 cetus quo-
 dicitur. Maior est & sp̄us sancto, quia de illo dixit Ie-
 sus, Quē mittet pater in nomine meo. Et spi-
 ritus sanctus vtroq; minor est, quia & pater
 eū mittit, sicut cōmemorauimus. Et filius cū
 aut abiero mittā eū ad vos. Qua in q̄
 stione primū quero, vnde & quomodo mis-
 sus sit filius. Ego, inquit, a patre exiui, & veni
 in hunc mundum: ergo a patre exire & veni-
 re in hunc mundum hoc est mitti. Quod igi-
 tur est q̄ de illo idē ipse Euāgelista dixit, In
 hoc mundo erat, & mūndus per eum factus,
 est, & mundus eū non cognovit. Deinde cō-
 iūgit, In sua propria venit. Illuc vñiq; missus
 est, quo venit. Ac si in hūc mundū missus est,
 q̄a exiit a patre & venit in hunc mundum, &
 in hoc mundo erat, Illuc ergo missus est vbi
 erat. Nam & illud quod scriptū est in Pro-
 pheta Deū dicere, Cēlū & terrā ego impleo
 si de filio dictū est, ipsum enim nonnulli vo-
 lunt intelligi, uel prophetis uel in prophetis
 locutum: quo missus est nisi illuc ubi erat
 Vbiq; n. erat qui ait, Cēlū & terrā ego im-
 pleo. Si aut de patre dictū ē, ubi esse potuit
 sine uerbo suo. & sine sapientia sua, quæ pro-
 tedit a fine usq; ad finē fortiter, & disponit
 oīa suauiter? Sed neq; sine spiritu sancto usq;
 esse potuit. Itaq; si ubiq; est Deus, ubiq; etiā
 est sp̄us eius. Illuc ergo & spiritus sanctus mis-
 sus est ubi erat. Nā & ille qui nō inuenit locū
 quo iret a facie Dei & dicit, Si ascendero in
 cēlū ibi es, si descendero in infernū ades,
 ubiq; uolens intelligi præsentē Deū, prius
 nominauit spiritū eius. Nā sic ait, Quo abi-
 bo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?
 Quocirca si & filius & spiritus sanctus illuc
 mittit ubi erat, querēdū est quomodo intel-
 ligatur ista missio, siue filij, siue spiritus san-
 ctū. Pater enim solus nusquam legitur missus.
 Et de filio qđ ita scribit Apostolus. Cū aut
 uenit plenitudo téporis misit Deus filiū suū,
 factum ex muliere, factū sub lege, ut eos qui
 sub lege erant redimeret. Misit, inquit, filiū
 factū ex muliere. Quo nomine quis ca-
 tholicus nesciat, non eu priuationē uirgini-
 tatis, sed differentiā sexus Hebraeo loquendi
 significare uoluisse? Cū itaq; ait, Misit
 Deus filium suum factum ex muliere, satis
 ostendit eo ipso missum filium quo factus
 est ex muliere. Qđ ergo de Deo natus est,
 in hoc mundo erat. Quod aut de Maria nat⁹
 est, in hunc mundum missus aduenit. Proinde
 mitti a patre sine spiritu sancto nō potuit;
 non solum quia intelligitur pater cū eū mi-
 sit, idest, fecit ex femina, non vñiq; sine spiri-
 tu suō fecisse: uerumetiam q̄ manifestissime
 atq; apertissime in Euāgelo dicitur virginis *Luce 1.*
 Marię, querenti ab angelo q̄o fieri istud?
 spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus al-
 tiſſimi obumbrabit tibi. Et Matthæus dicit, *F*
 Inuēta est in utero habēs de spiritu sancto. Quā *Matt. 1.*
 quā & apud Esaiam Prophetā ipse Christus *Ez. 48.*
 intelligitur de aduētu suo futuro dicere, Et *1.sen. di.*
 nunc dominus misit me & spiritus eius. For-
 tasse aliquis cogat, ut dicamus etiam a seipso
 missum esse filiū, quia ille Mariæ conceptus
 & partus operatio trinitatis est, qua creante
 omnia creantur. Et quō iā, inq; pater eū mi-
 sit si ipse se misit? Cui primū repondeo quæ-
 res, ut dicat si potest quomodo pater eū lan-
 ctificauit si se ipse sanctificauit. Vtrunq; n.
 idem dñs ait, Quē pater, inquit, sanctificauit

*Sapien. 3**1.sen. di.*
15.ca.ne
autem mi-
*reris.**Pf. 138.*
1.sen. di.
15.c. que
*circa.**Galat. 4.*
De gra-
tia noui
testamen-
ti ad Ho-
*nora c. 2.**1.sen. di.*
15.c. quo
*circa.**Luce 1.*
Matt. 1.
Ez. 48.
1.sen. di.
15.ca. 3.
quod aspi-
ritus san-
1.sen. di.
15.c. qđ
autem.

DE TRINITATE

& misit in hunc mundum, vos dicitis, quia
Ioan. 17. blasphemat, quoniam dixi filius Dei sum. Alio autem
Rom. 8. loco ait, Et eis sanctifico meipsum. Itē quęro
3. sen. di. quomodo eum pater tradidit, se ipse se
20. cap. tradidit, Vtrunq; enim dicit Apostolus Paulus,
Christus. Qui filio, inquit, proprio nō pepercit, sed
Galat. 2. p nobis omnibus tradidit illum. Alibi autem de
 ipso salvatore ait, Qui me dilexit, & tradidit
 seipsum pro me. Credo respondebit, si haec
G probe sapit, quia una voluntas est patris & filii, & inseparabilis operatio. Sic ergo intelligat illa incarnatione, & ex virgine nativitate
 in qua filius intelligitur missus una eademque
 operatione patris & filii inseparabiliter esse
 facta, non vtiq; inde separato spiritus sancto,
 de quo aperte dicitur, Inueta est in utero ha-
 bens de spiritus sancto. Nā etiam si ita quæra-
 mus, enodatus fortassis qđ dicimus appare-
 rebit, quō misit Deus filium suū. Iusluit ut veni-
 ret, atq; illi iubenti obtemperas venit, an roga-
 uit, an tantummodo admonuit? Sed quodlibet
 horū sit, verbo vtiq; factū est. Dei autem verbū,
 ipse est Dei filius. Quapropter cū eū p̄r ver-
 bo misit, à patre & verbo eius factum est ut
 mitteretur. Ergo à patre & filio missus ē idē
 filius, quia verbū patris est ipse filius. Quis nō
 se tā sacrilega induat opinione, vt putet tem-
 porale verbum à patre factum esse, vt æter-
 nus filius mitteretur, & in carne appareret
 ex tpe? Sed vtiq; in ipso Dei verbo qđ erat in
 principio apud Deū, & Deus erat, in ipsa. S.
 sapientia Dei sine tēpore erat quo tēpore illū
 in carne apparere oporteret: Itaq; cum sine
 vlo initio temporis in principio esset ver-
 bū, & verbū esset apud Deū, & Deus esset ver-
 bum: quae sine vlo tēpore in ipso verbo erat
 quo tēpore verbum caro fieret & habitaret
 in nobis. Quae plenitudo tēporis cū venisset,
 misit Deus filius filium suū, factū ex muliere: i-
 dest, factū in tēpore ut incarnatū verbū ho-
 minibus appareret, quod in ipso verbo sine
 tempore erat, in quo tempore fieret. Ordo
 quippe temporū in æterna Dei sapientia si-
 ne tēpore est. Cū itaq; hoc à patre & filio fa-
 ctū esset, vt in carne filius appareret, cōgrue-
 ter dictus est missus ille qđ in ea carne appar-
 uit missis aut ille qđ in ea non apparuit. Quo
 niam illa quę corā corporeis oculis foris ge-
 rantur, ab interiore apparatu naturae spirali-
 lis existunt: propterea conuenienter misit
 dicūtur. Forma porro illa suscepit hominis,
 filij persona est, nō etiā patris. Quapropter
 pater inuisibilis vna cū filio secū inuisibili, *1. sen. di.*
 eundē filiu visibilem faciendo, missis eum *15. c. qđ*
 dictus est: qui si eo modo visibilis fieret, vt
 cuni patre inuisibilis esse desisteret, idest, si
 substantia inuisibilis verbi in creaturā visibi-
 lē mutata & transiens verteretur ita missus à *autem.*
 patre intelligeretur filius, vt tantū missus nō
 etiā cū patre mittēs inueniretur. Cū vero sic
 accepta est forma serui, vt maneret incōmu-
 tabilis forma Dei, manifestū est, p̄ à patre &
 filio nō apparentibus factū sit quod appare-
 ret in filio, idest, vt ab inuisibili patre cū in-
 uisibili filio, idē ipse filius visibilis mitteret. *Ioan. 8.*
 Cur ergo ait: Et à meipso non veni? Iam hoc *1. sen. di.*
 secundū formā serui dictū est, secundū quā *15. c. sed*
 dictū est. Ego non iudico quenquā. Si ergo *ad hoc.*
 missus dicitur in quantum apparuit foris in *Ioan. 8.*
 creatura corporali, qui intus in natura spiri-
 tali oculis mortaliū temper occultus est, iā *2. sen. di.*
 in promptu est intelligere etiā de spiritus san-*16. c. qđ*
 ctō cur missus & dicatur. Facta est enim que-*primo.*
 dā creature species ex tēpore in qua visibili-
 ter ostenderetur spiritus sanctus: siue cum in
 ipsum dominū corporali specie velut colū *Matt. 3.*
 ba descendit: siue cum decē diebus peractis *Acto. 2.*
 post eius ascensionē, die pentecostes factus
 est subito de celo sonus quasi ferratur flatus
 vehemens, & viſe sunt illis linguae diuīsē tā
 quā ignis, qui & insedit super vnumquenq;
 eorū. Hęc operatio visibiliter expressa, & oculis
 oblata mortalibus, missio spiritus sanctus
 etiā dicta est: nō ita vt appareret eius ipsa sub-
 stantia, qua & ipse inuisibilis & incōmutabi-
 lis est, sicut pater & filius, sed vt exteriorib. vi-
 sis hominū corda cōmota, à tali manife-*Deū. vs.*
 statione venientis, ad occultā æternitatem sem-*rie affi-*
 per præsentis conuertētur. Ideo autem nūsqā *mis crea-*
 scriptū est quod Deus pater maior sit spūsan-*turā. c. b.*
 ctō, vel spūsanctus minor Deo patre, qđ nō *1. sen. di.*
 sic ē assumpta creatura, i. qua appareret spūsanctus, *16. c. sed*
 sicut assumptus est filius hominis, in *primo.*
 qua forma ipsius verbi Dei persona præsen-
 taretur: non vt haberet verbum Dei sicut a-
 lij sapiētes sancti, sed p̄ participibus suis. Nō
 vtiq; qđ amplius habebat verbū Dei vt esset
 qđ ceteri excellentiore sapientia, sed qđ ipsū
 verbū erat. Aliud est enim verbū in carne,
 aliud verbū caro, idest aliud est verbū in ho-
 mine, aliud verbū hō. Caro. n. pro homine
 posita est in eo qđ ait: Verbum caro factum
 est: *Ioan. 1.* *Luce. 3.*

est: sicut & illud, Et videbit ois caro pariter
 salutare Dei. Non n. sine anima vel sine men-
 te, sed ita ois caro, ac si diceretur, omnis ho-
 prius.
 Nō ergo sic est assumpta creatura, in qua ap-
 paruit sp̄issanctus, sicut assumpta est caro il-
 la & humana illa forma ex virgine Maria. Ne-
 que. n. columbā beatificauit spiritus, vel illū
 flatum, vel illum ignem, sibiisque & personæ
 sue in uitatem habitumq; coniunxit in eter-
 nū. Haud vero mutabilis & conuertibilis est
 natura spiritus sancti, vt non haec ex creatura
 fierent, sed ipse in illud atq; illud mutabili-
 ter verteretur, sicut aqua in glaciē. Sed appar-
 uerunt ista sicut opportune apparere debue-
 rūt, creatura seruiente creatori, & ad nutū e-
 ius incōmutabiliter in seipso permanētis, ad
 eū significandū & demonstrandū, sicut & si-
 gnificari & demōstrari mortalib. oportebat,
 mutata atq; conuersa. Proinde quanq; illa co-
 luba sp̄is dicta sit, & de illo igne cū dicere.
 Visæ sunt illis, inqt, lingua diuisa velut ignis
 qui & insedit super vñquenq; eorū, & cepe-
 runt loqui linguis quēadmodū spiritus dabat
 eis pronunciare, vt ostenderet per illū ignē
 sp̄ni demonstratū, sicut per columbam, non tñ
 ita possumus dicere sp̄n sanctū, & Deū & co-
 lumbā, aut & Deū & ignem, sicut dicimus
 filiū & Deū & hominē: nec sicut dicimus fi-
 lium agnum Dei, non solū Ioanne Baptista
 dicente, Ecce agnus Dei, sed et Ioanne Euan-
 gelista vidente agnū occisum in Apocalypsi.
 Illa quippe visio Prophetica non est exhibita
 oculis corporeis per formas corporeas,
 sed in spiritu per spiritales imagines corpo-
 rū. Columbā vero illā & ignem oculis vide-
 runt, quicunq; viderunt: quanquā de igne di-
 sceptari pót vtrū oculis, an spiritu visus sit,
 pp verba sic posita: Non.n. ait, Viderunt lin-
 guas diuinas velut ignē, sed visæ sunt eis. Nō
 aut sub eadem significatiōne solemus dicere
 visum est mihi, qua dicimus, vidi. Et in illis
 quidē spiritualibus visis imaginū corporaliū
 solet dici, & visu est mihi, & vidi. In istis ve-
 ro, quæ per expressam corporalem speciem
 oculis demonstrantur non solet dici, visum
 est mihi, sed vidi. De illo ergo igne pót esse
 quæstio, quo visus sit, vtrum intus in spiritu
 tanquā foris, an vere foris corā oculis car-
 nis. De illa vero columba quæ dicta est corpo-
 rali specie descendisse, nullus vñquā dubita-
 uit, & oculis visa sit. Nec sicut dicimus filiū
 petram, scriptum est. n. Petra erat Christus,
 ita possumus dicere, spiritū columbam vel
 ignē. Illa. n. petra iam erat in creatura, & per
 actionis modū nuncupata est nomine Chri-
 sti quē significabat, sicut lapis ille quem Ia-
 cob poluit ad caput, et vñctionem ad signifi-
 candū dñm assump̄it, Sicut Isaac Christus
 erat, cū ad se immolandū ligna portabat. Ac-
 cessit istis actio quædā significativa iam ex-
 stentibus: non aut sicut illa columba & ignis
 ad hæc tantummodo significanda repente exti-
 terunt. Magis ista similia mihi videntur flam-
 mæ illi q; in rubo apparuit Moysi, & illi col-
 luna q; populus in eremo sequebatur, & ful-
 guribus & tonitruis quæ siebant cū lex dare-
 tur in monte. Ad hoc. n. corporalis rerū illa-
 rum exitit species, vt aliquid significaret at-
 que prateriret. Propter has ergo corporales
 formas, q; ad eū significādum, sicut humanis
 sensibus oportebat demonstrandū tempora-
 liter extiterunt, missus dñ etiam spiritus sanctus:
 non tñ minor patre dictus est, sicut filius
 propter formam serui; quia illa forma
 serui inhaesit ad uitatem personæ: illæ vero
 corporales species ad demōstrandū q; opus
 fuit ad tempus apparuerunt, & esse postea de-
 stiterunt. Cur ergo non & pater dicitur missus
 per illas species corporales, ignem rubi,
 & columnam nubis vel ignis, & fulgura in
 monte, & si qua talia tunc apparuerunt, cum
 eū coram patribus locutum, teste scriptura
 didicimus, si per illos creature modos & for-
 mas corporaliter expressas, & humanis aspe-
 ctibus presentatas ipse demōstrabatur? Si aut
 filius per ea demonstrabatur, cur tanto post
 dicitur missus, cū ex semina factus est? sicut
 Apostolus dicit, Cum autem venit plenitu-
 do temporis, misit Deus filium suum factū
 ex muliere: qñquidem & antea mittebatur,
 cum per illas creature mutabiles formas pa-
 tribus apparebat. Aut si non recte posset di-
 ci missus, nisi cum verbum caro factum est,
 cur missus dicitur spiritus sanctus, cuius nul-
 la talis incorporatio facta est? Si vero per il-
 la visibilita quæ in lege & Prophetis commē-
 dantur, nec pater, nec filius, nec spiritus sanctus
 ostendebatur, cur etiani ipse nunc dici-
 tur missus, cum illis modis & antea mittere-
 tur? In huius perplexitate questionis, adiuuā-
 te dño primū querendū est, vtrum pater, an
 filius, an spiritus sanctus: an aliquando pater,
 aliquan-

*Exod. 3.
Exod. 13.
Exod. 39.*

*Dubita-
tio de ap-
paritioni
bus divini-
nis. c. 7.*

*Exod. 3.
Exod. 19.*

Gal. 4.

Ioan. 1.

DE TRINITATE

Infra.

Cap. 18.

I. sen. di.

*8. cap. sed
vbi.*

Infra lib.

3. cap. 1.

*3. de trini-
tate. c. 1.*

Matt. 3.

A&to. 2.

*Tota tri-
nitatis ini-
fibilis.*

cap. 8.

Sapien. 7

Ioan. 1.

Sapien. 7

1. Tim. 1

1. Tim. 2

aliquando filius, aliqui spiritus sanctus, an si-
ne villa distinctione personarum, sicut dicitur Deus
meus & solus. i. ipsa Trinitas per illas creatu-
ræ formas patribus apparuerit. Deinde quod
libet horum inuentum visum fuerit, utrum ad
hoc opus tantummodo creature firmata sit, in
qua Deus sicut tunc oportuisse ipse iudica-
uit, humanis ostendere aspectibus: an angelii
qui iam ante erat ita mittebantur, ut ex perso-
na Dei loquerentur, assumentes corporalem
speciem de creature corpore, in visum mini-
sterij sui, sicut cuique opus esset aut ipsum cor-
pus suum cui non subditur, sed subditum regunt,

C in species quas vellent accommodatas atque
aptas actionibus suis mutantes atque uer-
tentes secundum attributam sibi a creatore
potentiam. Postremo videbimus id quod qua-
rere instiueramus utrum filius, & spiritus sanctus,
& antea mittebantur. Et si mittebantur,
quod inter illam missionem, & eam quam in Euange-
lio legimus distet; an sit missus aliquis eorum
nisi cum vel filius factus esset ex Maria virgi-
ni vel cum spiritus sanctus visibili specie, huc
in columba, siue in igneis linguis apparuit.
Omittamus igitur eos qui nimis carnaliter na-
turam verbi Dei atque sapientiam quam in seipso
manens innouat omnia, quam unicum Dei fi-
lium dicimus, non solum mutabilem, verum etiam
visibilis esse putauerunt. Hi enim multum cras-
sum cor diuinis rebus inquireris audacius
quam religiosus attulerunt. Anima quippe cum sit
substantia spiritualis, cuique est ipsa facta sit, nec
per alium poterit fieri, nisi per quem facta sunt om-
nia & sine quo factum est nihil, quamuis sit
mutabilis, non est in visibilis: quod illi de ver-
bo ipso atque ipsa sapientia Dei, per quam sa-
eta est anima, crediderunt, cum in illa non in
visibilis tantum quod & anima est, sed est inco-

D mutabilis quod anima non est. Eadem quippe
incommutabilitas eius cum memorata est, ut
diceretur, in seipso manens innouat omnia.
Et illi quidem ruinam erroris sui diuinarii scri-
pituram testimonijs quasi fulcire conantes,
adhibent Pauli Apostoli sententiam, & quod
dictum est de uno solo Deo, in quo ipsa Trini-
tas intelligitur, tantum de patre, non & de filio
& de spiritu sancto dictum accipiunt. Regi autem
secularium immortali, inuisibili soli Deo ho-
nor & gloria in secula seculorum. Et illud alte-
rum. Beatus & solus potens rex regum, & domi-
nus dominantium, qui solus habet immorta-

litatem & lucem habitat inaccessibile, que
nemo hominum vidit, nec videre potest. Hec
quemadmodum intelligenda sint, iam satis nos
differuisse arbitror. Verum illi qui ista non de
filio nec de spiritu sancto, sed tantum de parte
accipi volunt dicunt visibilem filium, non per
carnem de uirgine assumptam, sed etiam ante per
seipsum. Nam ipse inquit, apparuit oculis
patrum. Quibus si dixeris: Quomodo ergo uisibilis per
seipsum filius, ita & mortal is per seipsum fi-
lius, ut constet nobis quod tammodo de pa-
tre uultis intelligi, quod dictum est: Qui solus
habet immortalitatem, nam si per carnem suscep-
ta mortal is est filius, propter hanc finitatem ut
sit & uisibilis. Rident, nec propter haec mor-
talitatem se filium dicere: sed sicut & ante uisibilis
ita & ante mortalitatem. Nam si per carnem filium di-
cunt esse mortalitatem, iam non pater sine filio so-
lus habet immortalitatem quia & uerbū eius,
per quod facta sunt omnia, habet immortalita-
tem. Neque non quia carnem assumpit mortale
ideo amisit immortalitatem suam. Quodammodo
nec anima humana hoc accidere potuit
ut cum corpore moreretur, dicente ipso domino:
Nolite timere eos qui corpus occidunt, ani-
mam autem non possunt occidere. Aut uero etiam
spiritus sanctus carnem assumpit: de quo vtique si
ne dubio turbabuntur, si propter carnem mor-
talitatem est filius quoniam accipiant patrem tantum-
modo sine filio & sine spiritu sancto habere
immortalitatem, quandoquidem spiritus sanctus
non assumpit carnem. Qui si non habet immor-
talitatem, non ergo propter carnem mortalitatem est
filius. Si autem habet spiritus sanctus immortalitatem,
non de patre tantummodo dictum est, Qui
solus habet immortalitatem. Quo circa ita arbitrat-
& ante incarnationem per seipsum
mortale filium posse conuincere, quia ipsa mu-
tabilitas non incouenienter mortalitas dicitur,
sed cum quam & anima dicitur mori: non quia in
corpus, uel in aliquam alteram substantiam muta-
& uertitur, sed in ipsa sua substantia quic-
cumque modo nunc est aut fuit secundum id
quod destitutus esse quod erat, mortale depre-
hendit. Quia itaque inquit, antequam natus
esset filius Dei de uirgine Maria. ipse appa-
ravit patribus nostris, non in una eademque spe-
cie, sed multiformiter, aliter atque aliter: & ui-
sibilis est per seipsum, quia nondum carne as-
sumpta substantia eius conspicua mortalibus
oculis fuit, & mortal is inquantum mutabilis.

1. Tim. 6

Matt. 10

1. Tim. 6

H

C

Iea & spiritus sanctus qui alias colubā, alias ignis apparet. Vnde non Trinitati aiunt, sed singulariter & proprie patri tñ modo cōuenit quod dictum est: Immortalis inuisibili soli Deo, & qui solus habet immortalitatē, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest. Omnis ergo istis, qui nec aī substanciali inuisibilem nosse potuerūt, vnde longe remotū ab eis erat ut nossemus vius & solius Dei, i. patris & filii & spūsancti, non solū inuisibilē, verū & incommutabilem permanere substātiā, ac per hoc in vera & sincera immortalitate consistere, nos qui nunq̄ apparuisse corporeis oculis Deum nec patrem, nec filium, nec spūsanctū dicimus, nisi per subiectam suę p̄titi corporam creaturā, in pace catholica pacifico studio requiramus, parati corrigi si fraterne ac recte reprehendimur, parati etiam si ab inimico, vera tñ dicente, mordemur utrum indiscrete Deo apparuerit patrib. nostris anteq̄ Christus venerit in carne, an aliqua ex trinitate persona an sigillatim quasi per vices. Ac primum in eo qđ scriptum est in Genesi, locutum Deum cū hominib⁹ quem de limo finxerat, si excepta figurata significatione: ut reige fidei ēt ad literā teneat, ista tractamus, in specie hominis ȳ Deus cum homine tunc locutus. Non qđem expresse hoc in libro posuit est, sed circumstantia locutionis id resonat, maxime in illo qđ scriptū est, vocē Dei audiuisse Adā deambulantis in paradiſo ad vesperā & abscondisse se in medio ligni quod erat in paradiſo, deoq̄ dicēti: Adā vbi es rūdisse: Audiui vocē tuam & abscondi me a facie tua, qm̄ nudus sum. Quo. n. possit ad literā intelligi talis Dei ambulatio & colloquio, nisi in specie humana, non video. Neque n. dici potest vocem solam factam vbi deambulasse dicitur est Deus, aut eum qui deambulat in loco non sūisse visibilem, cum & Adā dicat qđ abscondit se à facie Dei. Quis ergo erat ille, vtrū p̄f, an filius, an spūsanctus? An oīno Deus indiscrete ipsa trinitas, in forma homini loquebāt? Contextio qđem ipsa scripturā nūquam transire sentit à p̄sona ad personam, sed ille v̄f loqui ad primū hominem qui dixit. Fiat lux, & fiat firmamentū, & cetera per illos singulos dies, quē Deū patrem solemus accipere, dicentē ut fiat qđ quid facere voluit. Omnia. n. per verbū suū

fecit, quod verbum eius unicum filium eius ēm rectam fidem regulam nouimus. Si ergo Deus p̄ locutus est ad primū hominem, & ipse deambulabat in paradiſo ad vesperam, & ab eius facie se in medio ligni paradiſi peccator absconderat, cur non iam ipse intelligat apparuisse Abrahā & Moyſi, & qb. voluit, & quemadmodum voluit per subiectā sibi cōmutabilem atq; visibilem creaturam, cū ipse in seipso atq; in substātia sua qua est incommutabilis atq; inuisibilis maneat? Sed fieri potuit ut à persona ad p̄sonam occulte scriptura transire, & cum patrem dixisse narrasset: Fiat lux, & cetera qua p̄ verbum fecisse cōmemoratur, iam per filium indicaret loqui ad primū hominem, non aperte explicans hoc, I sed eis qui possent intelligendum intimans. Quis ergo habet vires, qb. hoc secretum posse mentis acie penetrare, ut ei liquido appearat, vel posse etiam patrem, vel non posse nisi filium, vel etiam spiritum sanctum, per creaturam visibilem humanis oculis apparere, pergit in hæc scrutanda, si potest, etiā verbis enuncianda atq; tractanda. Res tñ quantum ad scripturā testimonij attinet, vbi Deū cum homine locutus est, quantum existimo occulta est. Quia etiam utrum solvere Adam corporeis oculis Deū videre, non euidenter appetat, cum præsentim magna sit questio, cuiusmodi oculi eis aperti fuerint, qm̄ vetitū cibum gustauerit. Hi enim antequam gustarent clausi erant. Illud tamen non temere dixerim, si paradiſum corporalem quandam locum illa scriptura insinuat, deambulare ibi Deū nisi aliqua corporea forma, nullo modo potuisse. Nam & solas voces factas quas audiret homo, nec aliquam formā videret, dici potest, nec quia scriptum est, Abscondit se Adam à facie Dei, continuo sequitur ut so Gene. 3. leret faciem eius videre. Quid si eum nō quidem videre ipse poterat, sed videri ipse metuebat ab eo cuius vocem audierat, & deambulantis præsentiam senserat? Nam & Cain dixit Deo, A facie tua abscondā me, nec ideo Gene. 4. fateri cogimur, eum solere cernere faciem Dei corporeis oculis, in qualibet forma visibili, quamvis de facinore suo vocem interrogantis secūq; loquentis audisset. Cuiusmodi autem loqua tunc Deus exteriorib. hominum auribus insonaret, maxime ad primum hominem loquens, & inuenire difficile est,

Aug. Tomus tertius. M &

Vīsio
Abrahā
sub Mā-
bra. c. 10

Gene. 3.

H. indiscrete ipsa trinitas, in forma homini loquebāt? Contextio qđem ipsa scripturā nūquam transire sentit à p̄sona ad personam, sed ille v̄f loqui ad primū hominem qui dixit. Fiat lux, & fiat firmamentū, & cetera per illos singulos dies, quē Deū patrem solemus accipere, dicentē ut fiat qđ quid facere voluit. Omnia. n. per verbū suū

Gene. 3.

Gene. 4.

Gene. 3.

DE TRINITATE

& non hoc isto sermone suscepimus. Verūt̄ si sola voces & sonitus siebant quib⁹, quædam sensibilis præsentia Dei primis illis hominib⁹ præbereſt, cur ibi personam Dei patris non intelligam, nescio, qñquidē eius persona ostendit, & in ea voce, cum Iesus in monte coram trib⁹ discipulis præfulgēs apparuit, & in illa, vbi sūp baptizatum colib⁹ descendi, & in illa vbi ad p̄m de sua clarificatio ne, clamauit, eiq; rñsum est, Et clarificaui & iterum clarificabo. Non qā fieri potuit vox sine opere filij & spūsancti (Trinitas quippe inseparabiliter operat) sed quia ea vox facta M est, quæ solius personam patris ostendere, sicut humanam illam formam ex virginē Maria trinitas operata est, sed solius filij persona est. Visibilem nanq; solius filij personā, inuisibilis Trinitas operata est. Nec nos aliqd p̄hibet, illas voces factas ad Adā, non solum à Trinitate factas intelligere, sed et̄ personam demonstrantes eiusdem Trinitatis accipere. Ibi enim cogimur, non nisi patris accipere, vbi dictum est, Hic est filius meus dilectus.

Mat. 17. Neque. n. Iesus etiam spūsancti filius, aut et̄ suus filius credi aut intelligi potest, & vbi sonuit, Et clarificaui & iterum clarificabo, nō nisi patris plonam fatemur. Rñsio q̄ppe est **Ioan. 12.** ad illam dñi vocem qua dixerat, Pr̄ clarifica filium tuū, quod non potuit dicere nisi Deo patri tñ, non & spūsancto, cuius non est filius. Hic aut̄ vbi scriptū est, Et dixit dñs Deus ad Adā, cur non ipsa Trinitas intelligat, nihil dici p̄t. Similiter et̄ quod scriptū est, Et dixit dñs ad Abrahā. Exi de terra tua: & de cognatione tua, & de domo patris tui, non est apertū, vtrū sola vox facta sit ad aures Abrahā, an & aliqd oculis eius apparierit. Paulo post aut̄ aliquāt̄ apertius dictum est. Et visus est dñs Abrahā & dixit illi, Semini tuo dabo terram hāc. Sed nec ibi expressum est, in qua specie visus sit ei dñs, aut vtrum p̄t, an filius an spūsanctus ei visus sit. Nisi forte putant̄ iō filium visum esse Abrahā, qā non scriptum est, visus est ei Deus sed visus est ei dñs Tanquam n. proprie vī filius dñs vocari dicente Apostolo, Nam & si sunt qui dicant dij, siue in celo siue in terra, sicuti sunt dij multi & dñi multi nobis tñ vn⁹ Deus p̄t, ex quo oia, & nos in ipso, & vnu dñs Iesus Christus, p̄ queni oia, & nos per ipsum. Sed & cū Deus p̄t multis locis inueniat̄ dictus dñs, sicuti est illud Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te, & illud, Dixit dñs dñs Psal. 2. meo, sede à dextris meis: Cum etiam spūsan Ps. 109. ctus dñs dictus inueniatur: vbi Apostolus ait: Dominus aut̄ spūs est. Et ne q̄squam arbitra 1. Cor. 1. ref̄ filium significatum, & iō dictum spiritū pp̄ incorpoream substantiam, securus attēxit, Vbi autem spiritus dñi, ibi libertas. Spiritum autem domini nemo esse dubitauerit spiritum sanctum. Neque hic ergo euidenter appareret, vtrum aliqua ex Trinitate persona, an Deus ipsa trinitas, de quo vno Deo dictū est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, vñsus fuerit Abrahā. Sub ilice aut̄ B Mambræ, tres viros vidit, quibus & inuitatis hospitio que susceptis & epulantib⁹, ministrauit. Sic tamen scriptura illam rem gestam narrare coepit, vt non dicat vñsus sunt ei tres viri, sed vñsus est ei dominus. Atq; inde consequenter exponens, quomodo ei sit vñsus dominus, contextit narrationem de tribus vi ris, quos Abraham per pluralem numerum inuitat, vt hospitio suscipiat, & postea singuliter sicut vnum alloquitur. Et sicut vñus ei de Sara filium pollicetur, quem dominum dicit scriptura, sicut in eiusdem narrationis exordio, Vñsus est, inquit, domin⁹ Abrahā, Inuitat ergo & pedes lauat, & deducit abeuntes tanquam homines, loquitur aut̄ tanquam cum domino Deo, siue cum ei promittitur filius, siue cum ei Sodoma inimicens interitus iudicatur. Non paruam neque transfiguratiōnem considerationem postulat iste scripture locus. Si enim vir vñus illi vñsus suisset, iam illi qui dicunt & priusquam de virginē nasceref per suam substantiā visibilem filiū, qd̄ aliud q̄ ipsum esse clamaret, qm̄ de patre, inquirunt, dictum est, Invisibili soli Deo? Et tñ possem adhuc querere, quomodo ante susceptram carnem, habitu est inuentus vt hō, qñquidē ei pedes loti sūt, & humanis epulis epulatus est. Quomodo istud fieri poterat, Phil. 2. cū adhuc in forma Dei esset non rapinā arbitrat⁹ esse æqualis Deo? Nunquid enim iam semetipsum exinanierat, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo? quum hoc quando fecerit per partum virginis nouerimus, Quomodo igitur antequam hoc fecisset, Gen. 1. vt vir vñus apparuit Abrahā, an illa forma vera non erat? Possem ista querere, si vir vñsus

De tñde
visione.
Cap. 11.

1. Ti. 1.

C

Phil. 2.

Gen. 1.

Gen. 1.
Gen. 1.
Visio
Loth e
cuitur
Cap. 1.

Gen. 1.
Gen. 1.

Ibidem.
Gen. 1.

vñus apparuisset Abrahæ idemq; Dei filius credereatur. Cum vero tres viri vñsi sunt, nec q̄quam in eis vel forma vel ætate vel p̄tate maior cæteris dictus est, cur nō hic accipiamus visibiliter insinuatā p̄ creaturā visibilē Trinitatis æqualitatē, atq; in trib. p̄sonis vñā eandemq; substaniā? Nā ne quisquā putaret sic intimatum vñū in trib. fuisse maiorem, & eū dñm Dei filium intelligendum, duos aut̄ alios angelos eius, q̄a cuncti tres vñsi sint, vni dño illic loquiſ Abraham, sancta scriptura futuris talib. cogitationib. atque opinionib.

Gen. 19. cōtradicēdo nō p̄temisit occurrere, qñ pau
Gen. 18. lopost duos angelos dicit venisse ad Loth,
Vñſio in qb. & ille vir iustus qui de Sodomorū in-
Loth ex- cendio meruit liberari, ad vnum dñm loqui-
cultur. tur. Sic n. lscriptura sequit̄ dicens. Abiit autē

Cap. 12. dñs postquam cessauit loqui ad Abraham, & Abraham reuersus est ad locum suum. Ve-
nerunt aut̄ duo angeli in Sodomis vespere. Hic attentius considerandum est, quod ostē

Gen. 19. dere institui. Cum trib. certe loquebat Abraham, & eū dñm singulariter appellauit. For-

te, iquiet alijs, vñū ex trib. agnoscet̄ dñm, alios aut̄ duos angelos eius. Quid sibi ergo vult, quod cōsequenter dicit lscriptura. Abiit aut̄ dñs postquam cessauit loquens ad Abraham, & Abraham reuersus est ad locum suū.

Ibidem. Venerunt aut̄ duo angeli in Sodomis vespere. An forte ille vñus abscesserat, quia dominus agnoscet̄ in trib. & duos angelos q̄ cum illo venerant ad consumendā Sodomā miserat? Ergo sequētia videamus. Venerunt, inquit, duo angeli in Sodomis vespere, Loth aut̄ sedebat ad portā Sodomorū. Et cum vi-

disset eos Loth surrexit in obuiā illis, & adorauit in faciem super terram, & dixit. Ecce dñi, diuertite in domum pueri vestri. Hic manifestum est, & duos angelos fuisse, & in hospitium pluraliter initatos, & honorifice appellatos dominos, cum fortasse homines p̄tarentur. Sed rursus mouet, quia nisi angeli

De eadē vñſione. *E* Dei cognoscerentur, non adoraret Loth in faciem super terram. Cur ego tanquam tali humanitate indigentib; us, & hospitium p̄betur, & victus? Sed quodlibet hic lateat, illud nūc quod suscepimus exequamur. Duo apparent, angeli ambo dicuntur, pluraliter initiantur. Tāquam cum duob. pluraliter loquit̄, donec exeat̄ à Sodomis. Deinde se quiſ scriptura & dicit, Et factum est postquā

eduxit eos foras, dixerūt, Saluans salua aīam tuam ne respexeris retro, neque stes in hac vniuersa regione. In montem vade, & ibi saluaberis, ne forte comprehendendas. Dixit aut̄ Loth ad eos, Rogo domine quoniam inuenit puet tuus ante te misericordiā &c. Quid est hoc qđ dixit ad eos, Rogo dñe, si iam ille discesserat qui dñs erat, & angelos miserat, Cur dicitur, Rogo domine, & non rogo domini? Aut si vñū ex eis voluit appellare, cur ait scriptura, Dixit autem Loth ad eos, Rogo domine, quoniam inuenit puet tuus ante te misericordiā? An & hic intelligimus in pluri-
al numero duas personas? Cum autem idē duo tanquam vñus compellantur, vnius substantiā vnum dominū Deum. Sed quas duas personas hic intelligimus? An patris & filij, an patris & spiritus sancti, an filij & spiritus sancti? Hoc forte congruentius quod vltimū dixi. Missos enim se dixerunt, quod de filio & de spiritu sancto dicimus. Nam patrem missum nusquam scripturarum nobis notitia occurrit. Moyses autem quando ad popu-
lum Israēl ex Aegypto educendum missus rubo.
est, sic ei dominum apparuisse scriptū est, Pa-
scet̄, inquit, oves letro sacerdotis Madiān, & egi: oves in desertum, & venit in montem Dei Oreb. Apparuit autem illi angelus domini in flamma ignis de rubo, Et vidit quia in rubo ignis arderet, rubus vero non comburebatur, & ait Moyses, Ibo & vi debo visum istud, quod tam magnum vidi, quoniam non comburitur rubus. Cum ergo vidit dominus quia venit videre, clamauit ad eum dominus de rubo dicens, Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Et hic primo angelus domini dictus est, deinde Deus. Nunquid ergo angelus est Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob? Poteſt ergo recte intelligi ipse salvator, de quo dicit Apostolus, Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Qui ergo super omnia est Deus benedictus in secula, non absurdē etiam hic ipse intelligitur Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Sed cur prius angelus domini dictus est, cum de rubo in flamma ignis apparuit, vtrum quia vñus ex multis angelis erat, sed per dispensationem personam dñi sui gerebat, an assumptum erat aliquid crea-

Vñſio in
Cap. 13.

Ezod. 4.

Rom. 9.

G

DE TRINITATE

turæ, quod ad præsens negocium visibiliter appareret & inde voces sensibiliter æderentur, q[uo]d præsentia dñi per subiectâ creaturam corporeis èt sensib[us]. hoīs sicut oportebat exhibere? Si n. vnu ex angelis erat, q[uo]d facile affirmare possit, vtrū ei filij p[ro]fona nuncianda imposita fuerit, an spūssancti, an Dei patris, an ipsius oino Trinitatis, quæ est vnu & solus Deus, vt diceret, Ego sum Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob? Neque. n. possu[m] dicere Deū Abrahā, & Deū Isaac, & Deū Iacob filium Dei esse, & patrem nō esse, aut spūm sanctum, aut ipsam trinitatē q[uo]d credimus & intelligimus vnu Deū, audebit alijs negare Deū Abraham, & Deū Isaac, & Deum Iacob. Ille. n. non est illorū patriū Deus qui nō est Deus. Porrò si nō solū p[ro]f Deus est, sicut èt oēs heretici concedunt, sed èt filius, quod ve
lint nolint cogunū fateri, dicenti Apostolo, Qui est su p[ro]f omnia Deus benedictus in secula, & spūssanctus dicente Apostolo, Clarifica te ergo Deum in corpore vestro, cū supra di cereū, Nescitis qm corpora vestra templum in vobis est spūssancti, quē habetis à Deo, & hi tres vnu Deus, sicut catholica sanitas credit, non satis elucet q[uo]d in Trinitatē personā, & vtrū aliq[ue], an ipsius Trinitatis gerebat ille angelus, si vnu ex ceteris angelis erat. Si aut in vsum rei præsenti assumpta creatura est, q[uo]d & in humanis oculis appareret, & aurib[us] in sonaret, & appellaret angelus dñi, & dñs & Deus, non pōt hic Deus pater intelligi, sed aut filius, aut spūssanctus, q[uo]d quam spiritum sanctum alicubi angelū dictum non recolā, sed ex opere posse intelligi. Dicatum. n. de illo est, Quæ ventura sunt annunciat vobis.

Rem. 9.

2. Cor. 6.

Ioan. 16.

Esa. 9.

Viso in columnas ignis.

Cap. 14.

Exod. 13.

paret. Nec ibi distinguitur quātum existimo vbi scriptum est, Et maiestas dñi apparuit in nube, & locutus est dñs ad Moysem dicens, Exaudiui murmur filiorum Israel &c. Iā vero de nubib[us]. & vocib[us]. & fulgurib[us]. & tuba & fumo in monte Sina cum dicere, Sina autē mons fumabat totus, p[ro]pe q[uo]d discédisset Deū in igne in eū, & ascendebat fumus tanquam fumus fornacis, & mente confusus est omnis populus vehementer, siebant autem voces tubæ prodeūtes fortiter valde: Moyses loquebatur, & Dens r[esponde]bat ei voce. Et paulopost datā lege in decem præceptis, consequenter dī. Et omnis populus videbat voces & lampades & voces tubæ & montem fumantem. Et paulo post, Et stabar, inquit, omnis populus à longe, Moyses aut intravit in nebulam vbi erat Deus, & dixit dñs ad Moysem &c. Quid hinc dicā, nisi q[uo]d nemo tam vecors est: qui credit fumū, ignē, nubes & nebulā, & si qua sunt hmōi, verbi vel sapientiæ Dei quod est Christus, vel spiritussancti esse substatiā? Nam de patre Deo: nec Arriani hoc vnuquam ausi sunt dicere. Ergo creatura seruiente creatori facta sunt illa omnia, & humanis sensib[us] pro dispensatione congrua præsentata, nisi forte, quia dictum est, Moyses aut intravit in nebulam vbi erat Deus, hoc arbitrabatur carinalis cogitatio, à populo quidem nebulam visam, intra nebulā vero Moysem oculis carneis vidisse filium Dei quem delirantes heretici in sua substantiā visum volunt. Sane videbit eum Moyses oculis carneis, si oculis carneis potest videri, non modo sapientia Dei quod est Christus, sed vel ipsa cuiuslibet hominis & qualisunque sapientis. Aut q[uo]d scriptum est de senioribus Israel, quia viderunt locum vbi steterat Deus Israel, & quia sub pedibus eius tanquam opus lapidis saphiri tanquā aspectus firmamenti cœli propterea credendum est verbū & sapientiam Dei per suā substatiā in spatio loci terreni stetisse, quē pertendit à fine usq[ue] ad finē fortiter, & disponit oīa suauiter, & ita esse mutabile verbum Dei, per quod facta sunt omnia, vt modo se contrahat, modo distendat. Mūdet dñs à talibus cogitationibus corda fidelium suorum, sed per subiectā, vt s[ecundu]m diximus, creaturam exhibentur hac omnia visibilia & sensibilia, ad significandum inuisibilem atque intelligibilem Deum non solum patrem, sed

Exod. 16.

Viso in Sina.

Cap. 15.

Exod. 19.

K

Exod. 20.

Luc. 1.

Exod. 19.

Exod. 24.

L

Sapien. 8.

Ioan. 1.

Exod. 33.

Rom. 1.

Rom. 1.

Exod. 19.

Exod. 3.

Luc. 1.

Aet. 2.

Exod. 19.

Moyse

quo inide

rit Deū.

Cap. 16.

A

Exod. 33.

Rom. II. & filium, & spm samctum, ex quo oia, per quem oia, in quo oia, quauis inuisibilis Dei

Rom. I. à creatura mundi per ea quæ facta sunt intel-lecta cōspiciane, sempiterna quoq; virtus ei⁹

Exod. 19. ac diuinitas. Sed qd attinet ad id qd nūc su-

scepimus, nec in monte Sina video quemad modum appareat per illa oia quæ mortaliū

senſib. terribiliter ostendebant, vtrū Deus tri-

nitas, an p̄, an filius, an spm sanctus proprie-

loquebat. Verunt̄ si qd hinc sine affirmādi

Exod. 31. temeritate modeſte atq; cunctanter cōiecta-

Luc. II. re conceditur, si vna ex trinitate persona pōt

intelligi, cur non spm sanctum potius intelli-

M gimus, qn & tabulis lapideis lex ipsa quæ ibi

data est, digito Dei scripta esse dr, quo noīe

spm sanctum in Euangeliō significari noui-

mus. Et quinquaginta dies numerātur ob oc-

cione agni & celebrazione Paschæ vñq; ad

diem quo hæc fieri copta sunt in monte Si-

Acto. 2. Sicut post dñi passionem, ab eius resurre-

Exod. 19. ctione quinquaginta dies numerant, & venit

promissus à filio Dei spm sanctus. Et in ipso

eius aduentu quē in Apostolorum actib. le-

gimus, per divisionem linguarū ignis appa-

ravit, qui & infedit super vnumquēque eorū.

Quod Exodo congruit, vbi scriptū est, Sina

aūt mons sumabat totus, p̄ peia q̄ descendit

in eū Deus in igne. & aliquanto post, Aspe-

ctus, inquit, maiestatis dñi, tanq; ignis ardens

sup verticē montis coram filiis Israel. Aut si

hæc iō facta sunt, quia nec p̄, nec filius illic

eo modo præsentari poterat sine spm creatu-

ra illic apparuisse cognoscimus, sed aliq; ex

Moyser. trinitate psonam signo quodā proprio, q̄tū

quo inde ad Dei capacitatē sensus pertinet, non vide-

rit Deū. rit. Est ēt quo moueri pleriq; solent, quia

ita scriptum est, Et locutus est dñs ad Moyse

A facie ad faciem, sicut quis loqui ad amicum

suum, cum paulo post dicat idem Moyser, Si

ergo inueni gratiam ante te ostende mihi te-

metipsum manifeſte, vt videam te vt sim in-

ueniens gratiā ante te, & vt sciam quia popu-

lus tuus est gens hæc. Et paulo post iterū. Di-

xitq; Moyser ad dñm, Ostende mihi maiesta-

tē tuam. Quid est hoc q̄ in omnib. quæ supra

siebant Deus videri per suam substatiām pu-

taba? Vnde à miseriſ creditus est, non per

creaturam; sed per semetipsum visibilis filius

Dei, & q̄ intrauerat innebulam Moyser, ad hoc intraſſe videbat vt oculis qdem populi ostenderet caligo nebulosa, ille aut̄ intus verba Dei tanq; eius faciem cōfēplatus audiret.

Et quō dictū est, Locutus est dñs ad Moyser facie ad faciē, sicut q̄s loqui ad amicū luExod. 15.

Ecce idem dicit, Si inueni gratiā ante te, ostē de mihi temetipsum manifeſte. Nouerat vti-

que qd corporaliter videbat, & veram viſio-

nē Dei spiritualis requirebat. Locutio quippe illa quæ fiebat in vocib. sic modifiſcabat, tan-

quam effet amici loquentis ad amicum. Sed *Ioh. 1.*

Deum patrem q̄s corporeis oculis videt? Et

quod in principio erat verbum & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū, per qd fa-

cta sunt oia, quis corporeis oculis videt? Et *Exod. 33.*

spm sapientiæ quis corporeis oculis videt? Quid est aut̄, Ostēde mihi temetipsum mani-

feste vt videā te, nisi ostende mihi substantiā tuam? Hoc aut̄ si non dixisset Moyser, vtcūq; ferendi effent stulti, qui putant per ea quæ fu-

pra dicta vel gesta sunt, substantiā Dei oculis eius fuisse conspicuum. Cū vero hic apertif-

sime demonſtre, nec desideranti hoc fuisse concesſum, q̄s audeat dicere per similes for-

mas quæ huic quoq; visibiliter apparuerūt, non creaturā Deo seruientē, sed hoc ipsum qd Deus est cuiusq; oculis apparuisse mor-

taliū? Et hoc quidē quod postea dñs dicit ad Moyser, Non poteris videre faciē meā & vi-

uere. Non enim videbit hō faciē meā & vi-

uet. Et ait dñs, Ecce locus penes me est, & sta-

bis sup petrā, statim vt trāſibit mea maiestas, & ponā te in specula petræ, & tegam manū

manū sup te, donec tranſeam, & auferā manū

meā, & tūc videbis posteriora mea, nā

facies mea nō apparebit tibi. Non incōgrue-

ter ex persona dñi nostri Iesu Christi præfiguratum solet intelligi, vt posteriora eius ac

cipiebatur caro eius, in qua vt virgine natus

est, & mortuus & resurrexit, sine propter po-

sterioritatem mortalitatis posteriora dicta

sint, siue q̄ eam prope finem seculi, hoc est

posteriorū ſuſcipere dignatus est. Facies autē

eius illa Dei forma, in qua non arbitraur

rapinam esse equalis Deo patri, quam nemo

vtique potest videre & viuere, siue quia post

hanc vitam in qua peregrinamur à domino,

& vbi corpus quod corumpitur aggrauat

animam, videbimus facie ad faciem, sicut

dicit Apostolus. De hac enim vita in Psal-

Aug. Tomus tertius M 3 mis

Posterie
ra Dei
q̄s vi-
deant al-
legoria.

Cap. 17.
Exod. 33.
Luc. 2.
Phil. 2.

2. Cor. 5.
Sapien. 9

DE TRINITATE

Cmis dicitur: Verūtamen viuēta vanitas omnis homo viuēns. Et iterū, Qm̄ non iustificabit coram te oīs viuēs. In qua vita etiam, fīm Iōānem nondū apparuit qd̄ erimus. Scimus aut̄, inquit, q̄a cum apparuerit, similes ei erimus, qm̄ videbimus eum sicuti est. Quod vti que post hanc vitam intelligi voluit, cū moris debitum soluerimus, & resurrectionis pmissum receperimus. Siue qd̄ etiam nunc in quantum Dei sapientiam per quam facta sūt oīa, spiritualiter intelligimus, in tantum carna libus affectib. morimur, vt mortuum nobis hunc mndum deputantes, nos quoque ipsi huic mndo moriamur, & dicamus quod ait Apostolus. Mūdus mihi crucifixus est & ego mndo. De hac n. morte iterū dixit, Si āt mori estis cū Christo, qd̄ adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? Non ergo immērito nemo pōt faciēm, i. ipsam manifestatiōnem sapiētia Dei videre & viuere. Ipsa n. est species, cui contēplandā suspīrat oīs qui affectat Deū diligere ex toto corde, & ex tota aīa, & ex tota mēte. Ad q̄ contemplandam ē proximum q̄tum pōt edificat, qui diligit & proximum sicut seipsum. In qb. duob. p̄cē ptis, tota lex pēdet & Propheta. Quod significat etiam in ipso Moysē, Nam cum dixisset p̄p dilectionē Dei qua p̄cipue flagrabat, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste. Vt sim inueniēs gratiam ante te continuo p̄p dilectionem ē proximi subiecit atq; ait, Et vt sciam quia populus tuus est gens h̄c. Illa est ergo species quā rapit oīm aīam rōnalem desiderio sui, tanto ardenterē, q̄to mundiorē, & tāto mūdiorem, q̄to ad spiritualia resurgentem, tanto aut̄ ad spiritualia resurgētem, q̄to a carnalib. morientē. Sed dum peregrinamur à dño, & per fidē ambulamus nō per spēm posteriora Christi, hoc est carnē, per ipsam fidē videre debemus. i. in solidō fidei fundamento stantes, quod significat petra, & eam de tali tutissima specula intuentes, in catholica. f. Ecclesia, de qua dictum est, Et super hanc petram edificabo Ecclesiā mēā. Tanto. n. certius dili gimus, q̄ videre desideram faciēm Christi, q̄to in posteriorib. eius ag noscimus quantū nos prior dilexerit Christus. Sed in ipsa carne, fides resurrectionis eius nos fallos facit atq; iustificat. Si enim credideris, inquit, in corde tuo, quia illum Deus suscitauit à mori tuis, saluuus erit. Et iterum, Qui traditus est, inquit, p̄p delicta nostra, & resurrectus p̄p iustificationē nostrā. Ideo q̄ resurreccio corporis dñi est meritum fidei nostræ. Nā mortuā esse illā carnem in cruce passionis, etiam ini mici eius credunt, sed resurrexisse nō credit. Qd̄ firmissime nos credentes, tanq̄ de petrā soliditate contuemur, vñ certa spe adoptio nē expectamus redēptionē corporis nostri, q̄a hoc in mēbris Christi speramus, quæ nos ipsi sumus, qd̄ perfectum esse in seipso tanq̄ in capite nostro, fidei sanitate cognoscimus. Inde non vult nisi cum transferit videri posteriora sua, vt in eius resurrectionem crēda tur. Pascha. n. Habréū verbū dī, qd̄ transitus interpretat. Vnde & Ioannes Euangelista dicit, Ante diē festū Palchæ, sciens Iesu quia venit hora eins, vt trāseat ex hoc Mundo ad patrem. Hoc aut̄ qui credūt, nec tñ in catholica fide, sed in schismate aliquo aut in heresi creduntur, non de loco qui est penes eū vi dent posteriora dñi. Quid. n. sibi vult qd̄ ait dñs, Ecce locus est penes me, & stabis super petram? Quis locus terrenus est penes dñm, nisi hoc est penes eum qd̄ eum spiritualiter attingit? Nam q̄s locus non est penes dñm, qui attingit a fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter? Et cuius dictum est, Coelum mihi sedes est, & terra l'abellum pedū meorum. Et qui dixit, Quā domum adificabis mihi, aut q̄s locus getis mea nōne manus mea fecit hēc omnia? Sed videlicet intel ligitur locus penes eum in quo stat super petram, ipsa Ecclesia catholica, vbi salubriter videt Pascha domini, i. transitum domini, & posteriora eius, i. corpus eius, qui credit in resurrectionem eius. Et stabis, inquit, super petram, statim vt transiet mea maiestas. Reue ra. n. statim vt transit maiestas domini in clārificatione dñi, qua resurgens ascendit ad patrem, solidati sumus sup petrā. Et ipse Petrus tūc solidatus est, vt cum fiducia prædicaret, quem priusquam eēt solidatus ter timore ne gauerat, iam quidem prædestinatione positus in specula petrā, sed adhuc manu dñi sibi superposita ne videret. Posteriora enim eius visurus erat, & nondum ille transferat vtiq; a morte ad vitā, nōdum resurrectione clarificatus erat. Nam & qd̄ sequit in Exodo, & dicit, Tegam manum meam sup te. do nec transeam, & auferā manū meam, & tunc vide-

- videbis posteriora mea: Multi Israëlitæ quo-
rum tūc figura erat Moyses, post resurrectio-
nem dñi, crediderunt in eū tanq; iam viden-
tes posteriora ei^o, remota manu eius ab oculis suis. Vñ & Esaïæ talēm prophetiæ Euāgeli-
Esa. 6. sta cōmemorat, Incrassia cor populi huius,
Mat. 13. & aures eorū oppila, & oculos eorū graua.
Psal. 31. Deniq; in Psalmo non absurde intelligit ex
eorū persona dici. Qm die ac nocte grauata
est sup me manus tuaⁱ. Die fortasse cum ma-
nifesta miracula faceret, nec ab eis agnosce-
ref. Nocte aut cū in passione moreretur, q̄i
certius putauerunt sicut quēlibet hoīem pe-
remptū. & extinctū. Sed qm cum transisset ut
eius posteriora viderent, prædicati fisi Apo-
stolo Petro, q̄a oportebat Christi pati & re-
surgere, cōpuncti sunt dolore p̄nitentiae, vt
Acto. 2. fieret in baptizatis qd in capite eius Psalmi
Luc. 14. dñi, Beati quorū remissæ sunt iniuitates, &
Psal. 31. quorū recta sunt peccata. Propterea cum di-
ctū esset, Grauata est sup me manus tua, tanq;
dño transente, vt iā remoueret manū & vide-
ren posteriora eius, sequit vox dolentis &
cōfiteris, & ex fide resurrectionis dñi pecca-
torum remissionem accipientis, Conuersus
sum, inquit, in erumna mea dū infigere ipsi-
na: Peccatū meū cognoui, & iniuitatiā meā
nō operui: Dixi pronunciabo aduersum me
iniuitiam meo dño, & tu remisisti, impieta-
tem peccati mei. Neq; n.tanto carnis nubilo
debemus iuolui, vt putemus faciem qdē dñi
esse iūsibilē, dorsum vero visibile, qn̄quidē
Philip. 2. in forma serui vtrūq; visibiliter apparuit, In
forma aut Dei absit vt tale aliqd cogite. Ab-
sit vt verbū Dei & sapientia Dei ex vna parte
haeat faciē, & ex alia dorsum sicut corpus
humanū, aut oīno vlla specie vel motione, si
ue tpe commutetur. Quapp si in illis vocib.
quæ fiebant in exodo, & illis oīb. corporali
bus demōstrationib. dñs Iesu Christus ostē
debat, aut aliās Christus sicut loci huius con-
sideratio persuadet, aliās spūs sanctus. sicut ea
quæ supra diximus admonet, non hoc effici-
tur vt Deus pater nunq; tali aliqua specie pa-
trib. viuis sit. Multa enim tali visa facta sunt
illis temporib. non euidenter nominato &
designato in eis, vel patre vel filio, vel spiritu-
sancto, sed tñ per quasdam valde probabili-
les significations nonnullis indicis existen-
tibus, vt nimis temerarium sit dicere, Deum
patrem nunquam patrib. aut Prophetis per
- alias visibiles formas apparuisse. Hanc u.
opinionem illi pepererunt, qui nō potuerūt
in vnitate trinitatis intelligere quod dictum
est, Regi aut seculorum immortalis, inuisibili
soli Deo, quem nemo hoīum vidit, nec vide-
re potest. Qd de ipsa substantia summa sum-
meque diuina & incommutabili, vbi & pa-
ter & filius & spiritus sanctus unus est solus
Deus, per sanam fidem intelligit. Visiones au-
tem illæ per creaturam commutabilem Deo
incommutabili subditam factæ sunt, non p-
prie sicuti est, sed significatiue sicut pro rerū
causis & temporibus oportuit ostendentes
Deum. Quanquam nefcio quemadmodum
isti intelligent qd Danieli apparuit antiquus
dierum, a quo filius hoīis quod propter nos
esse dignatus est accepisse intelligitur regnū,
ab illo. s. qui ei dicit in Psalmo, Filius meus
es tu, ego hodie genui te, postula à me & da
bo tibi gentes hæreditatem tuam. Et qui om-
nia subiecit sub pedibus eius. Si ergo Danieli,
& pater dans regnum, & filius accipiens
apparuerunt in specie corporali quomodo
isti dicunt patrem nunquam visum esse Pro
phetis, & iō solum debere intelligi inuisibili-
lem quem nemo hominum vidit nec videre
potest. Ita n. narravit Daniel, Aspiciebā, in-
quit, donec throni positi sunt, & vetustus die-
rum sedebat, & indumentum eius quasi nix
album, & capillus capitis eius quasi lana mū-
da. Thronus eius flāma ignis, rotæ eius ignis
flagrans, & lumen ignis transibat in conspe-
ctu eius. Et mille millia deseruabant ei, & de-
na millia denum millium assistebant ei. Et iudicium
collocauit, & libri aperti sunt &c. Et paulo post,
Aspiciebā, inquit, in visu noctis,
& ecce cum coeli nubib. quasi filius hoīis ve-
niens erat, & usque ad veterem dierum per-
uenit, & oblatus est ei. Et ipsi datus est princi-
cipatus & honor & regnum, & omnes popu-
li trib. & linguæ ipsi seruient. Potesas eius,
potestas æterna, que non præteribit, & re-
gnum eius quod non corrumref. Ecce pater
dans & filius accipiens regnū sempiternū, &
sunt ambo in conspectu prophetantis visibi-
li specie. Non ergo inconuenienter creditur
etiam pater Deus eo modo solere apparere
mortaliib. Nisi forte aliquis dicat, ideo non
esse visibilem patrem, quia in cōspectu som-
niantis apparuit, Ideo autem visibilem fi-
lium & spiritum sanctū, quia Moyses illa oīa

DE TRINITATE

vigilans vidit. Quasi vero verbum & sapien-
tiam Dei viderit Moyses carnalib. oculis: aut
videri spūs vel humanus pōt qui carnē istā
viuiscat, vel ipse corporeus q̄ ventus dī. q̄to
igitur qb. ille spūs Dei qui oīum hoīum &
angelorū mentes ineffabili excellentia diui-
na substāta supergredit̄. Aut q̄ squam tali p̄-
cipitef errore, vt audeat dicere filiū & sp̄m-
sanctū ēt vigilātib. hominib. esse visibiles,
M patrem aut̄ non nisi somniātib. Quō ergo &
patre solo accipiunt. Quem nemo hoīum vi-
1. Ti. 6. dit, nec videre pōt: An cū dormiūt hoīes, tūc
non sunt hoīes? Aut qui formare similitudinē
corporis pōt ad se significandum p̄ vi-
sa somniantum, non pōt formare ipsam cor-
poream creaturam ad se significādum oculis
vigilantium, cum eius ipsa substantia qua est
ipse qđ est, nulla corporis similitudinē dor-
mienti, nulla corporea specie vigilanti pos-
sit ostendī. Sed nō solū patris veruētiā filiū &
spūsancti. Et certe qui vigilantium mouent
visis, vt non patrem, sed tātūm filium vel spi-
ritum sanctūm credant, corporalib. hominū
apparuisse conspectibus, vt omittam tantum
latitudinem sanctorum paginarum & tam
multiplicem earum intelligentiam, vnde ne
mo sani capit is affirmare debet, nusquam p̄
sonam patris per aliq̄ speciem corporalem
vigilantium oculis demonstratā. Sed vt hoc,
vt dixi, omittam, qđ dicunt de patre nostro
Gm. 18. Abraham, cui certe vigilanti & ministranti,
cum scripture pr̄mississet dicens: Visus est
dīs Abrāhā, non vñus aut duo, sed tres ap-
paruerūt viri, quorum nullus excelsius alii
eminuisse dictus est, nullus honoratius efful-
Supra cap. 7. fisse, nullus imperiosius egisse? Qua p̄p quo-
niam in illa tripartita nostra distributione,
primum querere instituimus, vtrūm p̄, an
filius, an spūsanctus, an, aliquando pater, al-
iq̄ filius, aliquando spūsanctus, an sine vlla
distinzione personarum, sicut dī, Deus vñ^o
& solus, i. Trinitas ipsa, per illas creaturās for-
mas patrib. apparuerit, interrogatis quæ po-
tuimus quantum sufficere visum est, sancta-
rum scripturarum locis, nihil aliud quātum
existimo diuinorum sacramentorum mode-
sta & cauta consideratio persuadet, nisi vt te-
mere non dicamus quæ nam ex Trinitate p-
sona cuiilibet patrum & Prophetarum in ali-
In 2. sen. d. 8. cap. quo corpore vel similitudine corporis ap-
paruerit, nisi cum continentia lectionis ali-

qua probabilitia circumponit iudicia. Ipsa. n.
natura vel substāta vel essentia vel quolibet
alio nomine appellādum est id ipsum quod
Deus est, quicqd illud est corporaliter vide-
ri non potest. Post subiectam vero creaturā,
non solum filium vel spiritum sanctūm, sed
etiam patrem corporali specie siue similitu-
dine, mortalib. sensibus significationem sui
dare potuisse credendum est. Quæ cum ita
sint, ne immoderatus progrediatur secundi
huius voluminis longitudo, ea quæ restat, in
consequentibus videamus.

D· A V R E L I I A V G V S T I N I

De Trinitate.

LIBER TERTIVS.

PRO O E M I V M .



Redant qui volunt, malle me le-
gendo quam legenda dictan-
do laborare. Qui aut̄ hoc no-
lunt credere, experiri aut̄ &
p̄nt & volunt, denique legen-
do vel meis inquisitionibus respondeant vel
interrogationib. aliorum, quæ pro mea p̄lo-
na quā in seruicio Christi gero, & p̄ studio
quo fidē nostram aduersum errorem carna-
liū & aīalium hoīum munire inardesco, ne-
cessē est me pati, & videant q̄ facile ab isto
labore me tēperē, & quanto ēt gaudio stylū
possim hīe seriatum. Quod si ea quæ legim⁹
de his reb. sufficierēt edita in Latino sermo-
ne, aut nō sunt, aut nō inueniuntur, aut certe
difficile à nobis inueniri queunt, Grāce aut̄
lingua non sit nobis tantus habitus, vt taliū
rerum libris legēdis & intelligendis vllō mo-
do reperiamur idonei, quo genere literarū
ex iis quæ nobis pauca interpretata sunt, nō
dubito cūcta quæ viliter querere possimus
contineri. Fratrib. autem non valeam resistē-
re iure, quo eis seruus factus sum, flagitanti-
bus vt eorum in Christo laudabilib. studiis,
lingua ac stylō meo, quas bigas in me chari-
tas agitat, maxime seruam, egoq̄ ipse mul-
ta quæ nesciebā, scribendo me didicisse cōfi-
tear, non debet hic labor meus cuiq̄ pigro,
aut multū docto videri superfluus, cū multis
impigris multisq̄ indoctis inter quos etiam
mihi non parua ex parte sit necessarius. Ex
his

Trāstio-
ne demon-
strat qđ
dictum&
& qđ
stet diem
dum.

Diff. 9.
noli mei

Ioan. 1.

Sapien. 1.

Matt. 3.

Acto. 2.

1. Conf.
ca. 13. &
2. contra
Petilius
Cap. 38.

C

his igit̄ quæ ab aliis de hac re scripta iā legimus, plurimū adminiculati & adiuti, ea quæ de Trinitate, uno sūmo summeq; bono Deo pie q̄ri & differi posse arbitror, ipso exhortā te q̄renda atq; adiuuāte differenda suscepī, vt si alia nō sunt h̄mōi scripta, sit, qđ hēant, & legant qui voluerint & valuerint, si autem iā sunt, tāto facilius aliqua inuenianē, q̄to talia plura esse potuerint. Sanè cum in oīb. literis meis, non solū pīu lectorē, sed et liberū correctorē disiderē, multo maxime in his vbi ipsa magnitudo q̄nōis, vtnā tam multos inuentores h̄rē posset, q̄ multos cōtradictores habet. Verūt sicut lectorē meū nolo mihi esse deditū, ita correctorē nolo sibi. Ille me non amet ampli⁹ q̄ catholicā fidē iste fe nō amet

Difst. 9.c. amplius q̄ catholicā veritatē. Sicut illi dico, nō meis

D Noli meis literis quasi scripturis canoniciis inseruire, sed in illis & qđ non credebas cū inteneris incūtāter crede, in illis aut̄ quod certū non hēbas, nisi certū intellexeris, noli firmiter retinere: Ita illi dico, Noli meas literas ex tua opinione vel cōtentione, sed ex diuina lectione vel inconcussa rōne corrigerē. Si quid in eis veri cōprehenderis, existendo non est meum, at intelligēdo & amando & tuum sit & meū. Si qđ autem falsi cōuiceris, errando fuerit meum, sed iā cauēdo nec tuū sit nec meū. Hinc itaq; tert⁹ hic liber sumat exordiū, quo usq; secūdus puenerat. Cum n. ad id ventū esset, vt vellemus ostendere, non iō minorem p̄f̄ filium, q̄ ille misit hic missus est, nec iō minorē vtroq; sp̄ūsanctū, q̄ & ab illo & ab illo missus in Euāgeliō legit̄, suscepimus hoc q̄rere, cum illuc missus sit filius vbi erat, q̄a in hunc mundū venit, & in hoc mūndo erat cum illud ēt sp̄ūsanctū vbi & ipse erat, qm̄ spiritus dñi repleuit orbem terrarū, & hoc qđ continet oīa sciam habet

*Ioan. 1. Vocis, Vtrum p̄ea missus sit dñs, q̄a ex o-
Sapien. 1. culto iā carne natus est, & de fini pris ad ocu-*

E los hoīum in forma serui tanq; egressus apparuit, iō etiam sp̄ūsanctū, quia & ipse corporali specie quasi columba visus est, & linguis diuīs velut ignis, vt hoc eis fuerit mitti: ad aspectū mortaliū, in aliqua forma corpora rea de spiritali secreto procedere, quod p̄f̄ qm̄ non fecit, tantummodo missus non etiā missus esse dictus sit. Deinde q̄sītum est, cur & p̄f̄ non aliqui dictus sit missus, si per illas species corporales, quæ oculis antiquorum

apparuerunt ipse demonstrabatur? Si autem filius tunc demonstrabāt, cur tāto post missus dicere, cum plenitudo t̄pis venit, vt ex foemina nascere, qñquidem & antea mittebat, cum in illis formis corporaliter apparebat? Aut si non recte missus dicere, nīc cum verbum caro factum est, cur sp̄ūsanctus missus legat, cuius incarnatio talis non facta est?

Galat. 4.

Si vero per illas antiquas demonstrationes, nec p̄f̄ nec filius sed sp̄ūsanctus ostendebat, cur etiam ipse nunc dicere missus, cum illis modis & antea mittere? Deinde subdiuīsim⁹ vt h̄c diligentissime tractarent, & tripartitā secimūs q̄nōem, cuius vna pars in secūdo libro explicata est, duæ sunt reliquæ, de qb. deinceps differere aggrediar. Jam. n. q̄sītum atq; tractatum est in illis antiquis corporali bus formis & visis non tantummodo p̄f̄, nec tantummodo filium, nec tantummodo sp̄ūlactum apparuisse, sed aut indifferenter dñm Deum qui trinitas ipsa intelligitur, aut quamlibet ex trinitate personam q̄ lectionis textus iudiciis circūstantib. significaret. Nūc ergo primum quāramus, quod sequitur.

Nam secundo loco in illa distributione possum est, vtrū ad hoc op̄us tantummodo crea

An filius

*& sp̄ū-
sanctus an-
tea missi
sunt.ca. 1.*

tura formata sit, in qua Deus sicut tunc op̄or

Supra li.

tuisse iudicavit, humanis ostenderet aspectibus, an angeli qui iam erāt ita mittebantur vt ex persona Dei loquerent̄, assumētes corpo

z.ca 7.2.

raleū speciem de creatura corporeā iā vīsum ministerii sui, aut ipsum corpus lūi, cui non

Supra li.

subduntur, sed subditum gerunt, mutates atque vertentes in species quas vellent, accommodatas atq; apertas actionibus suis, & m̄ attributam sibi a creatore potentiam. Qua q̄nōis parte q̄num dñs dederit pertractata, po-

2. cap. 7.-

stremo videndum erit id quod institueram⁹ inquirere, vtrum filius & sp̄ūsanctus &

Gel. 4.

antea mittebantur, & si ita est, quod inter il-

Matt. 3.

lam missionem & eam quam in Euāngelio legimus distet, an missus nō sit aliq; eorum,

homines quę sunt substantiæ, cum hoīes nō relatiue dicantur, amici autem relatiue. Sed item q̄uis substantia sit amans vel sciens, substantia sit scia, substantia sit amor, sed amans & amor, aut sciens & scientia relatiue ad se dicantur sicut amici. Mens vero aut spūs non sunt relatiua, sicut nec homines relatiua sūt, non tñ sicut amici homines p̄t seorsum es- fe ab inuicem, sic amans & amor, aut sciens & scientia. Quanq; & amici corpore vident̄ separari posse, non aīo inquantū amici sunt: verunt̄ fieri potest, vt amicus amicū ēt odif se incipiat, & eo ipso amicus esse desinat, ne sciente illo, & adhuc amante. Amore autem quo se mens amat, si esse desinat, simul & illa desinat esse amans. Item notitia qua se mens nouit, si esse desinat, simul & illa nosse se de sinet. Sicut caput capitati alicui⁹ vtiq; caput est, & relatiue ad se dñr quamvis etiam substantiæ sint. Nam & caput corpus est, & capitatum, & si non sit corpus, nec capitatum erit. Sed hæc præcisione ab inuicem separari p̄t, illa nō possunt. Quod si sunt aliqua corpora, quę secari omnino & diuidi nequeūt, tñ nisi partib. suis constarent, corpora nō es- sent, pars ergo ad totum relatiue dñ, quia omnis pars alicuius totius pars est, & totum omibus partibus totum est. Sed quoniā & pars corpus est & totum, non tantum ista relatiue dicuntur, sed ēt substantialiter sunt. Fortassis ergo mens totū est, & eius quasi partes amor quo se amat, & scientia qua se scituit & nouit, quibus duabus partibus illud totum con stat. An tres sunt æquales partes quibus totum vnum compleetur? Sed nulla pars totum: cuius pars est complectitur. Mens vero cum se totam nouit, hoc est perfecte nouit, per totum eius est notitia eius. Et cum se perfecte amat, totam se amat, & per totum est amor eius. Num ergo, sicut ex vino & aqua & melle vna fit potio & singula per totum sunt & tamē tria sunt nullā enim pars est po tiosis, quę non habeat hęc tria, non enim iuncta velut si aqua & oleum esent, sed omni no commixa sunt, & substantia sunt omnes, & totus ille liquor vna quędam est ex tribus confecta substantia, tale aliquid arbitrandum est esse simul hęc tria, mentem, amorem, notitiam? Sed non vnius substantiæ sunt aqua, vinum, & mel, quamvis ex eorū commixtione fiat vna substantia potio nis.

H ad
Triū rni a
sai. ca. 5.

I. sen. di.
3. c. sunt.

I am
no
&
qu
pe
se
re,
ip
&
fin
am
no

nis. Quomodo autem illa tria non sunt eiusdem substantiae, nō video, cū mēs ipsa se amet, atq; ipsa se nouerit, atq; ita sunt hæc tria, vt nō alteri alicui rerū mens vel amata vel nota sit. Vnius ergo eiusdemque essentiæ necesse est hæc tria sint, & iō si tanq; cōmixtione cōfusa essent nullo modo esset tria nec referri ad inuicem possent. Quemadmodum si ex uno eodēq; auro tres annulos similes facias: quis connexos, sibi referens adinuicem q̄ similes sunt, omnis. n. similis alicui similis est, & trinitas annularū est, & vnu aurū. At si miscenā sibi, & per totam singuli massam suā cōspargant, intercedet illa trinitas, & oīno nō erit,

Hac non solū vnu aurū diceat, sicut in illis trib.
Trib. vni
Bai. CA. 5.

an iulis dicebat, sed iam nulla aurea tria. At in illis trib. cum se nouit mens & amat se, manet trinitas, mens amor notitia, & nulla commixtione confundit, quis & singula sunt in semetip̄s, & innicem tota in totis, sive singula in binis, sive bina in singulis. Itaq; oīa in omnib. Nam & mens est utique in seipso, quoniam ad seipsum mens dī, quamvis noscens, vel nota, vel noscibilis ad suam notitiam relatiue dicat. Amans quoq; & amata vel amabilis ad amorem referat, quo se amat. Et notitia quamvis referat ad mentem cognoscētem vel cognitam, tñ & ad seipsum nota & noscens dī. Non. n. sibi est incognita notitia, qua se mens ipsa cognoscit. Et amor quamvis referat ad mentem amantem, cuius amor est, tñ & ad seipsum est amor, vt sit etiam in seipso, quia & amor amat, nec alio nisi amore amari potest, i. seipso. Ita sunt hæc singula in seipsis. In alternis autem ita sunt, quia & mens amans in amore est, & amor in amantis notitia, & notitia in mente noscente. Singula in binis ita sunt, quia mens quæ se nouit & amat, in amore & notitia sua est, &

I. sen. di.
3. c. sunt.

I amor amantis mentis, seseq; scientis in mente notitiaq; eius est. Et notitia mentis se scientis & amantis in mente atque in amore eius est, quia scientia se amat & amantem se nouit. Ac per hoc & bina in singulis, quia mens, quæ se nouit & amat, cum sua notitia est in amore, & cū suo amore in notitia, amor quippe ipse & notitia simul sunt in mente q̄ se amat & nouit. Tota vero in totis quemadmodum sunt iam supra ostendimus, cum se tota mens amat, & totam nouit, & totum amorem suū nouit, totamque amat notitiam suam, qn̄ tria

ista ad se ipsa perfecta sunt. Miro itaq; modo tria ista separabilia sunt à semetip̄s, & tñ eo 1. sen. di. rum singulum quodq; substātia est, & simul 3. cap. & omnia vna substantia vel essentia, cū relative hæc tria.

*Aliter p
sensu. ali
ter incor
pore a co
gnosci. c. 6*

dican adinuicem. Sed cū seipsum nouit humana mens & amat seipsum, non aliquid incommutabile nouit & amat, aliterq; vnu q̄ que homo loquendo enunciāt mentē suam, qd in seipso agat attendens, aliter aut humana nientem speciali aut gñali cognitione definit. Itaq; cū mihi de sua propria loquitur, vtrum intelligat hoc aut illud, aut nō intelligat, & vtrum velit aut nolit hoc aut illud, credo. Cū vero de humana specialiter aut gñali ter verū dicit agnosco & approbo, vnde manifestū est aliud vnu quemq; videre in se, qd sibi alius dicenti credit, non tñ videat, aliud aut in ipsa veritate, qd alius quoq; posuit intueri, quorū alterum mutari per tenipora, alterum incommutabili æternitate confidere.

Neque. n. oculis corporis multa mentes videntur, per similitudinem colligimus generali vel speciale metis humanae notitiā, sed intuēmur iuolabilem veritatem, ex qua perfecte, quantum possumus definiamus, nō qualis fit vniuersitatis hominis mēs, sed qualis esse sempiternis rōnib. debeat. Vnde etiam phantasias rerum corporalium per corporis sensum haustas, & quodammodo insulas meritoria, ex quib. etiam ea quæ non visa sunt, facta phantasmatē cogitantur, sive aliter q̄ sunt, sive fortuita sicuti sunt, aliis omnino regulis supra mentem nostram incommutabili manētibus, vel approbare apud nosmet ipsos, vel improbare conuincimur, cum recte aliquid approbamus aut improbamus.

Nam & cū recolo Carthaginis moenia, quæ vidi, & cum fingo Alexandria moenia quæ non vidi easdemq; imaginarias formas quasdam quibusdam, preferens rationaliter prefero, viget, & claret desuper iudicium veritatis, ac sui iuris incorruptissimis regulis firmū est. Et si corporalium imaginum quasi quodam nubilo subtextitur, non tñ inuoluitur, atque confundit. Sed interest vtrū ego sub illa vel in illa caligine tanq; à celo perspicuo se cludar, an sicut in altissimis montib. accidere solet, inter vtrumq; aere libero fruens, & sere nissimam lucem supra, & densissimas nebulas subtus aspiciam. Nā vnde in me fraterni amoris inflammat ardor, cū audio virū aliquem

DE TRINITATE

quē p fidei pulchritudine & firmitate acia tormenta tolerasse? Et si mihi dico ostendat ipse homo studio mihi coniungere, notum facere, amicitia colligare. Itaq; si facultas datur, accedo, alloquor, sermonē confero, affectum meū in illum qb. verbis possum, exprimo vicissimq; in eo fieri quem in me habeat atq; exprimi volo spiritalemq; complexum credendo molior, qd peruelgitare tam cito & cernere penitus eius interiora nō possum. amo itaq; fidelem & fortē virum amore casto atq; germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur, aut ictauit aliquo modo

M se se indicet, q vel de Deo credit incōgrua, atque in illo quoq; carnale aliqd desideret, & pro tali errore illa pertulerit, vel sperata pecuniae cupiditate, vel iani auditate laudis humanę, statim amor ille, quo in cū serebar offensus & quasi reperclusus atq; ab idigno hoīe ablatus, nō in ea forma pmanet, ex qua eum talem credens amaueram. Nisi forte ad hoc amo iam, vt talis sit cum talem non esse comperero. At in illo hoīe nihil mutatū est, mutari tñ pōt, vt fiat qd eum iam esse credideram. In mēte aut̄ mea mutata est vtiq; ipsa existimatio, quā de illo aliter se hébat & alter hēt: idemq; amor ab intentione perfueri di ad intēctionē consulendi, incōmutabili de super iustitia iubente deflexus est. Ipsa vero forma incōcussa ac stabilis veritatis, & i qua fruerer hoīe, bonum eum credens, & in qua eū consulo vt bonus sit, eadē luce incorruptibilis syncerissimāq; rōnis, & meā mentis aspectum, & illā phantasię nubē, q̄ desuper cerno, cum eūdē hoīem quē viderā cogito, imperturbabilē & quietate perfundit. Item cū arcū pulchre ac & qualiter intortū quē vidi, verbigratia, Carthagine, aīo reuolu, res q̄dam menti nūciata p oculos, memoriaeque transfiguratio, imaginarium conspectū facit. Sed

A aliud mente conspicio, fm qd mihi opus illud placet: vnde ēt si displiceret. corrigere. Itaq; de istis fm illam iudicamus, & illā cernimus rōnalis mentis intuitu. Ita vero aut̄ p̄sentia sensu corporis tangimus, aut imagines absentiu fixas in memoria recordamur, aut ex earum similitudine talia fingimus: quia h̄a nosip̄si, si vellemus atque possumus, etiā opere moliremur. Alter enim figurantes aīo imagines corporū, aut per corpus corpora videntes, aliter aut̄ rōnes artemq; ineffabili-

ter pulcrā talium figurarū super aciem mentis simplici intelligentia capientes. In il-

la igitur aeterna veritate, ex qua temporalia facta sunt oīz, formam fm q̄ sumis, & fm q̄ vel in nobis, vel in corporib. vera & recta ro-

ne aliqd operamur, visu mentis aspicimus, at que inde cōceptā rerū veracē notitiam, tanq;

verbū apud nos habemus, & dicendo intus gignimus, nec à nobis nascēdo discedit.

Cum aut̄ ad alios loquimur, verbo intus ma-

nenti ministeriū vocis a libebemus, aut alicuius signi corporalis, vt per quandam cōmemorationem sensibilem tale aliqd fiat ēt in

aīo audientis, quale de loquentis aīo non re-

cedit. Nihil itaq; agimus per membra corporis in factis in dictisq; nostris, qb. vel appro-

banū vel improbenf, mores hominum, q̄ nō

verbo apud nos intus adito praeuenimus. Ne

mo. n. volens aliquid facit, qd non in corde suo prius dixerit. Quod verbū amore concipi, siue creature, siue creatoris, i. aut nature

mutabilis aut incommutabilis veritatis. Ergo aut cupiditate, aut charitate, non quo non sit

amanda creatura, sed si ad creatorem referit ille amor, nō iam cupiditas sed charitas erit.

Tunc n. est cupiditas cum p p se amat crea-

tura, tunc non vtentem adiuuat, sed corrum-

pit fruentem. Cum ergo aut par nobis, aut inferior creatura sit, inferiore vtēdum est ad

Deū, pari aut̄ fruendū, sed in Deo. Sicut n. te ipso, non in teiplo frui debes, sed in eo qui

fecit te, sic ēt illo quē diligis tanq; teipsum,

& nobis ergo & fratrib. in dño fruamur, & inde nos nec ad nosmetipsos remittere, & quasi relaxare deorsum versus audeam⁹.

N scitur autem verbum cū excogitatum placet: aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo nostrum & mentem de qua gi-

gnitū quasi medius amor coniungit, sive cum eis tertium complexu incorporeo sine

vlla confusione constringit. Conceptum aut̄

Verbum
externū à
verbō ho
minis cōs
differat.
Cap. 7.

Io. 7.
Psal. 7.

D

Jacob. 1.
Mat. 11.
Mat. 24.

Mat. 12.

Et vīta
quedam
bene nouis
mus.

Cap. 10.

Amor et
cupiditas
Cap. 8.

1. sen. di.
2. ca. cōm
autē Ad
Phile. 4.

E

1. Co. 12.

Quedam
amasse,
possedit,
est. cap. 9.

Mat. 7.

Quoniam

Qm̄ non sufficit avaritiae nosse & amare aurum, nisi & habeat, neq; nosse & amare vesci, aut cōcūbere, nisi etiā id agat, neq; nosse & amare honores & imperia, nisi prouenant. G

Io. m. 7. Quæ tamen omnia, nec adepta sufficiunt. **Psal. 7.** Qui n. biberit ex hac, inquit, aqua, sitiet iterū. Ideoq; & in Psalmo, Cōcepit, inquit, dolore & peperit iniquitatē. Dolorē vel laborem dicit concipi, cū ea concipiūtur quæ nosse ac velle nō sufficit, & inardescit atq; egrotat animus indigentia: donec ad ea perueniat, & quasi pariat ea. Vñ eleganter in Latina lingua parta dicuntur & reperta atq; cōperta, quæ verba quasi à partu ducta reponat. Quia concupiscētia cū conceperit parit peccati. Vñ dñs clamat. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Et alio loco, Vñ pregnati bus & mammantibus in illis dieb. Cū itaque ad partū verbi referret, omnia vel recta facta vel peccata, Ex ore, inquit, tuo iustificaberis & ex ore tuo condēnaberis: os volens intellegi, non hoc visibile, sed interius inuisibile Et via cogitationis, & cordis. Rēcte ergo queritur, quædam vtrum omnis notitia verbū, an tātum amata bene nos, notitia. Nouimus enim & ea quæ odimus, mus. Sed nec cōcepta, nec parta dicenda sunt animo, quoq; nobis displicent. Non enim omnia quæ quoquo modo tangunt concipiuntur: vt tantum nota sint, non tñ verba dicātur, sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba q̄ spatia temporū syllabis tenent, sive pronuncientur, sive cogitentur, alter oē quod notū est verbum dicitur, animo impressu: i quandiu de memoria proferri, & definiri pōt, quanvis res ipsa displicet alter cum placet quod mente cōcipit. Secundū q̄ genus verbi accipiendo est quod ait Apolos, Nemo dicit dñs Iesu, nisi in spiritu sancto: cum secundū aliā verbi notionē dicant hoc & illi de quibus ipse dominus ait. Non omnis qui dicit mihi, dñe, dñe intrabit in regnum cōlorum. Veruntamen cum illa quæ odimus recte displicent, recteq; improbantur, approbatur eorū improbatio, & placet & verbum est. Neq; vitiorū notitia nobis displicet, sed ipsa vita. Nam placet mihi qd noui & definio quid sit intemperantia, & hoc est verbum eius: sicuti sunt in arte nota vita, & recte approbat eorū notitia, cū discerit cognitor specie priuationemq; virtutis: sicut aiere & negare, esse & nō esse: atq; men-

virtute priuari atque in vitium deficerē dñabile est. Et definire intemperantiam, verbumque eius dicere pertinet ad artem morum, esse autem intemperantem ad id pertinet quod illa arte culpatur, Sicut nosse ac definire, quid sit solēcismus, pertinet ad artem loquendi, facere autē vitiū est, quod eadē arte reprehenditur. Verbum est igitur qd nūc discernere ac insinuare volumus, cum amore notitia. Cū itaq; se mens nouit & amat, iūgitur ei amore verbū eius. Et quoniā amat notitiā, & nouit amorem, & verbū in amore est, & amor in verbo, & vtrunque in amante atq; dicente. Sed omnis scđm specie notitia similis est ei rei quam nouit. Est enim alia notitia secundum priuationem, quam cū improbamus, loquimur. Et hæc priuationis improbatio specie laudat, ideoq; approbatur. Habet ergo animus nonnullā specie notæ similitudinē, sine cū ea placet, sive cū eius priuatione displicet. Quo circa inquātum Deū nouimus, similes sumus: sed non ad æqualitatē similes, qā non tm̄ eum nouimus, quantū ipse se. Et quæadmodū cū p̄ sensum corporis discimus corporea, fitiorū aliqua similitudo in aō nostro, q̄ phantasia memoriæ est, non n. omnino ipsa corpora in anima sunt, cum ea cogitamus, sed eorū similitudines. Itaq; cū eas p̄ illis approbamus, erramus: Error nanq; est pro alio alterius approbatio. Melior est tñ imaginatio corporis in aō, q̄ illa species corporis, inquantū hęc in meliore natura est, idest in substantia vita li, sicuti animus est: ita cū Deū nouimus, quā uis meliores efficiamur quam eramus anteq; nossemus, maximeq; cū eadē notitia etiam placita digneq; amata verbū est, fitq; aliqua Dei similitudo illa notitia: tamē inferior est, quia in inferiore natura est. Creatura quippe animus, creator autem Deus. Ex quo colligitur, quia cū se mēs ipsa nouit atq; approbat, sic est eadē notitia verbum eius, vt ei sit par omnino & æquale atq; identidē: quia neque inferioris essentia notitia est, sicut corporis: neq; superioris, sicut Dei. Et cū habeat notitia similitudinē ad eā rem quam nouit, hoc est cuius notitia est, hęc habet perfectā & æqualē, qua mens ipsa quæ nouit est nota. Ideoq; & imago & verbū est, quia de illa ex primitur, cū cognoscendo eidē coæquatur, & est gignenti æquale quod genitum est.

Mat. 11. Imagoreb
cognite in
aūmo. cap. 11.

Mat. 12. G

Mat. 10. C

I.C. 12. C

Mat. 7. C

Aug. Tomus tertius. Quid

Em. sicut bū nō genitus? Cur enim mens notitiā suam notitia gignit, cū nouit; & amorē suū nō gignit, cum mēis est proles nō le amat? Nam si propterea est notionis suæ causa quia noscibilis est: amoris etiā sui causa est, quia est amabilis. Cur vtrūq; itaq; nō genuerit difficile est dicere. Hæc enim quæstio etiam de ipsa summa Trinitate omnipotenti tertiissimo creatore Deo, ad cuius imaginem

Cap. 12. Gene. 1. Hō factus est, solet mouere homines, quos ve ritas Dei per humanam locutionē inuitat ad fidē. Cur non spiritus quoq; sanctus à patre Deo genitus vel creditur vel intelligitur, vt filius etiā ipse dicatur? Quod nunc in mente humana vtcunq; inuestigare conamur: vt ex inferiore imagine, in qua nobis familiarius natura ipsa nostra, quā interrogata respondeat, exercitationē mentis aciem ab illumina ta creature ad lumen incōmutabile dirigamus: si tamē veritas ipsa persuaserit, sicut Dei verbū filiū esse nullus Christianus dubitat, ita charitatē esse spiritum sanctum. Ergo ad imaginē illā, quæ creatura est, hoc est ad rationalē mentē diligenter de hac re interro gandā considerandumq; redeamus, vbi tēpō raliter existens nonnullarū rerū notitia, quæ antea non erat, & aliquarum rerū amor, quæ antea non amabatur, distinctius nobis aperi quid dicamus: quia & ipsi locutioni tempo raliter dirigendā, facilior est ad explicandū res, quæ in ordine temporū cōprehenditur. Primo itaque manifestū fit, posse fieri, vt sit aliquid scibile, idest quod sciri possit, & tamē nesciatur: illud autē fieri non posse, vt

1. sen. di. 3. c. & i. tenendū est, quod omnis res quācunque co gnoscimus, congenerat in nobis notitiā sui.

I. Ab vtrōq; enim notitia paritur, à cognoscē te, & cognito. Itaq; mens cum seipsum co gnoscit, lōla parens est notitię suę: & cognitum enim & cognitor ip̄a est. Erat autem sibi ipsa noscibilis, & antequā se nosset: sed notitia sui non erat in ea cū seipsum nō no uerat. Quod ergo cognoscit se, parē sibi notitiā sui gignit: quia nō minus se nouit q̄ est, nec alterius essentia est notitia eius, non so lum quia ipsa nouit, sed etiam quia seipsum, sicut supra diximus. Quid ergo de amore di cendum est, cur non etiā cum se amat, ipsum quoque amorem sui genuisse videatur, Erat enim amabilis sibi, & antequā se amaret,

quia poterat se amare: sicut erat sibi noscibiliis, & antequā se nosset, quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis, nūquā se nosse potuisset. Ita si non sibi esset amabilis, nunquā se amare potuisset. Cur itaq; amando se non genuisse dicatur amorē suū, sicut cognoscendo se genuit notitiā suā? In eo quidē manifeste ostenditur hoc amoris esse principiū, vnde procedit: ab ipsa quidē mente procedit, quæ sibi est amabilis antequā se amet: atq; ita principium est amoris sui, quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut notitia sui qua se nouit, quia notitia iam inuentum est quod partum vel reper tum dicitur, quod saepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nā inquisitio est appetitus inueniendi, quod idē valet si dicas reperiendi. Quæ autem reperiuntur, quasi pariuntur, vnde proli similia sunt. Vbi nisi in ipsa notitia? Ibi enim quasi expressa formantur. Nā et si iā erant res quas querēdo inueniamus, notitia tamen ipsa nō erat, quā sicut prolem na scētem deputamus. Porro appetitus ille qui est in querendo, procedit à querente, & pēdet quodāmodo, neq; requiescit fine quo intēditur, nisi id quod queritur inuentū, querenti eo puletur. Qui appetitus, idest, inquisitio, quāuis amor esse nō videatur, quo id qđ notū est amatur: hoc enim adhuc vt cognoscatur agitur: tamē ex eodē genere quiddam est. Nā voluntas iam dici potest, quia omnis qui querit inuenire vult, & si id queritur quod ad notitiā pertineat, omnis qui querit nosse vult. Quod si ardenter atq; instanter vult, studere dicitur, quod maxime in asse quendis atq; adipiscendis quibusq; doctrinis dici solet. Partū ergo mentis antecedit appetitus quidam, quo id quod nosse volumus L querendo & inueniendo, nascitur proles ipsa notitia: ac per hoc appetitus ille cōcipitur pariturq; notitia, partus & proles recte dici non pōt. Idēq; appetitus quo inhiciatur rei cognoscēde, fit amor cognitę, dū tenet atq; amplectitur placitā prolē, idest notitiā, gignen tiq; cōiungit. Et est quēdā imago trinitatis: ipsa mēs & notitia eius, quod est proles eius ac de seipsum verbum eius, & amor tertius, & hæc tria vnum atq; vna substantia. Nec minor proles, dum tantam se nouit mens quanta est, nec minor amor, dum tantum se diligit quantum nouit & quanta est.

D. A V-

*1. sen. di.
3. c. & i.
ipsa.
1. sen. di.
3. ca. ne
minor.*

*Nib. a
mari n
aliquom
do cogni
t. 1. sen. Co.*

D. AVRELII AVGUSTINI

De Trinitate.

LIBER DECIMVS.

Nihil a
maris nisi
aliquomo
do cogni
tione. Col.

NVnc ad ea ipsa cōsequenter enodatius explicanda limatior accedat intentio . Ac primū quia rem prorsum ignoram amare omnino nullus pōt , diligenter intuendū est cuiusmodi sit amor studentiū,i. non iā sc̄ientiū , sed adhuc scire cupientium quanq; doctrinam. Et in his quippe rebus in quibus non vſitate dī studium, solent existere amores ex auditu,dū cuiusq; pulchritudinis fama ad videndum ac fruendū animus acceditur , quia generaliter nouit corporum pulchritudines , ex eo q; plurimas vdit , & inest intrinsecus vnde approbatur, cui foris fecus inhibatur. Quod cum sit, non rei penitus incognita amor excitatur,cuius genus ita notum est. Cū aut virum bonū amamus , cuius faciem non vidimus, ex notitia virtutū amamus, quas nouimus in ipsa veritate . Ad doctrinas autem cognoscendas plerunque nos laudantū atq; prædicantū accedit authoritas:& tñ nisi breuiter impressam cuiusq; doctrinæ haberemus in animo notionē , nullo ad eā discendā studio flagraremus . Quis.n. sciendæ, verbi gratia, Rhetorice ullam curā & operam impenderet, nisi ante seiret eam dicendi esse sc̄ientiam? Aliqñ ēt ipsarum doctrinarū fines auditos expertosve mirarum , & ex hoc inardescimus facultatē compare discendo, qua ad eos peruenire possimus. Tanquā si literas nescienti dicatur quandam esse doctrinā,qua quisq; valeat quamvis longe absenti verba mittere manu facta in silencio quæ rursus ille cui mittuntur , non aurib. sed oculis colligat, idq; fieri uideat , nonne dū concupiscit nosse quo id possit, omni studio circa illū finem mouetur,quæ iā notū tener? Sic accendunt studia discētiū, nā q; quisque prorsus ignorat, amare nullo pacto pōt. Ita etiam signum si quis audiat incognitum, veluti verbi alicuius sonū , quo quid significetur ignorat , cupid scire quidnā sit, i. sonus ille, cui rei cōmemoranda institutus sit: ueluti si audiat cum dī temetū, & ignorans quid sit, requirat. Iam itaq; oportet ut nouerit signū esse,i. non esse inanē illā vocem, sed ali-

quid ea significari: alioquin iā notū est hoc trifyllabū , & articulatā speciē suam impresit animo per sensum aurū. Quid amplius in eo requiritur , quo magis innotescat , cuius oēs literæ omniaq; soni spatia nota sunt:nisi quia simul innotuit signū esse, mouitq; scientia cupiditatē, cuius rei signū sit? Quo igitur amplius notū est, sed nō plene notum est, eo cupid animus de illo nosse q; reliquum est. Si. n. tantūmodo esse istā uocē nosset, eamq; alicuius rei signū esse non nosset , nihil iam quereret de sensibili re, quantū poterat sentiendo percepta. Quia uero non solū esse uocē, sed & signū esse iam nouit perfecte id nosse uult. Neque ullū perfecte signū noscitur, nisi cuius rei signū sit,cognoscatur . Hoc ergo q; ardenti cura qrit ut nouerit, studioq; accentus insitit, nō pō dici esse sine amore. Quid igitur amat? Certe. n. amari aliquid nisi notū nō pōt. Neque. n. ille istas tres syllabas amat, quas iā notas haber. Quod si hoc in eis amat, quia sc̄it eas significare aliquid, nō inde nūc agitur, non. n. hoc nosse qrit. Sed in eo quod scire studet, quid amet inquirimus, q; profecto nondū nouit: & propterea miramur cūt amet, qm̄ firmissime nouimus amari, nisi nota non posse. Quid ergo amat, nisi quia nouit atque intuetur in rationibus rerum, quæ sit pulchritudo doctrinæ, qua continentur notiæ signorum omnium: & quæ sit utilitas in ea peritia , qua inter se humana societas tensa cōmunicat, ne sibi hominum cętus deteriores sint quamvis solitudine , si cogitationes suas colloquendo non misceant? Hanc ergo speciem decoram,& utilem cernit anima, & nouit & amat:eamq; in se perfici studet quā tum potest, quisquis uocum significantium quæcumque ignorat,inquirit. Aliud est enim quod eam in ueritatis luce conspicit , aliud quod in sua facultate concupiscit. Conspicit nanq; in luce ueritatis q; magnum, & quā bonum sit omnes omnium gentium linguas intelligere ac loqui, nullamque ut alienigenam audire,& à nullo ita audiri. Cuius notiæ decus cogitatione iā cernitur , amaturq; res nota , quæ ita cōspicitur, atq; inflamat studia dissentium, ut circa eam moueantur, eiq; inhabet in omni opera, quam impendit consequendæ tali facultati, ut etiam usu amplectantur quod ratione prænoscent: atque ita quisque, cui facultati spe propinquat, ei

Q. 2 feruen-

DE TRINITATE

feruentius amore inardescit. Eis doctrinis q̄ p̄ se studetur vehementius, quæ capi posse nō desperantur. Nā cuius rei adipiscendæ spem quisq; non gerit, aut repide amat, aut omnino non amat, quamuis q̄ pulchra sit videat. Quocirca quia omnī linguarum scientia se rē ab omnib. desperatur, sūa gentis quisque maxime studet, vt nouerit. Quod si & illi ad perfectū percipiendæ se non sufficere sentit, nemo tñ tā decidiosus est huius notitiae, qui non cum audierit incognitū verbū, velit nos

D se quid illud sit, & si potest, querat ac discat. Quod dū querit vtiq; in studio discendi est, & vī amare rem incognitam, q̄ non ita est. Species nāq; illa tangit animum quam nouit & cogitat, in qua elucet decus confociando rum animorum in vocibus notis audiendis, atque reddendis, eaq; accedit studio quārē tem quidem q̄ ignorat, sed notam formam, quo id pertineat, intuentem & amantē. Itaq; si quārenti, verbi gratia, quid si temetū, hoc enim exēpli causa posuerā, dicatur, quid ad te pertinet, respondebit, ne forte audiam loquētē, & non intelligam: aut vspiam forte id legam & quid scriptor senserit nesciam. quis tandem hūc dicat noli intelligere quod audis, noli nosse quod legis? Omnibus.n. serē animis rationalibus in promptu est ad viden dum huius peritiae pulchritudo, qua hominum inter se cogitata, significantium vocum enunciacione noscitur: propter hoc notum decus, & ob hoc amatum quia notū, studiose quārētur verbū illud ignotum. Itaq; cum audierit atq; cognoverit temetū à veteribus num est vinum appellatū, sed iā ex vsu loquendi quē nunc habemus hoc vocabulū emortū, propter nonnullos fortasse veterum libros sibi necessarium depurabit. Si aut & illos superiacaneos habet, forte iam nē dignum q̄ me moriā cōmendet existimat, quia videt ad illā speciem doctrinā quā notam mēte intuetur atque amat, minime pertinere. Quanobrem omnis amor studentis animi, hoc est volētis scire quod nescit, non est amor eius rei quā nescit, sed eius quā scit pp quā vult scire q̄ nescit, aut si tā curiosus est, vt nō pp causam aliam notam, sed solo amore rapiatur incognita sciendi, discernendus quidem est à studiosi nomine iste curiosus, sed nec ipse amat incognita, imo congruentius dī, odit incognita, quæ nulla esse vult, dū vult omnia esse

cognita. Sed ne quissquā nobis difficiliorem referat qōnem, afferens tam non posse quenquam odisse q̄ nescit, q̄ non potest amare q̄ nescit, nō refūlīmus verbis, sed intelligēdū est, non hoc idem dici cum dī, amat scire incognita, ac si diceretur, amat incognita. Illud enim fieri potest, vt amet quisque scire incognita, vt aut amet incognita non potest. Non enim frustra ibi est positiū scire: Qm̄ qui scire amat incognita, non ipsa incognita, sed ipsum scire amat. Quod nīs haberet cognitū, neq; scire se quicquā posset fidenter dicere, neq; nescire. Non solum n. qui dicit scio, & verum dicit necesse est, vt quid sit scire sciat: sed ēt qui dicit nescio, idq; fidēter & verum dicit, & scit verū se dicere, scit vtiq; quid sit scire, quia & discernit ab scientie nescientem cū veraciter se intuens dicit nescio. & cum ip̄ se scit se verum dicere, vnde sciret, si quid sit scire, nescire? Quilibet igitur studiosus, qui libet curiosus non amat incognita, et cum ardentissimo appetitu instat scire q̄ nescit. Aut enim iam genere notū habet, q̄ amat, idq; nosse expetit, etiā in aliqua re singula, vel in singulis rebus quæ illi nondum notæ forte laudantur fingeatq; animo imaginariam formam qua excitetur in amorem. Vnde autem fingeat, nisi ex ijs quæ iam nouera? Cui tñ for mæ animo figurae atq; in cogitatione notis simæ, si eam quæ laudabatur dissimilem inuenierit, fortasse non amat. Quod si amauerit, ex illo amare incipiet ex quo didicit. Paulante quippe alia erat quæ amabatur, quæ sibi animus formans exhibere consueverat. Si autem illæ formæ similem inuenierit quam fama prædicauerat, cui vere possit dicere, iam te amabam, nec tunc vtiq; amabat incognitam, quā in illa similitudine nouerat. Aut in specie sempiternæ rationis videmus aliquid, & ibi amamus, q̄ cū expressum in aliqua re temporalis effigie, illis qui experti sunt laudantib. & amamus & credimus, non aliquid amamus incognitum, vnde iā supra satis disseruimus: aut aliquid notum amamus, propter quod ignotum aliquid quārimus: cuius ignoti amor nequaquam nos tenet, sed illius cogniti, quo pertinere nouimus, vt illud etiā q̄ adhuc ignotū quārimus nouerimus: sicut de incognito verbo pauloante locutus sum. Aut ipsum scire quisq; amat, q̄ nulli scire alii quid cupienti esse incognitum pot. His cau-

Nemo
prosura-
mat inc
gnitæ. c. 1

Supra eo
deusa.

All. Te-
metum, ri-
num est
ab anti-
quis di-
Etim.

E

aliam notam, sed solo amore rapiatur incognita sciendi, discernendus quidem est à studiosi nomine iste curiosus, sed nec ipse amat incognita, imo congruentius dī, odit incognita, quæ nulla esse vult, dū vult omnia esse

Quā mēs
amat seip
sam incog
nitā si
bi.
Cap. 3.

sis videntur amare incognita, q. scire aliquid
 volunt qd nesciunt, & pp ardētiorē quærē.
 H di appetitū sine amore eē dici non possunt.
 Sed q. se res aliter habeat, nec omnino quic-
 quā amēt incognitū, arbitror me persuasissē
 verum diligenter intuentibus. Sed quia exē-
 pla q. dedimus eorū sunt q. aliquid q. ipsi nō
 sunt nosse cupiūt, vidēdū est, ne forte aliqd
 nouum genus appareat cū seipſa mens nosse
 desiderat. Quid ergo amat mens, cū ardenter
 seipſam querit vt nouerit, dū incognita sibi
 est? Ecce enim mēs semetipſam querit, vt no-
 uerit. & inflammat hoc studio. Amat igit.
 Sed qd amat? Seipſam? Quomodo, cū se nō
 dū nouerit, nec quisquā possit amare quod
 nescit? An ei fama prædicavit speciem suā, si-
 cut de absentibus solemus audire? Forte er-
 go se non amat, sed quod de se singit hoc a-
 mat, longe fortasse aliud quā ipsa est, aut si se
 mens sui simile singit, & ideo cū hoc figmē
 tum amat, se amat antequā nouerit, quia id
 q. sui simile est intueēt nouit igitur alias men-
 tes ex quib. se singat, & gñē ipso sibi nota ē.
 Cur ergo cū alias mentes nouit, se nō nouit
 cū seipſa nihil posſit eē p̄ſentius? Quod si
 oculis corporis magis alij oculi noti sunt, q.
 ipſi sibi, non se ergo querat nunquā inuentu-
 ra. Nunquā n. se oculi præter specula vide-
 runt. Nec ullo mō putādū est etiam rebus in
 corporeis cōtemplādis tale aliq. adibéri,
 ut mēs tanquam in speculo se nouerit. An in
 ratione ueritatis eternavide t̄ specioſum sit
 nosse semetipſam, & hoc amat quod uidet,
 studetq; in ſe fieri: quia quāuis sibi nota non
 fit, notū tamen ei est, quam bonum fit ut ſibi
 nota fit. Et hoc quidē permirabile est, non
 dū se nosse, & quā pulchrū fit ſe nosſe, iam
 nosſe. An aliquem finē optimū, idest, ſecuri-
 tam & beatitudinē ſuam uidet, per quandā
 occultam memoriam, q. in longinqua eā pro-
 gressam nō defuerit, & credit ad eundē finē,
 niſi ſeipſam cognouerit, ſe peruenire nō poſ-
 ſe? Ita dum illud amat, hoc querit: & notum
 amat illud, propter quod querit ignotū. Sed
 cur memoria beatitudinis ſuā potuit & me-
 moria ſuī cum ea perdurare non potuit, ut
 tā ſe noſſet quā uult peruenire, q. nouit illud
 quo uult peruenire? An cū ſe noſſe amat, non
 ſe quam nondum nouit, ſed ipſum noſſe a-
 mat, acerbiusque tolerat ſeipſam deſſe ſcī-
 eſ ſuę, qua uult cuncta comprehendere? No
 uit autem quid ſit noſſe, & dū hoc amat qd
 nouit etiā ſe cupit noſſe. Vbi ergo noſſe ſuū K
 nouit, ſi le non nouit nā nouit q. alia noue-
 rit, ſe autē nō nouerit: hinc enim nouit & qd
 ſit noſſe. Quo pacto igitur ſe aliquid ſcieutē
 ſcit, q. ſeipſam nescit neq;. n.alterā mentem
 ſcientē ſcit, ſed ſeipſam. Scit igitur ſeipſam.
 Deinde cum ſe querit ut nouerit, querētem
 ſe iā nouit. Iam ſe ergo nouit. Quapropter
 non potest omnino nescire ſe, que dum ſe
 nescientē ſcit, ſe utiq; ſcit: ſi autē ſe nescientē
 nesciat non ſe querit ut ſciat. Quapropter
 eoipſo quo ſe querit magis ſe ſibi notā quā
 ignotā eſſe conuincitur. Nouit n. ſe queren-
 tem atq; nescientē, dū ſe querit ut nouerit.
 Quid ergo dicemus? An quod ex parte ſe no-
 uit, ex parte non nouit? Sed absurdū eſt dice-
 re, nō eā totā ſcire q. ſcit. Nō dico totū ſcit,
 ſed q. ſcit, tota ſcit. Cū itaq; aliquid de ſe ſcit
 quod niſi tota nō pōt, totā ſe ſcit. Si autē ſe
 aliquid ſcientē, nec potest quicquā ſcire niſi
 tota. Scit ſe igitur totā. Deinde quid eius tā Argumē
 notū eſt q. ſe uiuere? Non potest autē & mēs taurq̄os
 eſſe, & nō uiuere, quando habet etiam am-
 plius ut intelligat, nā & anima bestiarū ui-
 uunt, ſed non intelligent. Sicut ergo mēs to
 ta eſt, ſic tota uiuit. Nouit autem uiuere ſe. L
 Totam ſe igitur nouit. Poſtremo cū ſe noſſe
 mens querit, mentē ſe eē iā nouit: alioquin
 utrū ſe querat ignorat, & aliud pro alio for-
 fitan querat. Fieri enim potest ut ipſa nō ſit
 mens atque ita dum mentē noſſe querit, nō
 ſeipſam querit. Quapropter quoniam cum
 querit mens quid ſit mens, noui quod ſe querat,
 profecto nouit quod ipſa ſit mens. Por-
 ro ſi hoc in ſe nouit quod mens eſt, & tota
 mens eſt, totā ſe nouit. Sed ecce non ſe noue-
 rit eſſe mentem, cum autem ſe querit, hoc
 tantummodo nouerit quod ſe querat. Potest
 enim etiam ſic aliud pro alio querere, ſi hoc
 nescit: ut autem non querat aliud pro alio,
 proculdubio nouit quid querat. At ſi nouit
 qd querat, & ſeipſam querit, ſeipſam utique
 nouit. Quid ergo adhuc querit? quod ſi ex
 parte ſe nouit, ex parte autem adhuc querit,
 non ſeipſam, ſed partem ſuam querit. Cum
 enim ea ipſa dicitur, tota dicitur. Deinde qā
 nouit nondum ſe à ſe inuentam totam, nouit
 quanta ſit tota. Atque ita querit quod de
 eſt, quemadmodum solemus querere, ut
 ueniat in mentem quod excidit, nec tamen M

DE TRINITATE

penitus excidit, quia potest recognosci, cum
venerit hoc esse quod queratur. Sed quo-
modo mens veniat in mentem, quasi possit
mens in mente non esse. *huc accedit, quia si*
parte inuenta, non se tota querit, tñ tota se
querit. Tota ergo sibi præsto est, & quid ad-
huc queratur non est: *hoc enim deest quod*
queritur, non illa quæ querit. Cum itaq; to-
ta se querit, nihil eius deest: aut si non tota se
querit sed pars quæ inuenta est querit partē
quæ nondum inuenta est, non se ergo mens
querit, cuius se nulla pars querit: pars enim
quæ inuenta est, non se querit. pars autē quæ
nondum inuenta est, nec ipsa se querit, quo-
niā ab ea quæ iam inuenta est parte queri-
tur. Quocirca quia nec tota se mens querit,
nec pars eius vlla se querit, se mens omni-
no nō querit. *Vt quid ergo ei præceptū est,*
vt seipsum cognoscas? Credo *vt seipsum co-*
gitet, vt secundum naturam suam vivat; id est
vt secundū naturam suam ordinari appetat,
sub eo scilicet cui subdēda est, supra ea qui-

*Animus
ad meor-
poreorū
amorē ex
cirandus.*
Cap. 5.

Abus p̄rāpō nenda est: sub illo à quo regi de-
bet, supra ea quæ regere debet. Multa enim
per cupiditatem prauā tanq; sui sit oblita, sic
agit. Videt enim quædā intrinsecus pulchra,
in p̄stantiore natura quæ Deus est. Et cum in
flare debeat vt eis fruatur, volens ea sibi tri-
buere, & non ex illo similis illius, sed ex seip-
sa esse quod ille est, aueritur ab eo, moue-
turq; & labi in minus, & minus, q̄ putatur
amplius & amplius, quia nec ipsa sibi, nec ei
quicq; sufficit recenti ab illo qui solus suf-
ficit. Ideoq; per egestatē ac difficultatem fit
nimis intēta in actiones suas, & inquietas de-
lectationes quas per eas colligit: atq; ita cu-
piditate acquirēdi noticias ex ijs q̄ foris sūt,
quorū cognitū genus amat, & sentit amitti
posse nisi impensa cura teneat, perditq; se-
curitatē, tatoq; seipsum minus cogitat, quanto
magis secura est, quod se non posset amitte-
re. Ita cū aliud sit non se nosse, aliud nō se co-
gitare. Neq; n. multarū doctrinarū peritum,
ignorare Grammaticā dicimus cum eam nō
cogitat, quia de medicinæ arte, tunc cogitat,
Cū ergo aliud sit nō se nosse, aliud nō se co-
gitare, tata vis est amoris, vt ea quæ cū amo-
re diu cogitauerit, eisq; eura glutino inhēse-
rit, attrahat secū etiā cū ad se cogitādā quo-
dāmodo redit. Et quia illa corpora sunt quæ
foris per sensus carnis adamanit, corumque

diuturna quadā familiaritate implicata est,
nec secū potest introrū sum tanquā in regio-
nem incorporeq; naturę ipsa corpora infer-
re, imagines eorū conuoluit, & rapit, factas
in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis for-
mandis quiddam substantiæ suę, seruat autē
aliquid quo libere de specie taliū imaginū
iudicet, & hoc est magis mens, id est, rationa-
lis intelligentia, quæ seruatur vt iudicet. Nā
illas animæ partes quæ corporū similitudini-
bus informantur, etiā cum bestijs nos cōmu-
nes habere sentimus. Errat autē mens, cū se
istis imaginibus tanto amore coniungit, vt eti-
am se esse aliquid huiusmodi existimet. Ita
enim cōformat eis quodāmodo, non id exi-
stendo sed putando, non quo se imaginē pu-
tet sed omnino illud ipsum cuius imaginem
secum habet. Viget quippe in ea iudiciū di-
scernēdi corpus quod foris relinquit, ab ima-
gine quam de illo secū gerit, nisi cum ita ex-
primuntur eadē imagines tanquam foris sen-
tiantur, non intus cogitentur, sicut dormienti-
bus, aut furentibus, aut in aliqua extasi ac-
cidere solet. Cum itaq; se tale aliquid putat,
corpus esse se putat. Et quia sibi bene cōscia
est principatus sui quo corpus regit, hinc fa-
ctū est vt quidā quererent quid corporis am-
plius valet in corpore, & hoc esse mentem,
vel omnino totam animam existimarent, vt
Empedocles & Ericates opinati sunt. Itaque
alij sanguinē, alij cerebrum, alij cor, nō sicut
scriptura dicit, Cōfitebor tibi dñe in toto cor
de meo: Et, Diliges dñm Deum tuū ex toto
corde tuo, Hoc enim abutendo vel transfe-
rendo vocabulum ducitur à corpore ad ani-
mā, sed ipsam omnino particulā corporis
quā in visceribus dilaniatis videmus, eā esse
putauerūt. Alij ex minutissimis indiuiduisq;
corpusculis quas atomos dicunt, concurren-
tibus in se atque coherentibus, eam confici
crediderunt. Alij aerē, alij ignem substantiā
eius esse dixerunt. Alij eam nullam esse sub-
stantiam, quia nisi corpus nullam substanciam
poterant cogitare, & eam corpus esse
non inueniebant, sed ipsam temperationem
corporis nostri vel cōpagem primordiorū,
quibus ista caro tanquā connectitur, esse op-
inati sunt. Et hi omnes eam mortalem esse
senserunt, quia siue corpus esset, siue aliqua
compositio corporis, non posset vtiq; im-
mortaliter permanere. Qui vero cius substanciam

*Imagina-
tio fallax.
Cap. 6.*

C

*Error op-
tionis de
anima.
Cap. 7.*

*Psl. 9.
no. 6 uiz
Deut. 6.
Mat. 22.*

*Infra.
Cap. 10.*

*Animus
à sensib-
lib. abdis-
cen. c. 3.*

*Inuen-
tio quid.*

tiam vitā quandam nequaq̄ corpoream, qñ
 quidem vitā omne viuū corpus animantem
 ac viuificantē esse repererunt, con sequenter
 & immortalē, quia vita carere vita nō pōt,
 vt quisq; potuit probare conati sunt. Nam de
 quinto illo nescio quo corpore, q̄ notissi-
 mis quatuor huius mundi elementis quidam
 coniungentes, hinc animā esse dixerunt, hoc
 loco diu differendū non puto. Aut.n. hoc vo-
 cant corpus q̄ nos, cuius in loci spatio pars
 toto minor est, & in illis annumerandi sunt
 qui mentē corporeā esse crediderunt: aut si
 vel omnē substantiā, vel oēm mutabilē sub-
 stantiā corpus appellant, cū sciant non om-
 nē locorū spatijs aliqua lōgitudine & latitu-
 dine & altitudine contineri, nō cū eis de vo-
 cabuli qōne pugnandū est. In his omnib. sēn-
 tentijs quisquis videt mentis naturam & esse
 substantiā & non esse corporeā, i. non mino-
 re sui parte minus occupare loci spatiū ma-
 iusq; maiore, simul oportet videat eos qui
 opinantur esse corporeā, non ob hoc errare
 q̄ mens desit eorū notitiae, sed q̄ adiungunt
 ea, sine quib. nullā possunt cogitare naturā.
 Sine phantasijs.n. corporū quicquid nisi fuerint
 cogitare, nihil omnino esse arbitrantur.
 Ideoq; non sē tanquā sibi desit mens, requi-
 erat. Quid.n. tā cognitioni adeſt, q̄ id q̄ menti
 adeſt? aut quid tam menti adeſt, q̄ ipsa mens?
 Vnde & ipsa quæ appellatur inuenitio, si uer-
 bi originem retractemus, quid aliud resonat
 nisi quia inuenire est in id uenire q̄ queriſ?
 propterea quę quasi vltro in mente ueniunt,
 non usitate dicuntur inuenta, quāuis cognita
 dici possint, quia non in ea quārēt tende-
 bamus ut in ea ueniremus, hoc est ea inueni-
 remus. Quapropter sicut ea quæ oculis, aut
 ullo alio corporis sensu requirunt, ipsa mēs
 querit, ipsa enim ēt sensum carnis intendit,
 tunc aut inuenit, cū in ea quæ requirūtur idē
 sensus venit: Sic alia, q̄ non corporeo sensu
 internuncio, sed per seipsum nosſe debet, cū
 in ea uenit, inuenit: aut in superiorē substan-
 tia, i. in Deo, aut in ceteris animāe partib. si-
 cut de ipsis imaginib. corporū cum iudicat,
 intus.n. in anima eas inuenit per corpus im-
 pressas. Ergo se ipsam quemadmodū querat
 & inueniat, mirabilis quæſtio est, quo tēdat,
 vt q̄rat, aut quo ueniat, ut inueniat: Quid.n.
 tam in mente quam mens est? Sed quia in ijs
 est q̄ cū amore cogitat, sensibilib. aut, i. cor-

poralibus cū amore assuefacta est, non ualeat
 sine imaginib. eorū esse in semetipsā. Hinc
 ei oboritur erroris dedecus, dum rerū sensa-
 rum imagines lecernere à ſe non potest, ut ſe
 ſolam uideat. Coh. eſerunt.n. mirabiliter glu-
 tino amoris, & hæc eſt eius immunditia, qm̄
 dū ſe ſolā nititur cogitare, hoc ſe putat, eſſe
 ſine quo ſe non pōt cogitare. Cum igitur ei
 præcipitur, ut ſeipſam cognoscat, non ſe tan-
 quam ſibi detracta ſit querat, ſed id quod ſi-
 bi addidit detrahat. Interior eſt enim ipsa, nō
 ſolum quam iſta ſensibilia quæ manifeſte fo-
 riſ ſunt, ſed ēt quam imagines eorum qua
 in parte quadā ſunt animāe, quam habent &
 bestiz, quāuis intelligentia careant, q̄ mentis
 eſt propria. Cum ergo ſit mens interior quo
 dam modo exit à ſemetipsā, cum in hæc qua-
 fi uestigia multarum intentionū exerit amo-
 ris affectum. Quę uestigia tanquam imprimū
 tur memorie, qñ hæc quæ foriſ ſunt corpora-
 lalia ſeniuntur, ut ēt cum absunt iſta, præſto
 ſint tñ imagines eorum cogitantibus. Cogno-
 ſcat ergo ſemetipsam, nec quāſi absentem ſe
 querat, ſed intentionē volūtatis qua per alia
 uagabatur ſtuat in ſemetipsam, & ſe cogit-
 et. Ita uidebit q̄ nunquā ſe non amauerit, nū
 quam nescierit: ſed aliud ſecum amando cū
 eo ſe confudit & concreuit quodammodo,
 atq; ita dum ſicut unum diuersa complecti-
 tur, unū putauit eſſe, q̄ diuersa ſunt. Non ita
 que uelut absentem ſe querat cernere, ſed p-
 ſentem ſe curet diſcernere. Nec ſe quāſi non
 norit cognoscat, ſed ab eo quo alterum no-
 uit dignoſcat. Iſpum enim q̄ audit, cognosce
 teipſam, quomodo agere curabit, ſi nescit,
 aut quid ſit cognosce, aut quid ſit teipſam?
 Si autem utrumque nouit, nouit & ſeipſam,
 quia non ita dicitur menti cognosce teipſā,
 ſicut dicitur, cognosce cherubin aut feraphin.
 De abſentibus.n. illis credimus ſecun-
 dū q̄ celeres quādam potestates eſſe prædi-
 cantur. Neque ſicut dī, cognosce uoluntatē
 illius hominis, q̄ nobis nec ad ſentiendum ul-
 lo modo, nec ad intelligentū præſto eſt, nifi
 corporalib. signis editis, & hoc ita ut magis
 credamus q̄ intelligamus. Neque ita ut dī ho-
 mini, uide faciem tuam, q̄ nifi in ſpeculo fie-
 ri non potest. Nā & ipsa noſtra facies absens
 ab aspectu noſtro eſt, quia non ibi eſt quo il-
 le dirigi potest. Sed cum dicitur meti, cognosce
 teipſam, eo iētu quo intelligit q̄ dictum

Q 4 eſt,

DE TRINITATE

est, seipsum, cognoscit seipsum, nec ob aliud quā eo quo sibi præsens est. Si autē q̄ dictum est non intelligit, non vtiq; facit. hoc igitur ei præcipitur ut faciat, q̄ cum ipsum præceptū intelligit, facit. Non ergo adiungat aliud ad id, q̄ seipsum cognoscit, cū audit ut seipsum cognoscat. Certe. n. nouit sibi dīci, sibi s. quæ est, & viuit, & intelligit. Sed est & cadauer, viuit & pecus? intelligit autē nec cadauer nec pecus. Sic ergo se esse & viuere scit, quō

*Mēr quo
intelligit
quid non
fit. c. 10.*

est, & viuit intelligentia. Cū ergo, verbi gratia, mens aerē se putat, aerē intelligere putat, se tñ intelligere scit; aerem autē se esse nō scit, sed putat. Secernat q̄ se putat, cernat q̄ scit, hoc ei remaneat. Vnde ne illi quidē dubitauerunt, qui aliud atq; aliud corpus esse mentem putauerunt. Neque. n. omnis mens aerē se esse existimat, sed alia ignē, alia cerebrū, aliaq; aliud corpus, & aliud alia, sicut supra cōmemorauit: omnes tñ se intelligere nouerunt & esse & viuere: sed intelligere ad id q̄ intelligent referunt, esse autem & viuere ad seipsum. Et nulli est dubium, nec quenquā intelligere qui non viuat, nec quenquam viuere qui non sit. Ergo consequenter & esse & viuere id q̄ intelligit, non sicuti est cadauer q̄ non viuit, nec sicuti viuit anima que non intelligit, sed proprio eodemq; præstantiore modo. Item velle se sciunt, neque hoc posse quenquā qui non sit & qui non viuat pariter sciuntur. Itēq; ipsam voluntatē referunt ad aliquid q̄ ea voluntate volunt. Meminisse est se sciunt, simulq; sciunt q̄ nemo meminisset nisi esset ac viueret. Sed & ipsam memoriam referimus ad aliquid q̄ ea meminimus. Duo bus igitur horū trium, memoria & intelligētia multarum rerū notitia atq; scientia conti- nentur. Voluntas autē adest, per quā fruamur eis vel vtamur. Fruimur. n. cognitis in quibus voluntas ipsi propter seipsa delectata con- quiecit: vtimur vero eis quae ad illud referimus quo fruendum est. Nec est alia vita ho- bā ergo.

I. sen. di.

I. c. hiceō

fiderādū,

& c. d. er-

go, & ea.

bac ergo.

K rendi locus. Sed qm̄ de natura mentis agitur, remoueamus à cōsideratione nostra omnes notitias que capiuntur extrinsecus per sensus corporis, & ea q̄ posuimus omnes mētes de seipsum nosse certasq; esse diligentius attendamus. Vtrū. n. aeris sit vis viuendi, reminiscen- di, intelligendi, volendi, cogitandi, sciendi,

judicandi, an ignis, an cerebri, an sanguinis, an atomorū, an præter visitata quatuor elemēta, quinti nescio cuius corporis, an ipsius carnis nostræ cō pago, vel téperamentū hæc ef- ficere valeat, dubitauerunt homines: & alius hoc, alius aliud affirmare conatus est. Viuere se tñ & meminisse, & intelligere, & velle, & cogitare, & scire, & judicare quis dubitet? Qñquidem ēt si dubitat viuit, si dubitat vnde dubitet meminit, si dubitat dubitare se intelligit, si dubitat certus esse vult, si dubitat cogitat, si dubitat scit se nescire, si dubitat iudicat non se temere cōsentire oportere. Quisquis igitur aliunde dubitat de his omnib; dubitare non debet, quæ si non essent, de vlla re dubitare non posset. Hæc omnia qui vel corpus vel cōpositionē seu temperationē corporis esse mentē putant, in subiecto esse volunt vi- deri, vt substantia sit aer, vel ignis, siue aliquod aliud corpus, q̄ mentē putant: intelligentia vero ita insit huic corpori, sicut qualitas ei⁹; vt illud subiectum sit, hæc in subiecto: subiectum, s. mens quam corpus esse arbitrantur, in subiecto ait intelligentia, siue quid aliud eorū quæ certa nobis esse cōmemorauimus. Iuxta opinantur ēt illi qui mentem ipsam ne- gant esse corpus, sed cōpaginem aut téperationē corporis. Hoc. n. interest, q̄ illi mente ipsam dicunt esse, substantiam, in quo subiecto sit intelligentia: isti autē ipsam mentem in subiecto esse dicunt, corpore, s. cuius cōposi- tio vel temperatio est. Vnde consequenter ēt intelligentiam quid aliud q̄ in eodem subiecto corpore existimant? Qui omnes nō ad- vertunt, mentem nosse se ēt cum quærit se si- cut iam ostendimus. Nullo modo autem re- ste dī sciri aliqua res, dū eius ignoratur sub- stantia. Quapropter cū se mens nouit, substanciam suam nouit, & cū de se certa est, de substancia sua certa est. Certa est autē de se, sicut coniuncta ea quæ supra dicta sunt. Nec omniō certa est, vtrum aer, an ignis sit, an ali- quod corpus, vel aliiquid corporis. Non est igitur aliiquid eorum. Totumq; illud q̄ se iu- betur vt nonerit, ad hoc pertinet vt certa sit, non se esse aliiquid eorum de quibus incerta est, idq; solum esse se certa sit, quod solū es- se certa est. Sie. n. cogitat ignem aut aerem, & quicquid aliud corporis cogitat. Neque vlo modo fieri posset vt ita cogitaret id q̄ ipsa est, quemadmodū cogitat id q̄ ipsa non est.

L

A
Vestigia
sūme tri-
nitatis in
anima.
Cap. II.

B
I. sen. di.
I. c. notā-
dū vero.

est. Per phantasiam quippe imaginariam cogitat hæc omnia, sive ignem, sive aerem, sive illud, vel illud corpus, partemve villam, sive cōpaginem temperationemq; corporis, nec vtique ista omnia, sed aliquid horum esse dī. Si quid autem horum esset, aliter id q̄ cetera cogitaret, non, s. per imaginale figmentum, sicut cogitantur absentia, quæ sensu corporis tacta sunt, sive omnino ipsa, sive eiusdem generis aliqua, sed quādā interiore, non simulata, sed vera præsentia. Non n. quicquam illi est seipsa præsentius, sicut cogitat vivere se & meminisse & intelligere & velle se. No *Vestigia* uir. n. hæc in se, nec imaginatur quasi extra summa tria sensu terigerit, sicut corporalia quæq; nūtatis in tanguntur. Ex quorum cognitionibus si nihil Cap. II. fibi affingat, vt tale aliquid esse se putet, quic quid ei de se remanet, hoc solum ipsa est. Remotis igitur paulisper ceteris, quorum mēs de se ipsa certa est: tria hæc potissimum considerata tractemus memoriam, intelligentiam, voluntatem. In his. n. tribus inspici solent et ingenia parvolorum cuiusmodi præferat indolem. Quanto quippe tenacius & facilius puer meminit, quantoq; acutius intelligit & studet ardenter, tanto est laudabilioris ingenij. Cū vero de cuiusque doctrina queritur: nō quanta firmitate ac facilitate meminerit, vel quanto acumine intelligat, sed quid meminerit, & quid intelligat queritur. Et quia non tantum q̄ doctus fit consideratur laudabilis animus, sed etiam q̄ bonus, non tantum quod meminerit & quod intelligat, verum etiam quid velit attenditur: non quanta flagrantia velit, sed quid velit prius deinde quā tum velit. Tunc. n. laudandus est animus vehe menter amans, cūm id quod amat vehementer amandū est. Cum ergo dicuntur hæc tria ingenium, doctrina, vñs: primum horū con sideratur in illis tribus, q̄ possit quisque memoria, & intelligentia, & voluntate. Secundum eorum consideratur, quid habebat quis que in memoria, & intelligentia, quo studio fa voluntate peruererit. Iam vero vñs tertius in voluntate est pertractante illa quæ in memoria & intelligentia continentur, sive ad aliquid ea referat, sive eorum fine delectata conquiescat. Vt. n. est assumere aliquid in facultatem voluntatis: frui est autem, vti cum dī vero. gaudio, non adhuc spei, sed iam rei. Proinde omnis q̄ fruitur, vñtus: assumit. n. aliquid

in facultatem voluntatis, cū fine delectatio nis. Non aut omnis qui vñtus, fruitur: sed id q̄ in facultatem voluntatis assumit, non pp illud ipsum, sed pp aliud appetit. Hæc igitur tria, memoria, intelligentia, voluntas, qm nō sunt tres vite, sed una uita, nec tres mentes, sed una mens, cōsequenter utiq; nec tres substantiae sunt, sed una substācia. Memoria quippe p uita & mens & substācia dī, ad se ipsam dī. Quod uero memoria dī, ad aliquid relative dī. Hoc de intelligentia quoque, & de uoluntate dixerim. Et intelligentia quippe & uoluntas, ad aliquid dicuntur. Vita est autem unaquæque ad se ipsam, & mens, & essentia. Quocirca tria hæc eo sunt vñū, quo una uita, una mens, una essentia. Et quicquid aliud ad se ipsa singula dicuntur, et simul non plurilater, sed singulariter dicuntur. Eo uero tria quo ad se inuicem referuntur, quæ si æquallia non essent, nō solum singula singulis, sed et omnibus singulis, non utique se inuicem caperent. Neque. n. tūm à singulis singula, uerum etiam à singulis omnia capiuntur. Memini. n. me habere memoriam, & intelligentiam & voluntatem, & intelligo me intelligere & uelle atq; meminisse, & uolo me uelle, & meminisse, & intelligere, totamq; meā memoriam & intelligentiam & voluntatem simul memini. Quod. n. memorie meæ non memini, non est in memoria mea. Nihil autem tam in memoria, q̄ ipsa memoria est. Tō tam igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio, & scio me uelle quicqd uolo. Quicquid autem scio memini. Totam igitur intelligentiam, totamque uoluntatem meam memini. Similiter cū hæc tria intelligo, tota simul intelligo. Neque. n. que quam intelligibilium non intelligo, nisi quod ignoro. Quod autem ignoro, nec memini nec uolo. Quicquid itaque intelligibilium non intelligo, consequenter eriam nō memini nec uolo. Quicquid autem intelligibiliū memini & uolo, consequenter intelligo. Voluntas et mea totam intelligentiam totamq; memoriam meam capit, dum toto vñto q̄ intelligo & memini. Quapropter qñ inuicem à singulis, & tota omnia capiuntur æqualia sunt tota singula totis singulis, & tota singula simul omnibus totis, & hæc tria unum, una uita, una mens, una essentia. Iam ne igitur ascendendum est qualibuscunq; intentionis viribus

*1. sen. di.**3. c. nunc**vero.**trex animo**potentia**istre sub**tantia;**C una sub**tantia**1. sen. di.**3. c. aqua**lia etiam.**1. sen. di.**3. c. tota**que mea.**1. sen. di.**3. c. simili**ter cum**hæc.**1. sen. di.**3. c. volun**tas mea,**& c. hic**attenden**dum.**D 100. I**A. n. ali**quid acci**dit tempore**non Dev.**bus*

DEM TRINITATE

Cap. 12. bus ad illam summam & altissimam essentiam, cuius impar imago est humana mens, sed tñ imago: an adhuc eadē tria distinctius declaranda sunt in anima, per illa quæ extrinsecus sensu corporis capimus, vbi temporaliiter imprimitur rerum corporearum notitia? MentreM quippe ipsam in memoria & intelligentia & voluntate suometipsius tam reperiebamus, vt quoniam semper se nosse semperq; seipsum velle comprehendebatur, simul etiam semper sui meminisse, semperq; seipsum intelligere & amare comprehendetur, quamvis nō semper se cogitare discretam ab eis quæ non sunt quod ipsa est: ac per hoc difficile in ea dignocitum memoria sui, & intelligentia sui. Quasi non sint hæc duo, sed unum duobus vocabulis appelletur, sic apparet in ea re vbi valde ista cōiuncta sunt, & aliud alio nullo præceditur tempore, amorq; ipse non ita lentitur esse, cum eum nō prodit indigentia, quoniam non semper p̄fato est quod amat. Quapropter etiam tardioribus diluescere hæc possunt, dum ea tractantur quæ ad animam tempore accedunt, & quæ illi temporaliter accident, cum meminit q̄ antea non meminerat, & cum videt quod antea non videbat, & cum amat q̄ antea non amabat. Sed aliud hæc tractatio poscit exordium, pp̄ huius libelli modum.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
De Trinitate.

L I B E R V N D E C I M U S.

*Vestigiū
trinitatis
et in cor-
pore.c.1.*



Emini dubium est, sicut interiorem hominem intelligēta sic exteriorem sensu corporis p̄ditum. Nitamur igitur si possimus in hoc quoque exteriore

Col. 3. F indagare qualecumq; vestigiū Trinitatis, non quia & ipse eodem modo fit imago Dei. Manifesta est quippe Apostolica sua, quæ interiorem hominem renouari Dei agnitione de clarat secundū imaginem eius qui creauit eū, cum & alio loco dicat. Et si exterior homo noster corrūpitur, tñ interior renouatur de die in diem: In hoc ergo qui corrūpitur, q̄ramus quemadmodū possumus quandam Trinitatis effigiem, & si nō exprexiorem, tñ for talis ad dignoscendū faciliorem. Neque.n.

I. Cor. 4.

frustra & iste homo dī, nisi quia inest ei nō nulla interioris similitudo, & illo ipso ordine conditionis nostræ quo mortales atq; carnales effecti sumus, facilius & quasi familiarius visibilia q̄ intelligibilia pertractamus. Cum ista sint exterius, illa interius, & ista sensu corporis sentiamus, illa mente intelligamus, nosq; ipsi animi non sensibiles sumus, i. corpora, fed intelligibles, qm̄ vita sumus: tñ vt dixi, tanta facta est in corporibus consuetudo, & ita in hæc miro modo relabes foras se nostra proiecit intentio, vt cum ab incerto corporum ablata fuerit, vt in spiritu multo certiore ac stabiliore cognitione figatur, refugiat ad ista, & ibi appetat quietem vnde traxit infirmitatem. Cuius ægritudini cōgruē dum est, vt si q̄n interiora spiritalia accōmodatius distinguere atq; facilius insinuare conanmur, de corporalibus exterioribus similitudinum documenta capiamus. Sensu igitur corporis exterior homo p̄ditus, sensit corpora, & iste sensus q̄ facile aduertitur quinquepertitus est, videndo, audiendo, olfactiendo, gustando, tangendo. Sed & multum est & non necessarium, vt omnes hos quinque sensus id quod quārimus interrogemus. Quod enim nobis unus eorum renunciat, et in ceteris valet. Itaque potissimum testimonio utamur oculorum. Is. n. sensus corporis maxime excellit, & est visioni mentis pro sui generis diuersitate vicinior. Cū igitur aliquod *Vestigiū* corpus videmus, hæc tria quod facillimum *Triadū* est consideranda sunt & diagnoscēda. Primo *omni-sen-* ipsa res quam videmus, siue lapidem, siue ali *su corpo-* quā flāmam, siue quid aliud q̄ videri oculis *rīs. c. 2.*

poteſt, q̄ vtiq; iam esse poterat, & antequam videretur. Deinde visio q̄ non erat priusquam rem illā obiectā sensui sentiremus. Tertio q̄ in ea re quæ videtur quādiu videtur sensum detinet oculorum, id est animi intētio. In his igitur tribus, non solum est manifesta distinctione, sed etiam discreta natura. Primū quippe illud corpus visible longe alterius naturæ est q̄ sensus oculorum, quo fibimet incidente fit visio. Ipsaq; visio quid aliud q̄ sensus ex ea re quæ sentitur informatus apparer? Quamvis re visibili detracta nulla sit, nec vlla omnino esse posset talis visio, si corpus non sit, quod videri queat. Nullo modo tamen eiusdem substātæ est corpus quo formatur sensus oculorum, cum idē corpus videtur,

detur, & ipsa forma q̄ ab eodē imprimitur sensui, quę visio vocatur. Corpus enim visū in sua natura separabile est: sensus autem qui iam erat in animante, eius priusquā videret quod videre posset cū in aliquid visible in-
 I cureret, vel visio quę fit in sensu ex visibili corpore cū iam cōiunctū est & videtur. Sen-
 sus ergo vel visio, idest, sensus formatus ex-
 trinsecus, ad animantis naturam pertinet om-
 nino aliam q̄ est illud corpus quod videndo sentimus. quo sensus non ita formatur vt sen-
 sus fit, sed vt visio fit. Nam sensus & ante ob-
 jectum rei visibilis nisi esset in nobis, nō di-
 staremus à cęcī, dū nihil videmus siue in te-
 nebris, siue clausis luminibus. Hoc autē dista-
 mus, qđ nobis inest & non videntibus quo
 videre possimus qui sensus vocatur, illis ve-
 ro non inest. Nec aliunde nisi quod eo carēt
 cęcī appellantur. Itemq; illa animi intentio
 quę in ea te quā videmus sensum tenet atq;
 vtrunq; coniungit, non tantū ab ea re visibi-
 li natura differt, quandoquidem iste animus
 illud corpus est, sed ab ipso quoq; sensu atq;
 visione, quoniā solius animi est hęc inten-
 tio: Sensus autem oculorum nō ob aliud sen-
 sus corporis dicitur, nisi quia & ipsi oculi
 membra sunt corporis. Et quamuis nō sen-
 tiat corpus exanime, anima tamen commix-
 ta corpori per instrumentū sentit corporeū,
 & idem instrumentum sensus vocatur. Qui
 etiam passione corporis cum quisq; excęda-
 tur interceptus extinguitur, cum idē maneat
 animus, & eius intentio, luminibus amissis,
 non habeat quidem sensum corporis quem
 K videndo extrinsecus corpori adiungat, atq;
 in eo viso figat aspectū, visu tñ ipso indicet
 se ademptio corporis sensu, nec perire potuif-
 se, nec minui. Manet enim quidam videndi
 appetitus integrér, siue id possit fieri, siue nō
 possit. Hęc igitur tria corpus quod videā,
 & ipsa visio, & quę vtrunq; coniungit inten-
 tio, manifesta sunt ad dignoscendū, non solū
 propter propria singulorū, verumetā pro-
 pter differentiā naturarū. Atq; in his cū sen-
 sus non procedat ex corpore illo quod vi-
 detur, sed ex corpore sentientis animantis,
 cui anima suo quodam miro modo cōtem-
 peratur, tamen ex corpore quod videtur gi-
 ginitur visio, idest sensus ipse formatur: vt iā
 non tantum sensus qui etiam in tenebris es-
 se integer potest, dum est incolumentas oculo
 rū, sed etiam sensus informatus fit, q̄ visio vo-
 catur. Gignitur ergo ex re visibili visio, sed
 non ex sola, nisi asfit & videns. Quocirca ex
 visibili &idente gignitur visio, ita sanè vt
 exidente sit sensus oculorū, & aspicientis
 atq; intuentis intentio, Illa tamen informa-
 tio sensus, quę visio dicitur à solo imprima-
 tur corpore quod videtur, idest, à re aliqua
 visibili: qua detracta, nulla remanet forma
 quę inerat sensui, dū adesset illud, quod vi-
 debatur: sensus tamen ipse remanet qui erat
 & priusquā aliquid sentiretur: velut in aqua
 vestigium tandiu est, donec ipsum corpus qđ
 itip rimiē inest: quo ablato nullū erit, cū re
 maneat aqua quę erat, & antequam illā for-
 man corporis caperet. Ideoq; nō possumus
 quidē dicere quod sensum gignat res visibi-
 lis, gignit tamē formam velut similitudinem
 suā, quę fit in sensu, cū aliquid videndo senti-
 mus. Sed corporis formā qua videm⁹, & for-
 ma quę ab illa in sensu vidētis fit per eundē
 sensum, non discernimus, quoniā tanta cō-
 iunctio est, vt non pateat discernēdi locus.
 Sed ratione colligimus nequaq; non potuif-
 se sentire, nisi fieret in sensu nostro aliqua si-
 militudo conspecti corporis. Neq; enim cū
 annulus cerę imprimitur, ideo nulla imago
 facta est, quia non discernitur, nisi cū fuerit
 separata. Sed quoniā post ceram separatam
 manet quod factū est vt videri possit, propte-
 rea facile persuadetur, q̄ inerat iā cerę for-
 ma impressa ex annulo, & antequā ab illa se
 pararet. Si autē liquido humori adiungereſ
 annulus, eo detracto nihil imaginis appare-
 ret. Nec ideo tamē discernere ratio nō debe-
 ret, fuisse in illo humore antequā detrahēre
 tur, annuli formā factā ex annulo, quę di-
 stinguenda est ab ea forma quę in annulo
 est, vnde ista facta est, quę detracto annulo
 non erit, quamuis illa in annulo maneat vñ
 de ista facta est. Sic sensus oculorū, nō ideo
 non habet imaginem corporis quod videatur
 quandiu videtur, q̄a eo detracto non rema-
 net. Ac per hoc tardioribus ingenij, difficil
 lime p̄suaderi pōt, formari in sensu nostro
 imaginē rei visibilis, cū eā videmus, & ean-
 dē formā esse visionē. Sed qui forte aduer-
 rent quod cōmemorabo, nō ita in hac inqui-
 sitione laborabunt. Plerunq; cū diu scule at-
 tēderimus quęq; luminaria, & inde oculos
 clauferimus, quasi versant in cōspectu qui-
 dam

DE TRINITATE

dam lucidi colores varie sese commutantes, & minus minusq; fulgentes donec omnino desistant. Quas intelligendū est reliquias esse formæ illiusq; facta erat in sensu, cū corpus lucidū videretur paulatimq; & quodammodo gradatim deficiendo variari. Nā & inser tarum fenestrarum cācelli, si eos forte intue bamur, sepe in illis apparuere coloribus ut manifestum sit hanc effectiōnē nostro sensui ex ea re quæ videbāt impressam. Erat ergo ēt cū videremus, & illa erat clarior & expre sior sed multū coniuncta cū specie ei rei eius quæ cernebatur, vt discerni omnino nō pos set & ipsa erat visio. Quinetiam cū lucernæ flamma modo quodā diuariatis radijs ocu

Infra eo-
dē.c. 1.

A Iorū quasi geminatur, duæ visiones fiunt, cū sit res vna quæ videtur. Sigillatim quippe af ficiūt iijdem radij de suo quisq; oculo emi cantes, dum nō sinuntur in illud corpus in tuendū pariter coniuncte q; cōcurrere, vt vnu oculum clauerimus, non geminum ignem, sed sicuti est vnum videbimus. Cui aut finistro clauso illa species d̄finita videri q; ad dex trū erat, viciissimq; dextro clauso illa inter moritur q; ad sinistrū erat, & longū est & rei presenti nō necessariū modo querere atque differere. Quod. n. ad suscep̄tā q̄stionē satis est, nisi fieret in sensu nostro quēdā imago simillima rei eius quam cernimus, non secundū oculorū numerū flamme species ge minaretur, cū quidā cernendi modus adhibitus fuerit, q; possit concursum separare radiorū. Ex uno q̄ppe oculo quolibet mō de ducto aut impresso aut intorto, si alter clausus est dupliciter videri aliquid quod sit vnu nullo pācto potest. Quæ cū ita sint, tria hæc quāuis diuerſa natura quēadmodū in quan dam vnitatē cōtemperētur meminerimus; i. species corporis quæ videtur, & impressa eius imago sensui quod est visio, sensusve for

B matus, & voluntas animi quæ rei sensibili sen sum admouet, in eoq; ipsam visionē tenet. Horū primū. i. res ipsa visibilis nō pertinet ad animatis naturā, nisi cū corpus nostrū cer nimus. Alterum autē ita pertinet, vt & in cor pore fiat, & per corpus in anima: sit enim in sensu, qui neq; sine corpore est, neq; sine anima. Tertiū vero solius anima: est, quia voluntas est. Cum igitur horum trium tam diuersē substatiæ sint, tñ in tātam coeunt vni-

tatem, vt duo propria vix intercedētē iudice ratione discerni valeāt, speciēs videlicet cor poris quod videatur, & imago eius quæ fit in sensu. i. visio: Voluntas autē tantā vim habet copulandi hæc duo. vt & sensum formandū admoueat ei rei quæ cernitur, & in ea forma tū teneat. Et si tam violenta est vt pos̄it voca ri amor, aut cupiditas, aut libido, etiam cōte rum corpus animantis vehementer afficit. Et vbi nō resūtit pigrior, duriorq; materies, in similem speciē coloremq; cōmutat: licet videre corpusculū chamæleontis, ad colo res quos videt facillima conuersione varia ri. Aliorū autē animaliū quia non est ad con chame. tationē facilis corpulentia, fētus plerūq; produnt libidines matrū, cū quid magna de lectiōne conspexerint. Quam enim tene riōra atq; vt ita dixerūt, formabiliora sunt primordia seminum, tam efficaciter & capa citer sequuntur intētōnē maternæ animē, & quæ in ea facta est phantasiā, per corpus quod cupide aspexit. Sunt exempla quæ cō piose cōmemorari possint, sed vnu sufficit de fidelissimis librīs, qđ fecit Iacob vt oues & caprē varios coloribus parerent, supponendo eis variata virgulta in canalib. aqua rū, quæ potentes intuerentur eo tēpore quo conceperant. Sed anima rationalis deformiter viuit, cū secundū Trinitatē exterioris homi nis viuit, i. cū ea quæ forinsecus sensum corporis formant, nō laudabile voluntatem qua hæc ad vtile aliiquid referat, sed turpē cupidi tatē quæ his inhārescat accōmodat. Quia etē detrac̄ta specie corporis q; corporaliter sétie bat, remanet in memoria similitudo ei⁹, quo rursus voluntas conuertat aciem vt inde for metur in trinsecus, sicut ex corpore obiecto sensibili sensus extrinsecus formabatur. Atq; ita fit illa Trinitas ex memoria & interna vi sione, & quæ vtrunq; copulat voluntate, quæ tria in vnu coguntur, ab ipso coactu cogita tio. dī. Nec in his rebus, diuerſa substantia est. Neq; n. aut corpus illud sensibile ibi est quod omnino discretum est ab animatis na tura, aut sensus corporis ibi formatur vt fiat visio, aut ipsa voluntas id agit vt formandum sensum sensibili corpori admoueat, in eoq; formatum detineat: sed pro illa specie cor poris q; videbatur extrinsecus, succedit me moria retinens illē speciē quā per corporis sensum cōbabit anima: proq; illa visione q; foris

*Cen. 30.**2. Rein.**ca. 25. 6**26.**Triū mi tas in sen triū mi tas in sen triū mi tas in sen**fū. c. 3.**Qđo fit hec vni tas in sen triū mi tas in sen triū mi tas in sen**ac. 4.**F sensi aci int tan lis sce de int*

foris erat cū sensus ex corpore visibili formaretur, succedit intus similis visio, cū ex eo q̄ memoria tenet formatur acies animi & ab sensu corpora cogitantur: voluntasque ipsa q̄uo foris corpori obiecto sformandū sensu admouebat, formatumq; iungebat, sic aciem recordantis animi conuerterit ad memoriam, vt ex eo q̄ illa retinuit, ista formetur, & sit in cogitatione similis visio. Sicut autē ratione discernebatur species uisibilis, qua sensus corporis formabatur, & eius similitudo q̄ fiebat in sensu formato, ut esset uisio, alioquin ita erant cōiunctae, ut omnino una eademq; putaretur: sic illa phantasia cum animus cogitat speciem, nisi corporis, cū constet ex corporis similitudine, quā memoria tenerit, & ex ea que inde formatur in acie recordatis animi, tñ sic vna & singularis appetet, vt duo quædā esse non inueniātur, nisi iudicante rōne: qua intelligimus aliud esse illud, q̄ in memoria manet et cum aliud cogitamus, & aliud fieri cū recordamur, i.ad memoriam redimus, & illuc inuenimus eandē speciem. Que si ī ibi non esset, ita oblitos non esse diceremus ut omnino recolere non possemus. Si autem acies recordantis non formaretur ex ea re q̄ erat in memoria nullo modo fieret uisio cogitantis: sed utriusq; cōiunctio, i.eius quam memoria tenerit, & eius q̄ inde exprimitur, ut formetur acies recordantis, quia simillimæ sunt, ueluti unā facit apparere. Cum aut cogitatis acies auerterit, atq; id q̄ in memoria cernebatur desisterit intueri, nihil forme q̄ impressa erat in eadē acie remanebit. Atque inde formabitur quo rursus conuersa fuerit vt alia cogitatio fiat. Manet tñ illud, q̄ reliquit in memoria, & quo rursus cū id recordamur conuerterat & conuersa formet, atque vnum cū eo fiat unde formatur. Voluntas uero illa qua hac atque illac fert & refert aciem formandā cōiungiūtq; formatam, si ad interiorephantasiā tota confluxerit, atq; à presentia corporum quæ circumiacet sensib. atq; ab ipsis sensibus corporis, animi aciem omnino auerterit, atque ad eam quæ intus cernitur imaginē penitus conuerterit, tanta offendit. similitudo speciei corporalis expressa ex memoria, ut nec ipsa ratio discernere finatur utrum foris corpus ipsum uideatur, an intus tale aliquid cogiteatur. Nam interdū homines nimia cogitatione rerū uisi bilium uel illecti uel territi, et eiusmodi re-pente uoces ediderūt, quasi re uera in medijs talib. actionibus sive passionib. uerfarentur. Et memini me audisse à quodā q̄ tam expressam & quasi solidā speciem fēminei corporis in cogitādo cernere soleret, ut ei se quasi misceri sentiens, et genitalibus fluere. Tm G habet uirium anima in corpus suū, & tantū ualeat ad indumenti qualitatē uertendam atq; mutandam, q̄uo homo afficiatur indutus qui coheret indumento suo. Ex eodem genere affectionis et illud est q̄ in somnis per imagines illudimur. Sed plurimum differt, utrum sopitis sensibus corporis, sicuti sunt dormietium, aut ab interiore cōpage turbatis, sicuti sunt furentiū, aut alio quodāmodo alienatis, sicuti sunt diuinantium, vel prophetantiū animi intentio quadā necessitate incurrit in eas quæ occurruunt imagines, sive ex memoria, sive alia aliqua occulta ui, per quasdam spiritales mixtuas similiter spiritalis substantiae, an sicut sanis atq; uigilantibus interdum contingit, ut cogitatione occupata uoluntas se auerterat a sensibus, atque ita formet animi aciem uarijs imaginib. sensibilium rerum, tā quam ipsa sensibilia sentiantur. Non tantum autem cum appetendo in talia uoluntas intēditur, sunt iste impressiones imaginum, sed etiam cū deuictandi & cauendi causa rapitur animus in ea contuenda quæ fugiat. Vnde nō solum cupiendo, sed et metuendo, inserunt uel sensus ipsis sensibilibus, uel acies animi formanda imaginib. sensibiliū. Ita aut metus aut cupiditas, quanto uehementior fuerit, tanto expressius formatur acies, sive sentientis ex corpore q̄ in loco adiacet, sive cogitantis ex imagine corporis, quæ memoria continetur. Quod ergo est ad corporis sensuum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria: & q̄ est affectus uoluntatis ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur, hoc est uisio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutā, ex qua formatur acies animi: & q̄ est intentio uoluntatis ad corpus uisū, uisionemq; copulandam, ut fiat ibi quædam unitas tristis, quāvis eorum sit diversa natura, hoc est eadē uoluntatis intentio ad copulandam imaginē corporis quæ est in memoria, & visionē cogitantis, i.formam quam ceperit acies animi rediēs ad memoriam: ut fiat & hic quædam

Q̄o sit
 hac vni
 tas uero illa qua hac atque illac fert & refert
 tunc 4.

aciem formandā cōiungiūtq; formatam, si
 ad interiorephantasiā tota confluxerit,
 atq; à presentia corporum quæ circumiacet
 sensib. atq; ab ipsis sensibus corporis, animi
 aciem omnino auerterit, atque ad eam quæ
 intus cernitur imaginē penitus conuerterit,
 tanta offendit. similitudo speciei corporali-
 lis expressa ex memoria, ut nec ipsa ratio
 discernere finatur utrum foris corpus ipsum
 uideatur, an intus tale aliquid cogiteatur. Nam
 interdū homines nimia cogitatione rerū uisi-

DE TRINITATE

quædam unitas ex tribus, non iā naturæ diuersitate discretis, sed vnus eiusdemq; substantiæ, quia hoc totū intus est, & totū unus animus. Sicut autem cum forma & species corporis interierit, nō potest ad eā voluntas sensum reuocare cernentis: ita cum imago quā memoria gerit obliuione deleta est, non erit quo aciem animi formandā voluntas recordando retorqueat.

In boni tantum imago Trinitatis. c. 5. Sed quia præualeat animus non solū obliteratur, verumēt nō sensu nec experientia configere, ea quā non exciderunt, augendo, minuendo, cōmutando, & pro arbitrio componendo, sēpe imaginatur quasi ita aliquid sit, q; aut scit non ita esse, aut nescit ita esse. In quo genere caudū est, ne aut mentiatur ut decipiat, aut opinetur ut decipiatur. Quibus duobus malis euitatis nihil ei obsūt imaginata phantasmata: sicut nihil obsunt excepta sensibilia, & retenta memoriter, si neq; cupide appetantur si iuuant, neque turpiter fugiantur si offendunt. Cum autem in his voluntas relictis melioribus auida volutatur, immunda fit, atque ita & cū assunt perniciose, & cum absunt perniciosius cogitat. Male ita-

I que viuitur, & deformiter secundum Trinitatem hominis exterioris: quia & illam Trinitatem, quā licet interius imaginetur, exterior tñ imaginatur, sensibiliū corporaliumq; vtendorū causa peperit: Nullus. n. eis vti posset etiā bene, nisi sensarum rerum imagines memoria tenerentur, & nisi pars maxima voluntatis in superioribus atque inferiorib. habebit. eaq; ipsa quā comodatur, siue foris corporibus, siue intus imaginibus eorū, nisi quicquid in eis capit ad melioremq; vitam referat, atq; in eo fine cuius intuitu hēc agenda iudicat acquiescat, quid aliud facimus, nisi q; nos Apostolus facere prohibet, dicens.

Rom. 12. Nolite conformari huic seculo: quapropter non est ista Trinitas imago Dei. Ex ultima quippe, idest, corporea creatura, qua superior est anima, in ipsa anima fit per sensum corporis, nec tñ est omnino dissimilis. Quid

Ecclesiast. 39. enim non pro tuo genere ac pro suo modu-
lo habet similitudinem Dei, quandoquidem Deus fecit omnia bona valde, non ob aliud

K nisi quia ipsa summe bonus est? In quantum ergo bonum est quicquid est, in tantum scilicet quamvis longe distarem, habet tñ non nullam similitudinem summum boni: & si naturalem utique rectam & ordinatā, si autem

vitosam, utique turpem atq; peruersam. Nā & animæ in ipsis peccatis suis non nisi quan- dam similitudinem Dei, superba & præpostera, & ut ita dicam, seruili libertate secessantur. Ita nec primis parentibus nostris persuaderi peccatum posset, nihilo diceretur. Eritis sicut dīj. Nō sanè omne quod in creaturis aliquo modo simile est Deo, et eius imago dicenda est, sed illa sola, qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo proflus exprimitur inter quam & ipsum nulla interiecta natura est. Vi-

sonis igitur illius, idest, formæ quā fit in sensu cernentis, quasi parentes est forma corporis ex qua fit. Sed parentes illa non vera, unde nec ista vera proles est. Neque. n. omnino inde gignitur, qm̄ aliud adhibetur corpori, ut ex illo formetur, idest sensus videntis. Quocirca id amare, alienari est. Itaque voluntas quā v-

trunque coniungit quasi parentem & quasi prolem, magis spiritalis est q; vtrumlibet il-

lorum. Nā corpus illud quod cernitur, omnino spiritale non est. Visio vero quā fit in sensu habet admixtum aliquid spiritale, quia sine anima fieri non potest. Sed non totū ita est, quoniam ille qui formatur corporis sensus est. Voluntas ergo quā vtrunque coniungit, magis, ut dixi, spiritalis agnoscitur, & id-
2. Retra. cap. 15.

eo tanquam personam spiritus insinuare incipit in illa Trinitate. Sed magis pertinet ad sensum formatum, q; ad illud corpus unde formatur. Sensus. n. animantis & voluntas ani- mæ est, non lapidis aut alicuius corporis. q; videtur. Non ergo ab illo quasi parente procedit. Sed nec ab ista quasi prole, hoc est visione ac forma quā in sensu est. Prius. n. quā visio fieret, iam erat voluntas, quā formandum sensum cernendo corpori admouit, sed nondū erat placitum. Quo. n. placaret q; nondum erat visum? Placitum autem quia & voluntas est. Ideoq; nec quasi prolem visionis possimus dicere voluntatem, quia erat ante visionem, nec quasi parentem, quia nō ex voluntate, sed ex viso corpore formatæ & ex pressæ est: finē fortasse voluntatis & requiem possimus rectè dicere visionem, ad hoc dūtaxat vnum, s. videndum corpus. Neque. n.

propterea nihil aliud volet, quia videt ali- quid quod volebat. Non itaque omnino ipsa voluntas hominis cuius finis non est ni- fi beatitudo, sed ad hoc vnum interim scili- cet subiectum voluntas videndi finem non
Trinitatis vestigii in me moria. Cap. 7.
habet

1. sen. di.
queritur
virū ter-
tio.

38. c. sed

queritur

1. sen. di.
queritur
virū ter-
tio.

1. sen. di.

38. c. sed

queritur

virū oī.

Mat. 8.

Efa. 5.

B

pinus me-
dius supre-
mo asti-
mauit.

habet nisi visionē, siue id referat ad aliud, siue nō referat. Si enim nō referat ad aliud visionē, sed tantū voluit ut videret; nō est disputādū quō ostēdatur finē voluntatis esse visionē, manifestū est. n. Si aut̄ referat ad aliud, vult ut que aliud, nec iā videndi voluntas erit. Aut si vidēdi, nō hoc videndi, sed aliud tāquā si ve
lit quisq; videre cicatricem, vt inde doceat vulnus fuisse; aut si velit videre fenestrā, vt p
fenestrā videat transeuntes: oēs ista atq; alia tales voluntates, suos prius fines habent, q; re
feruntur ad finē illius voluntatis qua volum
beate vivere, & ad eā peruenire vitā qua nō referatur ad aliud, sed amāti per seipsum sufficiat. Voluntas ergo videndi, finē habet visionē: & voluntas hanc rem videndi finē habet huius rei visionē. Voluntas itaq; videndi cicatricē, finē suū expedit, hoc est visionē cicatricis, & ad eā vltra nō pertinet. Voluntas enim probādi vulnus fuisse, alia voluntas est, quanuis ex illa religeretur, cuius itē finis est probatio vulneris. Et voluntas videndi fene
strā, finē habet fenestrę visionē. Altera est. n. qua ex ista neētit voluntas, per fenestrā vi
dendi transeuntes, cuius itē finis est visio trā
seuntium. Recte aut̄ sunt voluntates oēs sibi
met religatę, si bona est illa quo referuntur: si
aut̄ prava est, prava sunt oēs. Et ideo recta
rum voluntatum connexio iter est quoddā
ascendentū ad beatitudinem, quod certis ue
lut passibus agitur. Prauarum autē atq; distor
tarū uolūtū implicatio, uinculum est quo
alligabitur qui hoc agit, ut projiciatur in te
nebras extēiores. Beatiego qui factis & mo
ribus cantant canticū graduum. Et uae ijs qui
B trahunt peccata, sicut restem longam. Sic est
autem requies uoluntatis quē dicimus finē,
si adhuc refertur ad aliud, quemadmodum
possimus dicere requiem pedis esse in ambulando,
cum ponitur unde alius innitatur,
quo passibus pergitur. Si autem aliquid ita
placeat, ut in eo cū aliqua delectatione volū
tas acquiescat, nondum est tamen illud quo
tenditur, sed & hoc refertur ad aliud, vt de
putetur non tanquam patria ciuis, sed tan
quā refectione, vel etiam mēsio uiatoris. Iam
uero in alia Trinitate interiorē quidam q; est
ista in sensibilius & sensib⁹, sed tamen quē
inde concepta est, cum iam non ex corpo
re sensus corporis, sed ex memoria formatur
acies animi, cū in ipsa memoria species

2. sen. di.
3. 8. c. sed
queritur

1. sen. di.
queritur
vīrū ter
tio.

Mat. 8.
Ez. 5.

Trinita
tis resti
giū in me
moria.

Cap. 7.

Gen. 3.

L

2. Retra
cap. 15.

M

Fines me
di & supre
mo effi
ciuntur.

inhēserit corporis qđ forinsecus sensimus,
illā specie quā in memoria est, quasi paren
tē dicimus eius quā sit in phantasia cogitan
tis. Erat enim in memoria, & priusquā cogi
taretur à nobis: sicut erat corpus in loco, &
priusquā sentire ut uisio fieret. Sed cū cor
pus cogitatur, ex illa quā memoria tener ex
primitur in acie cogitantis & reminiscendo
formatur ea species, quā quasi proles est ei
us quā memoria tenet. Sed neq; illa uera
parens, neq; ista uera proles est, Acies quip
pe animi quā formatur ex memoria cū re
cordādo aliquid cogitemus, nō ex ea specie
procedit quā meminimus uisam, quandoq;
de eorū meminisse non possemus nisi uidis
semus. Acies autē animi quā reminiscendo
formatur erat etiam priusquā corpus quod
meminimus uideremus, quanto magis prius
quā id memoriae mādaremus? Quāquā itaq;
forma quā sit in acie recordantis, ex ea fiat q
inest memorię, ipsa tñ acies non inde existit
sed erat ante istā. Consequens est aut̄ vt si nō
est illa uera parens, nec ista uera sit proles.
Sed & illa quasi parens, & ista quasi proles:
aliquid insinuat, unde interiora atq; ueriora
exercitatiū certiusq; uideantur. Difficilius
iā plenē discernit utrū uoluntas quā me
morię copulatur uisionē, non sit alicuius eo
rū siue parens siue proles: & hanc discretionis
difficultatē facit eiusdē naturę atque substā
tiae parilitas & æqualitas. Neq; enim sicut fo
ris facile discernebatur forma sensus à sen
sibili corpore, & voluntas ab utroq; propter
natura diueritatē quā inest ab inuicē omni
bus tribus, de qua satis supra differuimus ita
& hic potest. Quāvis enim hæc Trinitas de
qua nunc queritur forinsecus inuecta est a
nimo, intus tñ agitur, & nō est quicquā eius
prater ipsius animi naturā. Quo igitur pacto
demonstrati potest uolūtā, nec quasi pare
ntē, nec quasi prole esse siue corporeæ simili
tudinis q; memoria cōtinetur, siue eius quā
inde cū recordamur exprimitur, qn utrunq;
in cogitando ita copulat, ut tanquam unum
singulariter appareat, & discerni ratione nō
possit. Atq; illud primū uideindū est, nō esse
posse uolūtā reminiscendi, nisi uel totum,
uel aliqd rei eius quā reminisci nolumus, in
penetalibus memorię teneamus. Quod. n.
omnimodo & omni ex parte oblii fuerim⁹
nec reminiscendi uoluntas exoritur, quo
o
niana

DE TRINITATE

niām quicquid recordari volumus recordatiā sumus in memoria nostra esse vel suisse. Verbi gratia, Si recordari volo quid heri cēnauerim, aut recordatus iam sum cēnasse me: aut si & hoc nondū, certe circa ipsum tēpus aliquid recordatus sum, si nihil aliud ipsum saltē hēternū dīc & eius ēā parē qua cēnari solet, & qđ sit cēnare. Nā si nihil tale recordatus essem, quid heri cēnauerim, recordari velle nō possem. Vnde intelligi pōt voluntatē reminiscēdi ab ijs, quidē rebus quā memoria cōtinētur pcedere adiunctis simul eis quā inde per recordationē cernendo ex primuntur, idest, ex copulatione rei cuiusdā quā recordati sumus, & visionis quā inde facta est in acie cogitantis cū recordati sumus. Sed ipsā qđ vtrung; copulat voluntas, requirit & aliud quod quasi vicinū est atq; contiguū recordanti. Totigitur huius generis trinitates, quot recordationes, quia nulla est earū vbi non hēc tria sunt, illud quo d in memoria reconditū est etiā antequā cogitur, & illud quod fit in cogitatione cū cernitur, & voluntas vtrung; coniungens, & ex vtrōq; ac tercia seip̄sa vnu aliiquid cōplens. An potius ita cognoscitur vna quādā in hoc genere trinitas, vt vnō aliiquid generaliter dicamus quicquid corporalū specierū in memoria latet, & rursus vnu aliiquid generalem visionē animi talia recordantis atq; cogitatis, quorū duorū copulationi tercia cōiungiatur copulatrix voluntas, vt sit hoc totū vnu quiddā ex quibusdā tribus. Sed quoniā non potest acies animi simul omnia quā memoria tenet vno aspectū contueri, alternat vici sim cedendo ac succedendo trinitates cogitationū, atq; ita fit ista innumerabiliter numerosissima trinitas, nec tñ infinita si numerus in memoria recōditarū rerum nō excedatur. Ex quo enim cepit vnu quisq; sentire corpora quolibet corporis sensu, etiā si posset adiungere quā oblitus est, certus ac determinatus profēto numerus foret, quāuis innumerabilis. Dicimus enim innumerabilia, nō solum infinita, sed etiā quae ita finita sunt vt facultatē numeratī excedat. Sed hinc aduerti ali quāto manifestius potest, aliud esse quod recorditū memoria tener, & aliud quod inde ī cogitatione recordatis exprimitur, quamuis cum sit vtriusq; copulatio, vnu idemque videatur. Quia meminisse nō possumus corpo

Varia cogitandi.
rō. ca. 8.

F

rum species, nisi tot quāt sensimus & quantas sensimus, & sicut sensimus: ex corporis enim sensu eas in memoriam combibit animus. Visiones autē illae cogitationū ex ijs quādem rebus quā sunt in memoria, sed tamen innumerabiliter atq; omnino infinite multiplicātur atq; variantur. Vnum quippe solē memini, quia sicuti est vnum vidi. Si voluerō autem diuos cogito vel tres, vel quoquot volo, sed ex eadem memoria qua vnum memini, formatur acies multos cogitantis. Et tantū memini quantū vidi. Si enim maiore vel minorē memini quā vidi, nā non memini p̄ vidi, & ideo nec memini. Quia vero memini, tñ memini quantū vidi, vel maiorem tamē p̄ voluntate cogito, vel minorē. Et ita memini vt vidi. Cogito autē sicut volo currētem, & vbi volo stantē, vnde volo & quo volo venientem. Quadrū etiam mihi cogitare, in promptu est, cū meminerim rotundā & cuiuslibet coloris, cum sole viridē nunquam viderim, & ideo nec meminerim. Atque vt solem, ita cetera. Hē autē rerum forma quoniā corporales atq; sensibiles sunt, errat quidē animus cū eas opinatur eo modo foris esse quā intus cogitat, vel cū iam in terierunt foris & adhuc ī memoria retinetur, vel cū aliter etiam quod meminimus, nō recordandi fide, sed cogitandi varietate format. Quanquā sepissime credamus etiam vera narratibus, quā ipsi sensibus perceperūt. Quā cum in ipso auditu quando narratur cogitamus, non videtur ēd memoriana retorqueri acies visionis cogitatiū: neque enim ea nobis recordantibus, sed alio narrante cogitamus: atq; illa trinitas non hic videatur expleri, quā fit cū species in memoria latens & visio recordantis tercia volūtate copulantur. Non enim quod lacerbat in memoria mea, sed quod audio cogito cum aliiquid mihi narratur. Nō ipsas voces loquentis dico, ne quisquā putet in illam me exisse trinitatem, quā foris in sensibilibus & in sensibus agitur, sed eas cogito corporū species, quas narrans verbis sonisq; significat, quas vtrōq; non reminiscens, sed audiens cogito. Sed si diligentius cōsideremus, nec tunc exceditur memoriq; modus. Neq; enim vel intelligere possem narrantē, si ea quā dicit, & si cōtexatū primū audirem, non tamen generaliter singula mominiſsem. Qui enim mihi nar-

rat, uerbi gratia aliquē montem sylua exutū
 & oleis indutum, ei narrat qui meminerim
 species & montiū & syluarū, quas si oblitus
 essem, quid diceret omnino nescire, & ideo
 narrationē illā cogitare nō possem. Ita fit ut
 omnis qui corporalia cogitat, siue ipse aliud
 cōfingat, siue audiat, aut legat, p̄terita narran-
 tē, vel futura prænunciantē, ad memoriam suā
 recurrit, & ibi reperiāt modū atq; mensurā
 omniū formarū quas cogitans intuetur. Nā
 neq; colorē nunquā uidit neq; figurā cor-
 poris, nec sonū quem nunq; audiuit, nec sa-
 porē quē nunquam gustauit, nec odorē quē
 nunquam olfecit, nec vllam contrectationē
 corporis quā nunquā sensit potest quisquam
 omnino cogitare. At si propterea nemo ali-
 quid corporale cogitat nisi quod sensit, quia
 nemo meminit corporale aliquid nisi quod
 sensit, sicut in corporalibus sentiendi, sic in
 memoria est cogitandi modus. Sensus enim
 accipit speciē ab eo corpore quod sentim⁹,
 & à sensu memoria, à memoria vero acies
 cogitatis. Voluntas porro sicut adiungit sen-
 sum corpori, sic memoriam sensu, sic cogi-
 tantis acie memorię. Que autem conciliat
 ista atq; coniungit, ipsa etiā disiungit, ac se-
 parat, id est uoluntas. Sed à sentiēdis corpori
 bus motu corporis separat corporis sensus,
 ne aliquid sentiamus, aut sentire desinamus;
 veluti cū oculos ab eo qđ videre nolumus
 auertimus uel claudimus: sic aures à sonis,
 sic narres ab odoribus. Ita etiam uel os clau-
 dēdo, uel aliquid ex ore respondo à saporī
 bus auersamur. In tactu quoq; vel subtrahim⁹
 mus corpus ne tangamus quod nolumus, uel
 si jā tangamus abiecimus aut repellimus. Ita
 motu corporis agit uoluntas, ne sensus cor-
 poris rebus sensibiliibus copulef. Et agit hoc
 quantū potest. nam cum in hac actione pro-
 pter conditionem seruīlis mortalitatis diffi-
 cultatē patitur, cruciatus est consequens, ut
 uoluntati nihil reliqui fiat nisi toleratia. Me-
 motiā uero à sensu uoluntas auertit, cū i aliud
 intēta non ei finit inhærere præsentia. Quod
 animaduertere facile est, cū ſepe coram lo-
 quētē nobis aliquē illud cogitando nō au-
 diſſe nobis videmur. Falsum est autē, audiui-
 mus, n. sed non meminimus, subinde per an-
 rum sensum labentibus uocibus, alienato
 nutu voluntatis, per quē solent infigi memo-
 rie: uerius itaque dixerimus cū tale aliquid
 accidit, non meminimus, quam non audiui-
 mus. Nā & legētibus euēnit & nūhi ſepiſſi-
 me, ut perfecta pagina uel epifola, nesciam
 quid legerim, & repetā. In aliud quippe intē-
 to nutu uoluntatis, non sic est adhibita me-
 moria ſenſu corporis, quomodo ipſe ſenſu
 ſuſ adhibitus eft literis. Ita & ambulātes in-
 tēta in aliud uolūtate: nesciūt qua trāſierint:
 q; si non uidissent, non ambulassent, aut ma-
 iore intētione palpādo ambulassent, praefer-
 tūt si per incognita pergerēt, ſed quia facile
 ambulauerūt, utiq; uiderūt. Qui uero nō ſi-
 cut ſenſu oculorū locis quacū q; pergebat,
 ita ipſi ſenſu memoria iūgebatur, nullo mō
 id quod uiderunt ē recentissimū meminisse
 potuerūt. Iā porto ab eo quod in memoria
 eft, animi acie uelle auertere, nihil eft aliud
 quam non inde cogitare. In hac igitur distri-
 butione cū incipiūt à ſpecie corporis, &
 peruenimus uisq; ad ſpeciē, que fit in cōtui-
 tu cogitantis, quatuor ſpecies reperiunt que
 ſi gradatim natā altera ex altera. Secunda de
 prima, tercia de ſecūda, quarta d' tertia. A ſpe-
 cie quippe corporis quod cernit, ex orīt
 ea qđ fit in ſenſu cernentis, & ab hac ea qđ
 fit in memoria, & ab hac ea qđ fit in acie
 cogitantis. Quapropter uoluntas quaſi parē-
 tem cū prole ter copulat. Primo ſpeciē cor-
 poris cū ea quā gignit in corporis ſenſu. &
 ipſam rursus cū ea qđ fit ex illa in memoria,
 atq; iſtā quoq; tertio cū ea qđ ex illa patēt in
 cogitatis intētu. Sed media copula que ſe-
 cūda eft, cū ſit uicinior, non tā ſimilis eft pri-
 mæ qđ tertia: uifionē enim duæ ſunt, una ſen-
 tientis, altera cogitatis. Ut aut poſſit eē uifio
 cogitatis, ideo fit in memoria de uifione ſen-
 tiētis ſimile aliquid, quo ſe ita cōuerterat in co-
 gitādo acies animi, ſicut ſe in cernēdo cōuer-
 terat ad corpus acies oculorū: propterea duas
 in hoc genere Trinitates uolui, cōmendare;
 vñā cū uifio ſentientis ſormatur ex corpore
 alā cū uifio cogitantis ſorma ex memoria.
 Media uero uolui, quia ibi nō ſolet uifio di-
 ci, cū memorię cōmendatur forma, qđ fit in
 ſenſu cernētis. Vbi tñ uolūtas nō apparet niſi
 copulatrix quaſi parentis & prolis. Et ideo
 undecunq; procedat, nec parēs nec ples di-
 ci pōt. At n. niſi meminimus niſi quod ſenſi
 mus, neq; cogitamus niſi quod meminimus
 cur plerūq; falſa cogitamus, cū ea que ſenſi-
 mus non utique falſo meminimus: niſi

Species à
 ſpecie ri-
 cificim gi-
 gnitur.
 Cap. 9.

Et iā no
 vifis ac
 dit ma
 ginatio

DE TRINITATE

que in aliis videtur vidi. quia voluntas illa q̄ coniunctricē ac separatricē huiuscmodi rerū iā quantum potuit demonstrare curauit, formādā cęgitatis aciē per abscondita memorię ducit ut libitū est, & ad cogitāda ea q̄q̄ nō meminimus, ex eis quæ meminimus, aliud hinc aliud inde, ut suam impellit: q̄q̄ in vnam visionem coenit faciunt aliquid quod ideo falsum dicitur, quia vel non est foris in rerū corporearū natura, vel non de memoria videtur expressum cum tale nihil nos sensisse meminimus. **Quis enim** vidit cygnū nigrum, & propterea nemo meminit, cogitare tamen quis non potest? Facile est enim illam figuram q̄ videndo cognouiimus nigro colore perfundere, quē nihilominus in alijs corporibus vidi mus. Et quia vtrunq; sensimus, vtrunq; meminimus. Nec autē quadrupedem memini, quia non vidi. Sed phantasiā talē faciliter intueor, dum alicui formę volatili qualē vidi adiungo alios duos pedes quales itidē vidi. Quapropter dum coniuncta cogitamus, quæ singillatim sensa meminimus, videmur non id quod meminimus cogitare, cū id agamus moderate memoria vnde sumimus oīa quæ multipliciter ac varie pro nostra voluntate componimus. Nam neq; ipsas magnitudines corporū quas nunquam vidi mus sine ope memorię cogitamus. Quātum enim spatij solet occupare per magnitudinem mundi noster obtutus, in tātum extendimus quaslibet corporū moles, cū eas maximas cogitamus. Et ratio quidem pergit in ampliora, sed phantasia non sequitur. Quippe cū infinitatem quoq; numeri ratio renunciat, quā nulla visio corporalia cogitantis apprehendit. Eadē ratio docet minutissima etiā corporū la infinitē diuidi, cum tamen ad eas tenuitatis vel minutias peruentum fuerit, quas vias meminimus, exiliores minutioresq; phantasias iā non possumus intueri, quanvis ratio non definat perlequi ac diuidere. Ita nulla corporalia nisi aut ea quæ meminimus aut ex ijs quae meminimus cogitamus. Sed quia numerose cogitari possunt quæ singillatim sunt impressa memorię, videtur ad membrā mensura ad visionem vero numerus pertinere. Quia licet innumerabilis sit multiplicitas talium visionum, singulis tamē in memoria præscriptus est intrangressibilis modus. Mensura igitur in memoria in visionibus num-

rus apparet: sicut in ipsis corporibus visibili bus mensura quædā est, cui numerofissime coaptatur sensus videntiū & ex uno visibili multorū cernentiū formatur aspectus: ita vt etiā vnu propter duorū oculorū numerorum plerunq; vna rem geminata specie videat, sicut supra dōcūimus. In his ergo rebus vnde visiones exprimuntur quædā mēsura est. In ipsis autē visionibus numerus. Voluntas vero quæ ista cōiungit & ordinat, & quædā unitate copulat, nec sentiendi aut cogitati appetitum nisi in his rebus vnde visiones formantur acquiescens collocat, ponderi similis est. Quapropter haec tria, mensuram, numerū, pondus, etiam in ceteris omnibus rebus animaduertenda p̄clibauerim. Nunc interim voluntatē copulatricem rei visibilis atq; visionis quasi parentis & prolis, siue in sentiendo, siue in cogitādo, nec parentē nec prolem dici posse quō valui & quibus valui demonstravi. Vnde tempus admonet hāc eā dē Trinitatē ī interiore hoīe regrere, atq; ab isto de quo tādiū locutus sum animali atque carnali, qui exterior dē introitus tēdere. Vbi speramus inuenire nos posse secundū Trinitatē imaginē Dei, conatus nostros illo ipso adiuuante, quē omnia, sicut res ipsa indicat, ita etiam sancta scriptura in mensura & numero & pondere dispositisse testatur.

Supra
Cap. 2.

C

Sapie. II

Sapie. II

Lenit. 11

2. retrā.

Cap. 15.

B M

**Nume-
rus, pon-
duis, men-
sura.**

Cap. 11.

quia voluntas illa q̄ coniunctricē ac separatricē huiuscmodi rerū iā quantum potuit demonstrare curauit, formādā cęgitatis aciē per abscondita memorię ducit ut libitū est, & ad cogitāda ea q̄q̄ nō meminimus, ex eis quæ meminimus, aliud hinc aliud inde, ut suam impellit: q̄q̄ in vnam visionem coenit faciunt aliquid quod ideo falsum dicitur, quia vel non est foris in rerū corporearū natura, vel non de memoria videtur expressum cum tale nihil nos sensisse meminimus. **Quis enim** vidit cygnū nigrum, & propterea nemo meminit, cogitare tamen quis non potest? Facile est enim illam figuram q̄ videndo cognouiimus nigro colore perfundere, quē nihilominus in alijs corporibus vidi mus. Et quia vtrunq; sensimus, vtrunq; meminimus. Nec autē quadrupedem memini, quia non vidi. Sed phantasiā talē faciliter intueor, dum alicui formę volatili qualē vidi adiungo alios duos pedes quales itidē vidi. Quapropter dum coniuncta cogitamus, quæ singillatim sensa meminimus, videmur non id quod meminimus cogitare, cū id agamus moderate memoria vnde sumimus oīa quæ multipliciter ac varie pro nostra voluntate componimus. Nam neq; ipsas magnitudines corporū quas nunquam vidi mus sine ope memorię cogitamus. Quātum enim spatij solet occupare per magnitudinem mundi noster obtutus, in tātum extendimus quaslibet corporū moles, cū eas maximas cogitamus. Et ratio quidem pergit in ampliora, sed phantasia non sequitur. Quippe cū infinitatem quoq; numeri ratio renunciat, quā nulla visio corporalia cogitantis apprehendit. Eadē ratio docet minutissima etiā corporū la infinitē diuidi, cum tamen ad eas tenuitatis vel minutias peruentum fuerit, quas vias meminimus, exiliores minutioresq; phantasias iā non possumus intueri, quanvis ratio non definat perlequi ac diuidere. Ita nulla corporalia nisi aut ea quæ meminimus aut ex ijs quae meminimus cogitamus. Sed quia numerose cogitari possunt quæ singillatim sunt impressa memorię, videtur ad membrā mensura ad visionem vero numerus pertinere. Quia licet innumerabilis sit multiplicitas talium visionum, singulis tamē in memoria præscriptus est intrangressibilis modus. Mensura igitur in memoria in visionibus num-

D A V R E L I I A V G V S T I N I

De Trinitate.

LIBER DV ODECIMVS.

A Ge nunc videamus vbi sit quasi Homo hū quoddā hoīs exterioris interioris, & cōfinium. Qui quid enim habemus ī animo cōmune cū pecore, recte adhuc dī ad exteriorē hominē pertinere. Nō enim solū corpus homo exterior deputabitur, sed ad iunctā quædā vita sua qua cōpages corporis & oīs sensus vigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda. Quorū sensorū imagines infixā in memoria, cū recordando reū suntur, res adhuc agitur ad exteriorē hoīem pertinens. Atq; in his omnibus nō distamus à pecore, nisi quod figura corporis nō prout sed erecti sum⁹. Quia in re admonemur ab eo qui nos fecit, ne meliore nostri parte, id est animo

Ratio su-
perior, &
inferior.

Cap. 1.

Cap. 3.

1. sen. d.
16. c. qm
circum

Aeterna-
ratione,
corporal-
bus hom-
solar ani-
mantinu-
percipi-
Cap. 2.

Ratio su-
perior, &
inferior.

Cap. 3.

F

animi similes pecoribus simus à quib. corporis erectione distamus: nō ut in ea, q̄ sublimia sunt in corporib. animū p̄ijciamus. Nā uel in talib. quietē uoluntatis appetere, prostermene est animū, sed sicut corpus ad ea, q̄ sunt excelsa corporū, i. ad cœlestia naturaliter erectū est, sic animus qui substantia spiri-

talis est, ad ea, q̄ sunt in spiritualib. excelsa eri-

mus. Et ideo quidā rationale nostrū, non ad unitatis diu ortū separatū, sed in auxilium so-

Gen. 2.

cietatis quasi deriuatū, in sui operis disper-

tritū.

tur officiū. Et sicut una caro est duoru in mas-

culo & feminā, sic intellectū nostrū, & actio-

nō uel consiliū,

& executionē uel rationem, & appetitū rationale, uel si quo alio modo

significantiū dici possunt, una mentis natu-

ra cōplectitur, ut quemadmodum de illis di-

cētū est.

Erunt duo in carne una, sic de his di-

ci possit, duo in mente una. Cū igitur disper-

mis de natura mentis humanæ, de una qua-

dam re differimus, nec eam in hac duo quā

Omnia per ipsum facta sunt de quo dictum est, Verbū caro factū est, de quo dictum est, Fons sapientiae verbū Dei in excelsis. Perueniendū est ergo ad illud verbum hominis, ad verbū rationalis animantis, ad verbū non de Deo natū, sed à Deo factā imaginis Dei, q̄ neq; prolatiū est in sono, neq; cogitatiuum in similitudine soni, q̄ alicuius linguae esse necesse sit, sed q̄ omnia quibus significatur signa, praeedit, & gignitur de scientia q̄ manet in animo, q̄n eadem scientia intus dī sicuti est: simillinia est. n. visio cogitationis, visio ni scientiae. Nam q̄n per sonū dī, vel per aliquod corporale signum, nō dī sicuti est, sed sicut potest videri audire per corpus. Q̄n ergo q̄ in notitia est, hoc est in verbo, tunc est verum verbū & veritas: qualis expectatur ab homine, vt quod est in ista, hoc sit & in illo, quod non est in ista, non sit & in illo: hic agnoscitur, est est, non non. Sic accedit quantum potest ista similitudo imaginis factæ ad illā similitudinē imaginis natū, qua Deus filius patri per omnia substantialiter similis p̄dicatur. Animaduertenda est in hoc ēnigma te et ista verbi Dei similitudo, q̄ sicut de illo verbū dictū est: Omnia per ipsum facta sunt, vbi Deus per vniogenitū verbū suum p̄dicitur vniuersa fecisse: ita hominis opera nulla sunt, quæ non prius dñs in corde. Vnde scri-

ptū est, Initium omnis operis verbum: sed et hic cū verum verbū est, tunc est initiu boni operis. Verum aut verbū est, cum de scientia bene operandi gignitur, vt et ibi ferueretur, est est, non non: vt si est in ea scientia qua vnuen dū est, sit & in verbo per q̄ operandū est, si non non: alioquin mēdaciū erit uerbū tale, non veritas, & inde p̄tū, non opus rectum. Est & hēc in ista similitudine verbi nostri similitudo verbi Dei, quia potest esse verbum nostrum q̄ non sequatur opus, opus aut esse non potest, nisi praecedat verbū: sic & verbū Dei potuit esse nulla existente creatura, creatura vero nulla esse pōt, nisi per ipsum per q̄ facta sunt omnia. Ideoq; non Deus pater, nō Spiritus sanctus, non ipsa Trinitas, sed solus Deus filius q̄ est verbum Dei caro factū est, quamvis Trinitate faciente, vt sequente atq; imitante uerbo nostro eius exemplum, recte uiueremus: hoc est nullum habentes in uerbi nostri uel contéplatione uel operatione mēdaciū. Verū hēc huius imaginis est q̄nque futura perfectio. Ad hanc consequendā nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina, ut reuelata facie, a legis uelamine q̄ est umbra futurorum, gloriā dñi spe culantes, per speculum, si intuentes, in candē imaginē transformemur de gloria in gloriā tanquam a dñi spiritu, secundū superiorem de his uerbis disputationem. Cum ergo hac transformatione ad perfectū fuerit hēc imago renouata similes Deo erimus, q̄n uidebitis eu, non per speculū sed sicuti est: q̄ dixit Apollotus Paulus, Facie ad faciem. Nunc uero in hoc speculo, in hoc ēnigmate, in hac qualicunq; similitudine, quanta sit et dissimilitudo, quis potest explicare? Attingam tñ ali

Ioan. 1.

2. Cor. 3.

1. Ioan. 3

1. Ecl. 13

K

Verbum
hominis
quatenus
verum.
Cap. 12.

R

Academi
ca philo-
sophia.

prorsus

Ioan. 1.

ip̄sa scientia de qua ueraciter cogitatio nostra formatur, q̄i qua scimus loquimur, quālibet peritissimo atq; doctissimo? Exceptis enim quā in animū ueniunt a sensib. corporis, in quib. tñ multa aliter sunt q̄ uidentur, ut eorū uerisimilitudine nimium constipatus, sanus sibi esse uideatur qui inlaniit. vnde Academica philosophia sic inualuit, ut de omnibus dubitans multo miserias insinaret: his ergo exceptis quā a corporis sensibus in animū ueniunt, quantum rerū remaneat, q̄ ita sciamus, sicut nos uiuere scimus: in quo

DE TRINITATE

prorsus non metuimus, ne aliqua verisimilitudine forte fallamur, qm certum est tē eū qui fallitur viuere, nec in eis vīsis hæc habentur, quæ obijciuntur extrinsecus, vt in eo sic fallatur oculus, quæadmodum fallitur cū in aqua remus vī infractus, & nauigantib. tūres moueri, & alia sexcenta quæ aliter sunt q̄ videntur, quia nec per oculū catnīs hoc certantur. Intima scientia est qua nos viuere scimus, vbi ne illud quidē Academicus dicere potest, forasse dormis & nescis, & in somnis vides. Vīsa quippe somniantum simillima est se vīsis vigilantiū quis ignorat? Sed qui certus est de vitæ suæ scientia, non in ea dicit, scio me vigilare, sed scio me viuere: siue ergo dormiat, siue vigilet, viuit. Nec in ea scientia per somnia falli pōt, quia & dormire & in somnis videre, viuentis est. Nec illud pōt Academicus aduersus istam scientiam dicere, furis fortassis & nescis, quia sanorū vīsis simillima sunt tē vīsa furentiū, sed qui furiit viuit. Nec contra Academicos dicit. Scio me non fure, sed scio me viuere. Nunquā ergo falli nec mentiri pōt, qui se viuere dixerit scire. Mille itaq; fallaciū visorum genera obijciantur ei qui dicit, scio me viuere, nihil horum timebit, qm & qui fallitur viuit. Sed si talia sola pertinent ad humanā scientiam per pauca sunt, quia nisi in uno quoq; genere ita multiplicantur, vt non solū pauca non sint, verum et reperiantur per infinitū numerum tendere. Qui.n.dicit, scio me viuere, vnu aliquid scire se dicit. Proinde si dicat, scio me scire viuere, duo sunt iā, hoc vero q̄ scit hæc duo tertiu scire est: sic pōt addere & quartum & quintū, & innumerabilia si sufficiat. Sed quia innumerabilē numerū vel cōprehendere singula addendo, vel dicere innumerabiliter nō pōt, hoc ipsum certissime comprehendit ac dicit, & verū hæc esse & tam innumerabile, vt vere eius infinitū numerum non possit cōprehendere ac dicere. Hoc & in volūtate certa similicer aduerteri pōt. Quis est, n. cui nō impudenter respondeatur, forte falleris, dicēti volo bēatus esse? Et si dicat, scio me hoc velle & hoc me scire scio, iā his duob. & tertiu pōt addere, q̄ hæc duo sciat, & quartū q̄ hæc duo scire se sciat, & similiter in infinitū numerū pergere. Itē si quispiā dicat, errare nō lo, nonne siue erret siue non erret, errare tñ euā nolle verum erit? Quis est qui huic non impudentissime dicat, forsitan falleris, cum profecto vbiunque fallatur, falli se tñ nolle nō fallitur? Et si hoc scire se dicat, addit quātum vult rerum numerū cognitarū, & numerū esse perspicit infinitum. Qui.n.dicit, nō lo me falli, & hoc me nolle scio, & hoc me scire scio, iam & si non commoda locutione pōt, hic infinitum numerū ostendere: & alia reperiuntur q̄ aduersus Academicos valeat, qui nihil ab homine sciri posse contendunt. Sed modus adhibēdus est, præsertim quia in opere isto non hoc suscepimus. Sunt inde libri tres nostri, primo nostræ conuersionis tē pore conscripti, quos qui potuerit & voluerit legere lectosq; intellexerit, nihil.n.profēto q̄ ab eis contra perceptionē veritatis argumenta multa inuenta sunt, permouebunt. Cum.n. duo sint genera rerū quæ sciuntur, vnum earū quæ per sensus corporis percipit animus, alterū earū quæ per seipsum, multa illa Philosophi garrierunt: cōtra corporis sensus: animi aut̄ quasdam firmissimas per seipsum perceptiones rerum verarū, quale illud est q̄ dixi, scio me viuere, nequaquam in dubium vocare potuerunt. Sed absit à nobis vt ea p̄ per sensus corporis didicimus vera esse dubitemus: per eos quippe didicimus cūlum & terram, & ea quæ in eis nota sunt nobis, quantū ille qui & nos & ipsa condidit, innocentere nobis voluit. Absit tē vt scire nos negemus quæ testimonio didicimus aliorum, ali oquin esse nescimus Oceanum. Nescimus esse terras atq; vrbes quas celeberrima fama cōmēdat. Nescimus fuisse hoīes & opera eoru quæ historica lectione didicimus. Nescimus quæ quotidie vñdecunq; nuncianf, & indicij cōsonis cōtestantibusq; firmantur. Postremo nescimus in quib. locis vel ex quibus hominib. fuerimus exorti, quia hæc omnia testimonij credidimus aliorum. Quod si absurdissimum est dicere, non solū nostrorū, verum & alienorū corporū sensus plurimū addidisse nr̄e scientiæ cōfendū est. Hæc igit̄ omnia & q̄ per seipsum, & q̄ per sensus sui corporis, & q̄ testimonis aliorū percepta scita aius humanus, thesauro memoriae cōdita tenet, ex quib. gignitur verbū verū, qm scimus loquimur, sed verbū ante omnem lōnum, ante omnem cogitationē soni. Tunc.n. est verbum simillimum rei nota de qua gignit & imago eius, qui de visione scientiæ vi-

Scientia
Dei nihil
accedit
ex rebus
cognitis.
Cap. 13.

4.sen. di.
45. c.sed
forte.

Matt. 6.
1.sen. di.
38. c.1.
44. dis.
45. c.sed
1.sen. di.
38. c.1.
C. hæc
ergo.

D

Ecccl. 13.

**Scientiae
Dei nihil
accedit
ex rebus
cognitis.**
Cap. 13.
suo cogitationis exoritur, quod est verbū lingue nullius, verbū verum de re vera, nihil de suo habēs, sed totū de illa scientia de qua nascitur. Nec interest qn̄ id didicerit, qui quod scit loquitur, aliquā n. statim ut dicit hoc dicit, dū tñ verbū sit verū i.e. rebus notis exortū. Sed nunquid Deus pater de quo natum est verbū de Deo Deus, nunquid ergo Deus pater in illa sapientia quod est ipse sibi, alia dicit per sensum corporis sui, alia per seipsum? Quis hoc dicat, qui non animal rationale, sed supra animā rationalē Deum cogitat, quantum ab eis cogitari potest qui eū omnibus.

C animalibus & omnibus animis praeferuntur, quāuis per speculū & in enigmate coniectando videant nondū facie ad faciem sicuti est. Nunquid Deus pater ea ipsa quæ non p corpus, q̄ est ei nullū, sed per seipsum scit alium ab aliquo dicit, aut nuncijs vel testibus ut ea sciret indiguit? Non vtiq; Ad oīa quippe scienda q̄ scit, sufficit sibi illa perfectio. Habet quidē nuncijs, id est angelos, non tñ qui ei quæ nescit annunciant, nō n. sunt illa que nesciat, sed bonū eorum est de operibus suis eius cōsulere veritatem: & hoc est qd̄ ei dicuntur nōnulla nunciare, nō vt ipse ab eis discat sed vt ab illo ip̄i, per verbū eius sine corporali sono nunciēt quod voluerit, ab eo missi ad quos voluerit totū ab illo per verbū eius audiētes. i. in eius veritate inuenientes quid sibi faciendū, quid, quibus, & quando nunciandum sit. Nā & nos oramus eū, nec tamē necessitates nostras docemus eū. Nouit n. ait verbū eius pater vester quid vobis necessarium sit priusq̄ petatis ab eo. Nec ista ex aliquo tempore cognouit vt nossent, sed futura oīa téporalia atq; in eis etiā quid, & quando ab illo petituri fueramus, & quos & de quibus rebus vel exuditurus vel non exauditurus esset, sine initio ante p̄scivit. Vniuer-

D fas aut̄ creaturas suas & spiritualiter & corporales, nō quia sunt ideo sunt quia nouit. Nō enim nesciuit quę fuerat creaturus. Quia ergo scivit creauit, non quia creauit scivit. Nec aliter ea scivit creata, quam creāda. Non n. eius sapientia aliquid accēs̄it ex eis, sed illis existentibus sicut oportebat & qn̄ oportebat illa māsit vt erat. Ita & scriptum est in libro Ecccl. 13. Ecclesiastico, Antequam crearentur omnia nota sunt illi, sic & postquam con summata sunt. Sic, inquit, nō aliter: & antequā crearen-

tur, & postquā cōsummata sunt, sic ei nota sunt. Longe est ergo huic sciētię, sciētia nra **1. sen. d.** dissimilis. Quę aut̄ sciētia Dei est, ipsa & sa **36. ca. 1.** pientia, & quę sapientia, ipsa essentia siue substantia. Quia in illius naturę simplicitate mirabilis, nō est aliud sapere q̄ esse, sed q̄ est sapere, hoc est & esse, sicut & superiorib. libris de sapientia diximus. Nra vero scientia in rebus plurimis ppteraria & amissibilis est & receptibilis, quia nō hoc est nobis esse quod scire vel sapere, qm̄ eē possimus etiā si ne- **B** sciamus, neq; sapiamus ea quæ aliunde didiciimus. Propter hoc sicut nostra scientia illi scientia Dei, sic nrum verbū quod nascitur de nra scientia dissimile est illi verbo Dei, q̄ natū est de patris essentia. Tale est autem ac si diceret, de patris sciētia, de patris sapientia vel q̄ est expressiū, de patre scientia, de patre sapientia. Verbū ergo Dei patris vñigenitus Dei filius, p̄ omnia patri similis & equalis, Deus de Deo lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia, est hoc oīo q̄ p̄, nō tñ pater, quia iste filius, ille pater. Ac p̄ hoc nouit omnia q̄ nouit pater, sed ei nos de patre est sicut esse. Nossē n. & esse illi vñū est. Et iō patri sicut esse nō est à filio, ita nec nosse, Proinde tanquā seipsum dicens, pater genuit verbū sibi & quale per omnia. Non n. seipsum integre perfecte q̄ dixisset, si aliqd minus, aut amplius esset in eius verbo, q̄ in ipso. Ibi summe illud agnoscitur, est est, non nō: & ideo verbo hoc vere veritas est, qm̄ quicquid in ea scientia, de qua genitum est in ipso est. Quod aut̄ in ea nō est, nē c̄ ipso est. Et falsum habere aliquid hoc verbum nunquā potest, quia immutabiliter sic se habet vt se habet de quo est. Non n. pōt filius à se facere quicquam, nisi qd̄ viderit patrem scientem. Potenter hoc nō potest, nec est infirmitas ista, sed infirmitas, qua falsa esse non potest veritas. Nouit itaq; omnia Deus pater in seipso, nouit in filio. Sed in seipso tanquā seipsum, in filio tanquā verbū suum, quod est de his omnibus quæ sunt in seipso. Omnia similiter nouit & filius, in se scilicet tanq̄ ea quæ nata sunt de iis quæ pater nouit in seipso. In patre autē tanquā eo de quibus nata sunt quæ ipse filius nouit in seipso. Seiunt ergo iniucē pater & filius, sed ille gignēdo, ille nascēdo. Et oīa q̄ sunt in eorū sciētia, i.e. eorū sapientia, in eorū essentia, vñusquisq; eorū simul

Matt. 6.
1. sen. d.
38. ca. 1.
& 4. dī.
45. c. sed
ergo.
1. sen. d.
38. ca. 1.
& c. hāc

aliquo tempore cognouit vt nossent, sed futura oīa téporalia atq; in eis etiā quid, & quando ab illo petituri fueramus, & quos & de quibus rebus vel exuditurus vel non exauditurus esset, sine initio ante p̄scivit. Vniuer-

D fas aut̄ creaturas suas & spiritualiter & corporales, nō quia sunt ideo sunt quia nouit. Nō enim nesciuit quę fuerat creaturus. Quia ergo scivit creauit, non quia creauit scivit. Nec aliter ea scivit creata, quam creāda. Non n. eius sapientia aliquid accēs̄it ex eis, sed illis existentibus sicut oportebat & qn̄ oportebat illa māsit vt erat. Ita & scriptum est in libro Ecccl. 13. Ecclesiastico, Antequam crearentur omnia nota sunt illi, sic & postquam con summata sunt. Sic, inquit, nō aliter: & antequā crearen-

DE TRINITATE

simul videt: nō particulatim, aut singillatim
^{1. sen. dī.} velut alterante conspectu, hinc illuc, & in
^{37. ca. 1.} de huc, & rursus inde vel inde, in aliud atq;
^{med.} aliud ut aliqua videre nō posset nisi non vi-
 des alia: sed vt dixi, simul omnia videt quo-
 rū nullū est quod non semper videt. Verbū
 aut nostrū illud quod nō habet sonū neq;
 cogitationē, sed eius rei quā videndo intus
^G dicimus, & ideo nullius linguae est atq; inde
 vtcunq; simile est in hoc enigmate illi ver-
 bo Dei quod etiā Deus est, qm sic & hoc de
 nostra nascitur, quemadmodum & illud de
 scientia patris natū est. Nostrū ergo tale ver-
 bū quod inuenimus esse vtcunq; illi simile,
 quantū sit ē dissimile, sicut à nobis dici nō
 potuerit, non pigate intueri. Nunquid ver-
 bū nostrū de sola scietia nra nascitur? Non-
 ne multa dicimus ē: q nescimus. Nec dubi-
 tates ea dicimus, sed vera esse arbitrātes: que
 forte si vera sunt, in ipsis rebus de quibus lo-
 quimur non in verbo nro vera sunt, q ver-
 bū verū non est, nisi quod de re q scitur, gi-
 gni. Fallum est ergo isto modo verbū nrm
 non cū mēcimur, sed cū fallimur. Cū aut
 dubitamus, nōdū est verbū de re de qua'du-
 bitamus, sed de dubitatione verbū est. Quan-
 uis. n. non nouerimus an verū sit vnde dubi-
 tamus, tū dubitare nos nouinimus: ac p hoc cū
 hoc dicimus verū verbū est, qm quod noui-
 mus dicimus. Quid quod ē mentiri possu-
 mus? Qd cū facimus, vtq; volentes scientes
 falsum verbū habemus, vbi verū est mentiri
 nos, hoc. n. scimus. Et eum mentitos nos esse
 confitemur, verum dicimus, quod scimus. n.
 dicimus. Scimus nanq; nos esse mēitos. Ver-
^{Ioan. 5.}
^{2. sen. dī.}
^{quaritur}
^{& ca. sed}
^{sunt ab.}
^{2. Cor. 1.}
 bum aut p est Deus & potentius est nobis,
 hoc nō pōt. Nō. n. pōt facere quicquā, nisi p
 viderit patrē facientē: & non à seipso loquit-
 tur, sed à patre illi est omne quod loquitur,
 cum ipsum pater vnicē loquitur: & magna il-
 lius verbi potētia est, non posse mentiri, q
 non potest esse illuc, est, & non, sed est est, nō
 non. At. n. nec verbū dicendū est, quod verū
^H non est. Sit ita libens assentior. Quid cum ve-
 rum est verbū nrm, & ideo recte verbū
 vocatur? nunquid sicut dici potest vel visio
 de visione, vel scientia de scietia, ita dici po-
 test essentia de essentia, sicut illud Dei verbū
 maxime dicitur maximeque dicendum est.
 Quid ita? quia non hoc est nobis esse, quod
 est nosse. Multa quippe nouimus, que per

memoriā quodammodo viuunt ita & obli-
 uione quodammodo moriuntur: atq; ideo
 cū illa iā non sint in notitia nostra, nos tñ su-
 mus. Et cū scientia nostra animo lapsa perie-
 rit à nobis nos tñ viuimus. Illa etiam quā ita
 sciuntur ut nunquā excidere possint, qm p-
 sentia sunt, & ad ipsius animi naturā perci-
 nent ut est illud quod nos viuere sciimus ma-
 net. n. hoc quādiu animus manet, & q sem-
 per manet animus, & hoc semper manet, id
 ergo & si qua reperiuntur similia, in quibus
 imago Dei potius intuenda est, ēt si semper
 sciuntur, tñ quia nō semper etiam cogitan-
 tur, quo de his dicitur verbū sempiternū, cū
 verbū nostrū nostra cogitatione dicatur, in-
 uenire difficile est. Sempiternū est. n. animo
 viuere sempiternū est scire quod viuit: ne cū
 sempiternū est cogitare vitā suā, vel cogitare
 scientiā vitē suē: qm cū aliud atq; aliud ce-
 perit, hoc desinit cogitare, quanuis non desi-
 nat scire. Ex quo sit vt si potest esse in animo
 aliqua scietia sempiterna, & sempiterni esse
 non potest eiusdē scientiæ cogitatio, & ver-
 bū verū nostrū int̄imum nisi nostra cogita-
 tionē non dicit, solus Deus intelligatur ha-
 bere verbū sempiterū sibiq; cocternū. Nisi
 forte dicendū est, ipsam possibilitatē cogita-
 tionis, quoniam id quod scitur, etiam qm nō
 cogitatur, pōt tñ veraciter cogitari, verbum
 esse tam perpetuum, q scientia ipsa perpetua
 est. Sed quo est verbū, quod nondū in cogita-
 tionis visione formatū est? Quo erit simile
 scientiæ de qua nascitur, si eius nō habet for-
 matum, & ideo iā vocatv verbū quia potest
 habere? Tale est. n. ac si dicatur, ideo iā vocan-
 dum esse verbū, quia potest esse verbum. Sed
 quid est quod potest esse uerbum, & ideo iam
 dignū est uerbi nomine? Quid es, inquā, hoc
 formabile nōdumq; formatū, nisi quiddam
 mentis nostræ, qd hac atq; hac uolubili qua-
 dam motione iactamus, cū à nobis nūc hoc
 nunc illud sicut inuentum fuerit uel occurre-
 rit cogitatur? Et tunc sit verum uerbum, quā
 do illud quod nos diximus uolubili motio-
 ne iactare, ad id quod scimus peruenit,
 atque inde formatur eius omnimodam simi-
 litudinem capiens, ut quo res queque sci-
 tur, sic etiam cogitetur, sine uoce sine uocis
 cogitatione, quo profecto alicuius lingue ē
 si in corde dicitur. Ac per hoc ēt si conceda-
 mus, ne de controuerſia uocabuli laborare
 uidea-

Simplicis
 finia Dei
 cognitio.
 Cap. 16.

I. Ioan.

Quid sp
 solus d
 charita
 Cap. I

videamur, iā vocandū esse verbū quiddam illud mētis nře quod de nostra scientia, formari pōt, & priusquā formatū sic: quia iā, vt ita dicā, formabile est, quis nō videat quāta hic sit dissimilitudo ab illo Dei verbo qđ in forma Dei sic est, vt nō antea fuerit formabile priusquā formatū, nec aliqñ esse possit in forme, sed sit forma simplex & simpliciter equalis ei de quo est, & cui mirabiliter cog

Simpliciter finia Dei cognitio.

Cap. 16. Simpliciter finia Dei cognitio. vt Dei cogitatio non dicatur, ne aliquid esse quasi volubile credat in Deo, qđ nūc accipiatur.

piat, nunc recipiat formā, vt verbū sit eamq; possit amittere atq; informiter quodāmodo voluntari. Bene quippe nouerat & vim cogitatis in spexerat locutor egregius q dixit in carmine, Secūq; volutat euēt belli varios. i. cogitat. Nō ergo ille Dei filius cogitatio Dei sed verbū Dei dē. Cogitatio q̄ppē nřa perueniens ad id q̄ scimus, atq; inde formata verbū nřum verū est. Et ideo verbū Dei, sine cogitatione Dei debet intelligi, vt forma ipsa simplex intelligatur, nō habens aliquid formabile qđ esse etiā possit informe. Dñr quidē etiā in scripturis sanctis cogitationes Dei, sed eo locationis mō, quo ibi & obliuio Dei dī, q̄ vtiq; ad appetitatem in Deo nulla est. Quāobrē cū tāta sit nūc ē isto ēnigmate dissimilitudo Dei, & verbi Dei, in qua tñ nōnulla similitudo cōperta est, illud quoq; fatendū est, q̄ ēt cū similes ei erimus qñ videbimus eū sicuti est, quod vtiq; qui dixit, hanc proculdubio quā nunc est dissimilitudinem attendit, nec tūc natura illi erimus & quales. Semper enim natura minor est faciēt quā facta est. Et tūc quidē verbū nostrū nō erit falsum, quia neq;

I. Ioan. 3 Mētiemur, neq; fallēmur. Fortassis ēt volubiles nō erūt nōlē cogitationes ab alijs in alias eūtes atq; redeūtes, sed oēm scientiā nostrā vno simul conspectu videbimus. Tñ cū & hoc fuerit, si & hoc fuerit, formatā erit creatura q̄ formabilis fuit vt nihil iā desit ei formē, ad q̄ peruenire deberet. Sed tñ coēquāda nō erit illi simplicitati, vbi nō formabile aliquid formatū vel reformatū ē, sed for

Qđo spū; ma neq; informis neq; formatā ipsa ibi cetera solvēdūt na ē immutabilisq; substātia. Satis de p̄e & charitas.

Cap. 17. filio quantū per hoc speculū atq; in hoc ēnigmate videre potuimus locuti sumus. Nūc de spūsanctō quantū Deo donante videre cōceditur differendū est, qui spūsanctus, secū

dum scripturas sanctas nec patris solius est, nec filij solius, sed amborū, & ideo cōmūne qua inuicē sed diligūt pater & filius, nobis insinuat charitatē. Vt autē nos exerceceret sermo diuinus, nō eas in prōptu sitas, sed in abdito scrutādas, & ex abdito eruendas, maiore studio fecit inqri. Nō itaq; dixit scripture, spū

sanctus charitas est: quod si dixisset, nō paruā partem q̄onis istius abstulisset: sed dixit, Deus charitas est, vt incertū sit & ideo requiriendū, vtrū Deus pater sit charitas, an Deus filius, an Deus spūsanctus, an Deus ipsa Trinitas. Neq; n. dictū sum⁹ nō p̄ ea Deū dictū esse charitatē, q̄ ipsa charitas nulla sit substātia, quæ Dei digna sit noīe, sed q̄ donū Dei sit, sicut dictū est Deo, Qm̄ tu es patientia mea. Neq; n. propterea dictū est, quia Dei substantia est nōlra patiētia, sed q̄ ab ipso nobis est, sicut alibi legitur, qñ ab ipso ē patientia mea. Hūc quippe sensum facile refelit scripturarū ipsa locutio. Tale est enim tu es patiētia mea: quale est, tu es dñe spes mea: & Deus meus misericordia mea, & multa similia. Non est autē dictū dñe charitas mea: aut tu es charitas mea: aut, De⁹ charitas mea: sed ita dictū est: Deus charitas est: sicut dictū est Deus spūs ē. Hoc qui non discernit, intellectū à domino, nō expositionē querat a nobis. Nō n. apertius quicquā possumus dicere Deus ergo charitas est. Vtrū autē pater, an fili⁹ an spūsanctus, an ipsa Trinitas, quia & ipsa non tres dij, sed vnu Deus, hic q̄ritur. Sed iam in libro superius disputauī, nō sic accipiedā esse Trinitatem, quę Deus est, ex illis tribus quā in Trinitate nostrā mentis ostendimus, vt tanquā memoria sit omniū trium pater, & intelligentia omnium trium filius, & charitas omniū trium spiritus sanctus: quā si pater nec intelligat sibi nec diligit, sed ei filius intelligat, & spiritus sanctus ei diligit, ipse autem sibi & illi tantum meminerit. Et filius nec meminerit nec diligit sibi, sed meminerit ei pater, & diligit ei spiritus sanctus, ipse autem & sibi & illis tantummodo intelligent. Itemq; spiritus sanctus nec meminerit nec intelligat sibi, sed meminerit ei pater, & intelligat ei filius, ipse autem & sibi & illis non nisi diligit. Sed sic potius vt omnia tria, & omnes & singuli habeant in sua quiske natura. Nec distent in eis ista, sicut in nobis aliud est memoria, aliud est intelligentia,

Aug. Tomus tertius. V aliud

I. sen. di.
10. ca. 1.

I. sen. di.
10. c. Iōa.

ner. 1.
10. an. 4.

I. sen. di.
17. c. sed

ne forte.
Pſal. 70.

A

Pſal. 61.

Pſal. 70.

Pſal. 58.

1. Iō. vi. 4.
Ioan. 4.

T. sen. di.
10. c. Iōa.

Supra eo

dem.

Cap. 7.

DE TRINITATE

alind dilectio sive charitas: sed vnu aliiquid sit quod omnia valeat, sicut sapientia, & sic habeatur in vniuersaliter natura, vt qui habet, hoc sit qd habet sicut immutabilis simplexq; substantia. Si ergo haec intellecta sunt & quantu nobis in rebus tantis videre & co*iectare* concessum est, vera esse claruerunt, nescio cur nō sicut sapientia & pater dū & filius & spiritus sanctus, & simul omnes non tres, sed vna sapientia, ira & charitas & p̄ di*catur* & filius & spiritus sanctus & simul om-

Cnes vna charitas. Si enim & pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & simul omnes vnu Deus. Et tñ nō frustra in hac Trinitate non dū verbū Dei nisi filius, nec donum Dei nisi spūsanctus: nec de quo genitum est verbū nec de quo procedit principaliter spiritus sanctus nisi Deus p̄. Ideo aut addidi, principaliter, quia & de filio spūsanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi pater dedit non iā existenti nondū habenti, sed quicquid vniigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eū genuit, vt ē de illo donu cōmune procederet, & spūsanctus, spū esset amborū. Non est igit accipienda transunter, sed diligenter intuēda inseparabilis Trinitatis ista distinctio. Hinc n.factū est ut proprie Dei verbū etiā Dei sapientia diceretur, cū sit sapientia & pater & spūsanctus. Sicut ergo proprie aliqd horū triū charitas nuncupāda est, quid aptius q̄ vt hoc sit spiritus sanctus? Ut s̄ in illa Trinitatis simplici summaq; natura, non sit aliud substantia, & aliud charitas, sed substantia ipsa sit charitas, & charitas ipsa sit substantia, sive i patre, sive in filio, sive in spiritu sancto, & tñ proprie spiritus sanctus charitas nuncupetur. Sicut legis nomine aliquā simul omnia veteris instrumenti sanctarū seripturarū significantur eloquia. Nā ex propria Esaia testimonium ponens Apostolus vbi ait, In alijs linguis & in alijs loquar populo huic: p̄misi tamē, in lege scriptum est. Et ipse dominus, In lege, inquit, eorū scriptum est, quia oderunt me gratis: cum hoc legatur in psalmo. Aliquando autem proprie vocatur lex quę data est per Moysen, secundum quod dictum, Lex & prophetæ usque ad Ioannem: Et, in his duobus præceptis tota lex p̄det & Prophetæ. Hic vtique proprie lex appellata est, de monte Sina. Prophetarum autem nomine etiam Psalmi significati sunt,

& tamen alio loco ipse salvator, Oportebat, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in le 1. sen. di. ge & prophetis & psalmis de me. Hic rursum prophetarū nomē exceptis psalmis intelligi voluit. Dicitur ergo lex vniuersaliter cū prophetis & psalmis: dicitur & proprie quę per Moysen data est. Itē dicuntur cōmuniter propheta simul cū psalmis, dicuntur & proprie prater psalmos. Et multis alijs exēplis doceri p̄t multarū rerum vocabula, & vniuersaliter ponī, & proprie quibusdā rebus

adhiberi, nisi in re aperta vitanda sit longitudo sermonis. Hęc ideo exi, ne quisquam p̄ea ribus, nos inconuenienter existimet charitatē apellare spiritus sanctum, quia & Deus pater & Deus filius potest charitas nuncupari? Sicut ergo vnicū Dei verbū proprie vocamus omnime sapientię, cum sit vniuersaliter spiritus sanctus & pater ipse sapientia: ita spūsanctus proprie nuncupatur vox abculo charitatis, eū sit vniuersaliter charitas & pater & filius. Sed Dei verbū, id est, vniigenitus Dei filius aper-te dictus est Dei sapientia, ore Apóstolico vbi ait, Christū Dei virtutem & Dei Sapientiam. Spiritus autē sanctus vbi sit dictus charitas inuenimus, si diligenter Ioannis Apóstoli scrutemur eloquium. Qui cū dixisset, Dilectissimi diligamus in uitam, quia dilectio ex Deo est: fecutus adiūxit, Et oī q̄ diligit, ex Deo natus est. Qui non diligit, non cognovit Deum: quia Deus dilectio est. Hic manifestauit eam le dixisse dilectionē Deū, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia & filius ex Deo pater natus est, & spiritus sanctus ex Deo patre p̄redit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem Deum merito quaerit, pater enim solus ita Deus est, vt nō sit ex Deo, ac per hoc dilectionē quae ita Deus est, vt ex Deo sit, aut filius est, aut spūsanctus. Sed in consequentibus cū Dei dilectionē cōmemorasset, nō qua nos eū, sed qua ipse dilexit nos, & misit filiu suū liberatōrē p̄ peccatis nostris, & hinc exhortatus eset, vt & nos in uicē diligamus, atq; ita in nobis Deus maneat, quia vtq̄ dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquidelo qui, In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, q̄a de spū suo dedit nobis. Spū itaq̄ sanctus de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere & ipsum in nobis,

1. sen. di.
10. c. sed
1. sen. di.

1. c. p̄rie.

1. sen. di.

10. c. p̄bus

ribus.

Esa. 28.

1. Co. 14.

Ioan. 15.

D

Psal. 34.

Mas. 11.

Mas. 22.

1. Ioan. 4
2. sen. di.
10. c. sed
Dei et di.
17. c. tūc
autem, et
etiam. n.

Rom. 5.
Charitas
Dei ipse
Dei.
Cap. 18.
1. sen. di.
17. c. tūc
enim.
1. Co. 13.

H
n
ip
S
si
l
o
b
ri
C
v
re
q
li
sc
o
b
tu
n
ip
S
si
l
o
b
ri
1. Ioan. 4
Ibidem.
1. sen. di.
17. c. tūc
autem.

nobis, hoc ante facit dilectio. Ipse est igitur Deus dilectio. Deniq; paulopost cū hoc ipsum repetisset atq; dixisset, Deus dilectio est: continuo subiecit & qui manet in dilectione in Deo manet, & Deus manet in eo. Vnde supra dixerat, In hoc cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Ipse ergo significatur vbi legitur, Deus dilectio est. Deus igitur spiritus

G sanctus qui procedit ex Deo, cū datus fuerit homini accedit eum in dilectionem Dei & proximi, & ipse dilectio est. Non n.habet homo vnde Deū diligat, nisi ex Deo. Propter q; paulopost dicit, Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Apostolus quoq; Paulus, Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordib. nostris, per spiritum sanctū qui datus est nobis. Nullū est isto Dei dono excellentius. Solum est q; diuidit inter filios regni æterni & filios perditionis æternae. Dātur & alia per spiritum sanctū munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantū impertiatur cuique spiritus sanctus, vt cū Dei & proximi faciat amatorē, à sinistra non transfertur ad dexteram. Nec spiritus propriæ dī donum nisi pp dilectionē, quam qui non habuerit, si linguis hominū loquatur & angelorū, sonans æramentum est, & cymbalū tinniens. Et si habuerit prophetiā, & scierit omnia sacra, & omnem sciētiā, & si habuerit omnem fidem, ita vt montes transferat, nihil est. Et si distribuerit oīam substantiā suam, & si tradiderit corpus suum vt ardeat, nihil ei prodest. Quantū ergo bonū est, sine quo ad æternam vitā neminem bona tanta perducunt? Ipsa vero dilectio sive charitas, nā vnius rei est vtrū que nomen, si habeat eam qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia scit lacra, omnemq; sciētiā, nec distribuit oīa sua pauperibus, vel nō habendo q; distribuat, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suū vt ardeat, si talis passionis

H nulla tentatio est, perducit ad regnum, ita vt ipsam fidem non faciat vtilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidē esse sed non & prodest. Propter q; & Apostolus Paulus, In Christo, inquit, Iesu neque circumcisio, neq; præputium aliquid valet, sed fides quæ per dilectionem operat. Sic eam discernens ab ea fide, qua & demones credunt & contremiscunt. Dilectio igitur quæ

ex Deo est & Deus est, proprie spiritus sanctus est, per quē diffunditur in cordibus nostris Dei charitas per quā nos tota inhabitat Trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus cum sit Deus, vocatur et donum Dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligenda est, quæ perducit ad Deum, & sine qua quolibet aliud donū Dei non perducit ad Deū; An & hoc probandum est, Dei donum dī spiritus sanctus esse in sacris literis spiritus sanctum? Si & hoc expectatur, habemus in Euangeliō secundū Ioannem, dñi Iesu Christi verba dicētis, Si quis sit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viua. Porro Euangelista secutus adiunxit. Hoc aut̄ dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eum. Vnde dicit et Paulus Apostolus. Et omnes vnum sp̄m potauimus. Vtrum aut̄ donū Dei sit appellata aqua ista, q; & spiritus sanctus, hoc queritur. Sed sicut hic inuenimus hanc aquā spiritum sanctū esse, ita inuenimus alibi in ipso Euangeliō, hanc aquā donum Dei appellatam. Nam dñs idem qn̄ cū muliere Samariana ad puteū loquebatur, cui dixerat, Da mihi bibere, cū illa respondisset, q; Iudei non coutuntur Samaritanis, respondit Iesus & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Dixit ei mulier, Domine neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? & cetera. Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui biberit ex hac aqua, stiet iterum: qui aut̄ biberit ex aqua quam ego dabo ei, non stiet in æternum, sed aqua quā ego dabo ei, stiet in eo sons aquæ salientis in vitam æternam. Quia ergo hæc aqua viua, sicut Euā gelista exposuit, spiritus est sanctus, procul dubio spiritus donū Dei est. De quo hic dñs ait, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petiſſes ab eo & dediſſet tibi aquam viuam. Nam q; ibi ait, Flumina de ventre eius fluent aquæ viue: hoc isto loco, Fieri in eo, inquit, sons aquæ salientis in vitam æternam. Paulus quoq; Apostolus, Vnicuique, inquit, nostrum datur gratia secundum mēsuram donationis Christi. Atque vt donationem Christi spiritum sanctum ostenderet, secutus adiunxit: Propter quod dicit, Ascendit in altum, captiuauit

Gal. 5.
Iacob. 2.
I. sen. di.
17. c. tūc enim.

I. sen. 7.
I. sen. 4.

Eph. 5. 4.

Ibidem.

*I. Co. 12.
Ephes. 4.
ibidem.
A
T sal. 67.
Acto. 2.
Acto. 8.
Acto. 10.
B
Acto. 11.
Ibidem.
Super.
Ioan. tra.
99.*

Sicut & nobis qui credidimus in dñm Iesum Christum: ego quis erā qui possem prohibere Deum non dare illis spiritum sanctum? Et multa alia sunt testimonia scripturarū, quæ concorditer attestantur donū Dei esse sp̄m sanctum, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deū. Sed nimis longū est cuncta colligere. Et quid eis satis est, quibus h̄ec quæ diximus satis non sunt? Sanè autē monendi sunt, qn̄quidem donū Dei iam vident dictum spiritum sanctū, vt cum audiunt donū spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quo

*Colo. 2.
1. sen. d.
15. ca. 1.
1. sen. di.
18. c. cū
enim.
Ioan. 3.
1. Co. 12.
1. Ioan. 4.*

dictū est, in expoliatione corporis carnis. Si cut n. corpus carnis nihil est aliud q̄ caro, sic donū spiritus sancti nihil est aliud q̄ spiritus sanctus. Intanū ergo donū Dei est, in quantum datur eis quib. datur. Apud se autē Deus est, & si nemini detur, quia Deus erat patri & filio coeternus antequā cuiquā daretur. Nec quia illi dant ipse datur, ideo minor est illis. Ita n. datur sicut donū Dei, vt ēt sc̄psum det sicut Deus. Non n. dici pōt non esse suæ patris, de quo dictum est, Spiritus vbi vult spirat. Et illud Apostolicū q̄ iam supra cōmemorauī, Omnia h̄ec operatur unus atq; idē spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Non est illuc conditio dati, & dñatio dātum, sed concordia dati & dantum. Quapp̄ si sancta scriptura proclamat, Deus charitas est: illa quæ ex Deo est, & in nobis id agit vt in Deo maneamus, & ipse in nobis, & hoc inde cognoscimus, quia de spiritu suo dedit nobis, ipse spiritus eius est, Deus charitas. Deinde si in donis Dei nihil maius est charitate, & nullum est maius donum Dei quam spiritus sanctus, quid consequentius quam vt ipse sit charitas, qui dñ & Deus & ex Deo? Et si charitas qua pater diligit filium, & patrē dilit filius, ineffabiliter cōionem demonstrat amborū, quid conuenientius quam vt ille dicatur charitas proprie, qui spiritus est cōis ambobus? Hoc n. fanius creditur vel intelligitur, vt non solus spiritus sanctus charitas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie charitas nūcupetur, pp illa quæ dicta sunt. Sicut non solus est in illa Trinitate, vel spiritus vel sanctus, quia & pater spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus, q̄ non ambigit pietas, & tñ ille non frustra proprie dñ spiritus sanctus. Quia est n. cōis ambobus, id vocat ipse proprie q̄ ambo cōiter. Alio-

qui si in illa Trinitate solus spiritus sanctus est charitas, profecto & filius non filius patris, verumēt spiritus sancti filius inuenitur.

*1. sen. d.
10. c. hic
notandū.*

Ita n. locis innumerabilibus dñ & legitur filius vnigenitus Dei patris: vt tñ & illud verū sit q̄ Apostolus ait de Deo patre, Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfluit in regnum filij charitatis suæ. Nō dixit filij sui: q̄ si diceret, verissime diceret, quemadmodum quia saepē dixit verissime dixit, sed ait filij charitatis suæ. Filius ergo est etiam spiritus sancti, si non est in illa Trinitate charitas Dei, nisi spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est, restat vt non solus ibi sit charitas spiritus sanctus, sed pp illa de quibus satis disserui proprie sic vocetur. Quod autē dictū est, Filij charitatis suæ: nihil aliud intelligatur q̄ filij sui dilecti, quam filij postremo substantiae suæ. Charitas quippe patris quæ in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil ē aliud q̄ eius ipsa natura atq; substantia, vt saepē iam diximus, & saepē iterare nō piget. Ac per hoc filius charitas eius nullus est aliis, quam qui de substantia eius est genitus. Quocirca ridēda est dialectica Eunomij, à quo Eunomiani hæretici exorti sunt. Qui cum non potuisse intelligere, nec credere voluisse, vnigenitū Dei verbum, per quod facta sunt omnia, filium Dei esse natura, hoc est, de substantia patris genitum: non naturæ vel substantiæ suæ siue essentie dixit esse filium, sed filium voluntatis Dei, accidentem scilicet Deo volens asserere voluntatem qua gigneret filium, videlicet ideo quia nos aliquid aliquando volimus quod antea non yolebamus, quasi nō propter ista mutabilis intelligatur nostra natura, quod absit vt in Deo esse credamus. Ne

*1. sen. d.
5. c. dicit
quoque. i*

*contra
Eunomij
Cap. 20.
1. sen. d.
6. cap. 1.
Ioan. 1.*

Heb. 19.
que n. ob aliud scriptum, Multæ cogitationes in corde viri, consilium autē dñi manet in æternum: nisi vt intelligamus siue credamus, sicut aeternum Deum, ita aeternum eius esse consilium, ac per hoc immutabile sicut ipse est. Quod autem cogitationibus, hoc ēt de voluntatibus verissime dici potest. Multæ voluntates in corde viri, voluntas autem domini manet in æternum. Quidam filium consilij vel voluntatis Dei dicenter vnigenitū verbum, ipsum consilium seu voluntatem patris idem verbum esse dixerunt. Sed melius quantum existimo dicitur consilium de consilio, & voluntas de voluntate, sicut

Aug. Tomus tertius. V 3 sub-



DE TRINITATE

Substantia de substantia, sapientia de sapientia, absurditate illa quam iam refellimus, filius dicitur patrem facere sapientem vel voluntatem, si non habet pater in substantia sua filium vel voluntatem. Acute sane quidam respondit haereticis versutissime interroganti, vtrum Deus filium volens an nolens genuerit: vt si diceret nolens, absurdissima Dei miseria sequeretur: si autem voleas, continuo quod in tendebat velut inuicta ratione concluderet, non natura esse filium, sed voluntatis. At ille vigilatissime vicissim quæsivit ab eo, vtrum Deus pater volens an nolens sit Deus, vt si responderet nolens, sequeretur illa misera quam de Deo credere magna insaniam est: Si autem diceret volens, responderet ei, ergo & ipse Deus est suavoluntate, non natura. Quid ergo restabat, nisi vt obtumesceret, & sua interrogatione obligatum insolubili vinculo se videret? Sed voluntas Dei si & propriè dicenda est aliqua in Trinitate persona, magis hoc non men spiritus sancto cōpetit, sicut charitas. Nā quid est aliud charitas, quam voluntas? Video me de spiritu sancto in isto libro secundum scripturas sanctas hoc disputasse, quod fidelibus sufficit scientibus iam Deum esse spiritum sanctum, nec alterius substantiam, nec minorem quam est pater & filius, quod in superioribus libris secundum easdem scripturas verum esse docuimus. De creatura etiam quam fecit Deus quantum valuimus admonuimus eos, qui rationem de rebus talibus poscunt, vt in uisibilia eius per ea quae facta sunt, sicut possent intellecta conspicerent, & maxime per rationalem vel intellectualem creaturam, quae facta est ad imaginem Dei, per quam velut per speculum quantum possent, si possent, Trinitatem cernerent Deum, in nostra memoria, intelligentia, voluntate. Quae tria in sua mete naturaliter diuinitus instituta quisquis iāvidēs viuaciter perspicit, & quod magnum sit in ea, unde potest esse sempiterna immutabilisque natura recoli, conspici, amplecti, concupisci, re-

Rom. 1.

Epilogus.

Inscripturas sanctas hoc disputasse, quod fidelibus sufficit scientibus iam Deum esse spiritum sanctum, nec alterius substantiam, nec minorem quam est pater & filius, quod in superioribus libris secundum easdem scripturas verum esse docuimus. De creatura etiam quam fecit Deus quantum valuimus admonuimus eos, qui rationem de rebus talibus poscunt, vt in uisibilia eius per ea quae facta sunt, sicut possent intellecta conspicerent, & maxime per rationalem vel intellectualem creaturam, quae facta est ad imaginem Dei, per quam velut per speculum quantum possent, si possent, Trinitatem cernerent Deum, in nostra memoria, intelligentia, voluntate. Quae tria in sua mete naturaliter diuinitus instituta quisquis iāvidēs viuaciter perspicit, & quod magnum sit in ea, unde potest esse sempiterna immutabilisque natura recoli, conspici, amplecti, concupisci, re-

Hminescitur per memoriam, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, profecto reperit illius summae Trinitatis imaginem. Ad quam summam Trinitatem reminiscendam, videndum, diligendam, vt ea recordetur, eam contépleteur, ea delectetur, totum debet referre quod viuit. Verum ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam & suo viuo in deterius

cōmutatam, ita eidem Trinitati vt omnino do existimet similem, sed potius in qualitate ista similitudine, magnam quoque dissimilitudinem cernat, quantū esse satis videbatur admonui. Sanè Deum patrem, & Deum filium, i. Deū genitorem qui omnia quae substantialiter habet in coetero sibi verbo suo dixit quodammodo, & ipsum verbum eius Deum qui nec plus nec minus aliquid habet etiam ipse substantialiter, quam quod est in illo qui verbum non mendaciter, sed veraciter genuit, quemadmodum potuit, non vt illud iam facie ad faciem, sed per hanc similitudinem in enigmate quantulumcunque conjicendo videretur in memoria & intelligētia mentis nostrae significare curauit, memoriae tribuens omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus, intelligētia vero proprio quodam modo cogitationis informationem. Cogitando. n. quod verum inuenimus, hoc maxime intelligere dicimur, & hoc quidem in memoria rursus relinquimus. Sed illa est abstrusior profunditas nostrae memorie, ubi hoc etiam primum cum cogitaremus inuenimus, & gignitur intimum verbū quod nullius lingua sit, tanquam scientia de scientia, & visio de visione, & intelligentia quae appetet in cogitatione de intelligentia quae in memoria iam fuerat, sed latebat: quanquam & ipsa cogitatio quandam suam memoriam nisi haberet, non reuerteretur ad ea, quae in memoria reliquerat, cum alia cogitaret. De spiritu autem sancto nihil in hoc enigmate quod ei simile videretur ostendi, nisi voluntatem nostram vel amorem, seu dilectionem quae valentior est voluntas: quoniā voluntas nostra quae nobis naturaliter inest, sicut ei res adiacuerint, vel occurserint quib. allicimur aut ostendimur, ita varias affectiones habet. Quid ergo est? Nunquid dicturi sumus voluntatem nostram, quoniam recta est nescire quid appetat, quid evitet? Porro si scit, profecto inest ei sua quedam scientia, quae sine memoria & intelligētia esse non possit. An vero audiendus est quispiā dicens, Charitatem nescire quid agat, quae non agit perperam? sicut ergo inest intelligentia, inest dilectio illi memorie principali in qua inuenimus paratum & reconditum ad quod cogitando possumus peruenire: quia & duo ista inuenimus ibi, quād nos cogitando inuenimus, & intelligere aliquid, & amare,

quae

*Epilogus
superiorū
Cap. 21.
1. Co. 13.*

*Trinitas
aliter in
nobis quā
in Deo.*

*1. sen. di.
3. c. qbre
mis.*



quæ ibi erant, & qñ inde nō cogitabamus, & sicut inest memoria, inest dilectio huic intelligentiæ quæ cogitatione formatur: qđ verbum verū fine vllius gentis lingua intus discimus, qñ quod nouimus dicimus: nā nisi remissendo non redit ad aliqd, & nisi amando redire non curat nostræ cogitationis intuitus dilectio, quæ visione in memoria constitutā, & visione cogitationis inde formatā

L quod parentē prolēq; coniungit, nisi haberet appetendi scientiam, quæ sine memoria & intelligentiæ nō potest esse, quid recte diligens Trinitas geret ignorare. Verū hæc qñ in vna sunt per aliter in lona, sicut est homo, pōt nobis quispiā dice nobis quā re, tria ista memoria, intellectus, & amor, in Deo. mea sunt nō sua, nec sibi sed mihi agunt qđ agunt, immo ego per illa. Ego n. me memini per memoriam, intelligo per intelligentiam, amo per amore: & qñ ad memoriam mēam aciē cogitationis aduerto, ac sic in corde meo dico q̄ scio, verbūq; verū de scientia mea gignitur, vtrunq; meū est, & scientia vtique & verbū. Ego n. scio, ego dico in meo corde q̄ scio: & quando in memoria mea cogitando inuenio, iā me intelligere, iā me amare aliquid, qui intellectus & amor ibi erant, & antequā inde cogitarē, intellectū meū & amore mēam inuenio in memoria mea, quo ego amo non ipsa. Itē quando cogitatio mea emor est, & vult redire ad ea quæ in memoria reliquerat, eaq; intellecta conspicere atque intus dicere, mea memoria memor est, & mea vult voluntate non sua. Ipse quoque amor meus cū meminit atq; intelligit quid appetere debeat, quid vitare, per mea nō per suam memoriam meminit, & per intelligentiam mēam non per suā, quicquid intelligenter amat intelligit. Quod breuiter dici potest. Ego per omnia tria illa memini, ego intelligo, ego diligo, qui nec memoria sum, nec intelligentia, nec dilectio, sed hęc habeo. Ista ergo dici possunt ab vna persona, quæ habet hęc tria, non ipsa est hęc tria. In illius vero summi simplicitate naturae q̄ Deus est, unus vnu sit Deus tres tñ persona sunt, pater & filius, & spiritus sanctus. Aliud est itaque Trinitas res ipsa, aliud imago Trinitatis in re alia, p p quā imaginē simul & illud in quo sunt hęc tria imago dicitur: sicut imago dicitur simul & tabula & quod in ea dictū est, sed propter picturā quæ in ea est, simul & ta

bula nomine imaginis appellatur. Verum in illa summa Trinitate quæ incōparabiliter rebus omnibus antecellit, tanta est inseparabilitas, vt cū Trinitas hominū non possit dici vnu homo, in illa vnu Deus & dicitur & sit, nec in vno Deo sit illa Trinitas, sed vnu in eiusdem unitate Trinitas, sed tres personæ sunt pater filij, & filius patris, & spiritus patris & filij. cap. 23.

Quanuis enim memoria hominis & maxime illa quā pecora non habent. i. qua res intelligibiles ita continentur ut nō in eā per sensus corporis uenerint, habeat pro modulo suo in hac imagine Trinitatis incorporaliter quidē imparē, sed tñ qualēcūq; similitudinē patris. Itēq; intelligentia hominis quæ per intentionē cogitationis inde formatur, qñ quod scitur dicitur, & nullius lingue cor dis uerbū est, habeat in sua magna dissimilitudine nōnullā similitudinē filij: & amor hoīs de scientia procedens, & memoria intelligentiāq; coniungens, tanq; parēti proliq; communis, unde nec parēs intelligitur esse, nec proles habeat in hac imagine aliquam licet ualde imparē similitudinē spiritus sancti: nō tñ sicut in ista imagine Trinitatis, non hæc tria unus hoī, sed unius hominis sunt, ita in ipsa summa Trinitate cuius hæc imago est, unius Dei sunt illa tria, sed unus Deus est, & tres sunt ille nō una persona. Quod sanè mirabiliter ineffabile est, uel ineffabiliter mirabile, cū sit vna persona hæc imago Trinitatis, ipsa uero summa Trinitas tres persone sint inseparabilior est illa Trinitas psonarū triū, q̄ hæc unius. Ille q̄ ppe in natura diuinitatis siue id meli dicat deitas, q̄ est, hoc est, atq; incōmutabiliter inter se ac semp̄ æqualis est. Nec aliquā non sicut aut aliter sicut: nec aliquā non erit, aut aliter erit. Ita uero tria quæ sūt in impari imagine, & si non locis qñ non suau corpora, tamen inter se nunc in ista uita magnitudinibus separantur. Neq. n. quia moles nullæ ibi sunt, ideo non uidemus in alio maiore esse memoriam quā intelligentiā. In alio autē contra, in alio duo hęc amoris magnitudine superari, siue sint ipsa duo inter se æqualia siue non sint: atque ita à singulis bina, & à binis singula, & à singulis singula, à maioribus minorā uincuntur: & qñ inter se æqualia fuerint ab omni languore.

DE TRINITATE

sanata, nec tunc equabitur rei natura immutabili, ea res quae per gratiam non mutabitur: quia non aequaliter creature & creatori etiam quae ab omni languore sanabitur. Sed hanc non

futuros vt Deos ppter dignoscētiā boni &
mali, tauquā hoc tantū bonum creaturæ suę
creator inuididerit: hoc mirū si homo spirita
li mente preditus credere potuisset. An quia
credere ipse nō posset, propterea mulier ad
dita est, quæ parui intellectus esset, & adhuc
fortasse secundum sensum carnis, non
secundum spiritum mentis viueret, &
hoc est q̄ ei Apostolus non tribuit imaginē
Dei. Sic n. ait. Vir quidē non debet velare ca-
put, cū sit imago & gloria Dei: mulier au-
tem gloria viri est. Non q̄ mens foeminæ
eandē imaginē capere non poscit, cū in illa
gratia nos dicat nec masculū esse nec femi-
nam. Sed q̄ fortassis illa hoc nōdū perceper-
at quod sit in agnitione Dei, & viro regente
ac dispensante paulatim fuerat pceptura.
Neq; n. frustra est illud quod Apostolus ait:
Adā n. primus formatus est, deinde Eua: &
Adā non est seductus mulier aut seducta in
præuaricatione facta est. i. vt per illā ēt vir p
uaricaretur. Nā & ipsum dicit præuaricato-
rem, vbi ait: in similitudinem præuaricatio-

1. Tim. 2.

2. sen. di.

2. 2. ca. fo.

3. Rom. 5.

**Salomo-
ni; idola-
tria.**

3. Reg. 1.

2. sen. di.

2. 2. ca. ex.

quo.

Al. l. con-

tristare.

Dcus: quod eū facere non debuisse, diuinæ sen-
tentię iustus exitus iudicavit. Ergo alio quo-
da modo etiam ip se deceptus est, sed dolo

illo serpētino quo mulier seducta est, nullo
modo illum arbitrator potuisse seduci in illo
modo quo illa potuit. Hanc autem proprie-
tatem appellavit Apostolus, qua id qđ
suadebatur cū falso esset verū esse putatū
est. i. q̄ Deus ideo lignū illud tangere prohibi-
tuerit q̄ sciebat eos si tetigissent velut Deos
futuros tanquam eis diuinitatē inuidere qui
eos homines fecerat. Sed etiam si virum pro-
pter aliquā mentis elationē, quæ Deum inte-
riorū scrutare latere non poterat, solici-
tauit aliqua experiēdi cupiditas, cum mulie-
rē videret accepta illa esca non esse mortuā
secundum ea quæ superius traximus, non
tamē eū arbitrator si iam spirituali mente p-
reditus erat, vlo mō credere potuisse, q̄ eos
Deus ab esca illius ligni inuidēdo veruisset.
Sed quid plura? Persuasum est illud pccatum
sicut persuaderi talibus posset: conscriptum
est autē sicut legi ab omnibus oportet, & si à
paucis hæc intelligerentur sicut * oportet.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
de Genesi ad literam.

LIBER DVODECIMVS.



B exordio scripture sancte que **Tertium**
inscribitur Genesij, donec ho-
mo primus de paradiso dimis-
sus est undecim libris siue asse-
redo atq; defendendo q̄ certa
nobis sunt, siue inquirendo & ambigendo de
incertis, q̄ potuimus & sicut potuimus dis-
seruimus atq; conscriptimns, nō tā præscri-
bentes de rebus obscuris vnicuiq; quid sen-
tias, q̄ nos docendos in quibus dubitauimus
ostendētes, temeritatēq; affirmādi amonē-
tes a lectore, vbi non valuimus præbere scie-
tiq firmitatē, iste autem duodecimus liber
ea iā cura expeditus, qua nos pertractandus
textus sacrarū literarum occupabat, liberius
atq; prolixius versabit de paradiso quæstio-
nēne putemur evitasse, quod videtur Apo-
stolus in tertio cœlo insinuare paradisū, vbi
ait: Scio hominē in Christo ante annos qua-
tuordecim, siue in corpore nescio, siue ex-
tra corpus nescio, Deus scit, raptū eiusmo-
di usq; in tertiu cœlū: & scio eiusmodi hoīe,
siue in corpore siue extra corpus, nescio, De'
scit q̄a raptus ē in paradisum, & audiuīt inef-

fabi-

2. sen. di.
c. prent.
rea.

a. l. op-
tera.

Imagines
in fommo
aut ecclia
si. cap. 2.

All. corē
fionem.
All. cas. nere
aliqui
H in fo-
naba
fed e-
fe uti-
modi

fabilia verba quæ non licet homini loqui.
 In his verbis primū queri solet, quid dicat
 tertium cœlū: deinde vtrum illic intelligi vo-
 luerit paradisum: an posteaquā raptus est in
 tertium cœlū, raptum esse & in paradisum, ubi
 cunq; sit paradisus: non ut hoc fuerit rapi in
 tertium cœlū, quod in paradisum, sed prius in
 tertium cœlū, & post inde in paradisum. Et hoc
 sic ambiguū est ut non mihi videatur pos-
 se dissolui, nisi aliquis nō ex p̄sentibus Apo-
 stoli verbis, sed ex alijs forte scripturarū lo-
 cis vel ratione perspicue inueniat aliquid quo
 doceat sive in tertio cœlo esse paradisum, si-
 G uen̄o esse: cū & ipsum tertium cœlū quid sit nō
 liquido appareat, vtrū in rebus corporalib.
 an forte in spiritualibus intelligendū sit. Pos-
 set quidē dicū non nisi in locū aliquē corpo-
 ralē hominem rapi potuisse cū corpore: sed
 quia & hoc ita posuit vt nescire se dixerit,
 vtrum in corpore, an extra corpus raptus sit,
 quis audeat dicere se scire, quod se nescire
 Apostolus dixit? Veruntamen si neq; spiritus
 sine corpore ad loca corporalia rapi potest,
 nec corpus ad spiritualia, hæc ipsa dubitatio
 eius velut cogit intelligi, si quidem de seipso
 hæc eū scriplissime nō ambigit, & si fuisse il-
 lud q; raptus est, q; vtrū corporale an spirita-
 le est, dignosci discerni q; nō posset. Cum
 enim vel in somnis vel in ecclasi corporum
 exprimuntur imagines, non discernuntur om-
 nino à corporibus, nisi cum homo redditus
 sensibus corporis, recognoscit le in illis suis
 se imaginibus, quas non p̄ sensum corporis
 haubiebat. Quis n. cum à somno euigilauerit
 nō cōtinuo sentiat imaginaria suisse que vi-
 debat, quanvis cū ea videret dormiens à
 vigilantiū corporalibus visis discernere non
 valebat? Quanquā mihi accidisse scio, & ob
 hoc etiā alijs accidere potuisse vel posse nō
 dubito, vt in somnis videns in somnis me vi-
 dere sentire, illas q; imagines quæ ipsam no-
 stram consuetudinem iudicare consueve-
 runt, non esse vera corpora, sed in somnis *
 sionem. ea presentari firmissimē etiam dormiens te-
 nerem quādo sentirem. Hoc tamen fallebar
 aliquando, quod amico meo quem similiter
 H in somnis videbam idipsum persuadere co-
 nabam, non esse illa corpora, qua videbam, sed
 esse imagines somniantium, cum & ip-
 se utique inter illos sic mihi appareret quo-
 modo illa. Cui autem & hoc dicebam, neq;

id uerum esse quod pariter loqueremur, sed
 etiam ipsum tūc aliud aliquid uidere dor-
 mientē, & vtrum ista ego uiderē omnino
 nō * scire: uerū cū eidē ip̄fī persuadere mo-
 liebar q; ip̄fī nō esset, adducebar ex parte ēt
 ipsum putare esse, cui pfecto non loquerer,
 si omnimodo sic afficeret q; ip̄fī nō esset: Ita
 non poterat quanvis mirabiliter vigilās aīa
 dormiētis, nisi duci imaginibus corporum,
 ac si corpora ipsa essent. In ecclasi autē unū
 audire potui, & eū rusticānū * uirū ualentē
 quod sentiebat exprimere, & qui uigilare se
 sciret & uidere quiddā nō oculis corporeis.
 Nā ut eius verbis utar, quantū recolere pos-
 sum, anima mea, inquit, uidebat eū, nō oculi
 mei. Non tñ sciebat vtrū corpus esset aut ima-
 go corporis. Non n. et talis ut ista discerne-
 ret, uerūtā simpliciter fidelis, vt eū sic au-
 dirē, ac si illud quod se uidisse narrabat ip̄fī
 vidissim. Ac per hoc si paradisum Paulus ita
 vidit ut apparuit Petro ille discus submissus Aet. 10.
 à cœlo ut Ioanni quicquid in Apocalypsi se Apoc. 1.
 uidisse conscripsit, Et Ezechieli campus ille Ez. 37.
 cum osibus mortuorū , & illa eorum resur- Eza. 6.
 rectio, ut Esaïē sedens Deus, in conspectu e-
 ius Seraphin , & ara unde carbo assumptus
 Prophetē labia mundauit, manifestū est eū
 ignorare potuisse, utrū in corpore an extra
 corpus ea uiderit. Sed si extra corp̄ visa sint,
 & corpora non fuerunt, adhuc queri potest
 vtrū imagines corporū fuerint, an ea substā
 tia quæ nullam corporis similitudinē gerit,
 sicut Deus, sicut ipsa mens hominis uel intel- Quid si
 ligentia vel ratio, sicut uirtutes, prudētia, iu-
 stitia, castitas, charitas, pietas, quæcunq; alię
 sunt quas intelligendo atq; cogitando, enu-
 meramus, & discernimus, & definimus: non
 utique intuentes linea menta earum uel colo-
 res aut quō sonent, aut quid redoleant, aut
 qd in ore sapiāt, aut qd cōtrestantibus de ca-
 lone seu frigore, mollitudine seu duritiae, le-
 nitate seu aperitate renūciēt, sed alia quadā
 uisio, alia luce, alia rerū euidentia, & ea
 longe ceteris prestantiore atq; certiore. Rur-
 sus igitur ad eadē ipsa Apostoli uerba redea- K
 mus, & ut ea diligentius perscrutemur, hoc
 sine dubitatione primitus cōstituto multo-
 magis atq; incōparabiliter amplius Aposto-
 lū scissem, q; de icorporea corporeaq; natura
 nos ut sciamus utcūq; conanur. Si ergo scie-
 bat, spiritualia p̄ corpus, corporalia extra cor-

DE GENESI AD LITERAM

pus videri oīno nō posse, cur nō per ea ip-
 sa, quæ vedit qūo ēt potuerit videre disser-
 nit? Si. n. certus erat * ille esse spiritalia cur
 nō consequenter extra corpus ea se vidisse
 certus nihilominus erat? Si aut̄ corporalia
 esse nouerat, nō nisi per corpus videri potui-
 se, cur nō ēt mouerat? Vnde ergo dubitat vtrū
 i corpore an extra corpus ea viderit, nisi for-
 te ita ēt dubitet, vtrū illa corpora an simili-
 tudines corporū fuerint? Prius itaq; videa-
 mus quid sit in verborū istorū * connexione
 zionem. Vnde non dubitet, atq; ita cū remanserit vñ
 dubitet, fortassis ex his de quibus nō dubi-
 tat, qūo ēt illud dubitet apparebit. Scio, inqr,
 2. Cor. hoīem in Christo an annos quatuordecim,
 12. siue in corpore nescio, siue extra corpus ne-
 scio, Deus scit, raptū eiusmodi vñq; in ter-
 tiū celū. Scit ergo ante annos quatuordecim
 in Christo raptū hoīem vñq; ad tertium celū,
 hoc oīno non dubitat, nec nos ergo dubite-
 mus: sed vtrū in corpore an extra corpus, du-
 bitat: vnde illo dubitate, qd nostrū certus eē
 audeat? Nū forte hinc ēt illud cōsequēs erit,
 vt tertium celū fuisse dubitemus, quo raptū hoī
 minē dixit? Si. n. res ipsa demonstrata est, ter-
 tiū celū demonstratū est. Si aut̄ imago ali-
 qua corporaliū similis facta est, nō erat illud
 tertium, sed illa ostēsio sic ordinata est, vt vide-
 ref sibi ascēdere prīmū celū, sup qd videret
 alterū, quo rursus ascēdēs iterū alterū videret.
 sup qd videret superi, quo cū puenisset, pos-
 set dicere se in tertium celū raptū. Sed illud qd
 tertium celū esse quo raptus est, neq; dubitauit
 neq; dubitare nos voluit. Ad hoc n. pmisit,
 scio: & inde cepit, vt id quod se scire Apo-
 stolus dicit, solus ille nō credat verū esse qd
 non credit Apostolo. Scit ergo hominē ra-
 ptū eē vñq; in tertium celū: proinde illud in qd
 raptus est vere tertium celū est: non signū ali-
 quod corporale, quod cum ostēderet Moy-
 si, vñq; adeo sentiebat aliud esse ipsam Dei
 substantiam, aliud visibilem creaturam, in
 qua se Deus humanis & corporalibus sensi-
 bus presentabat, vt dicaret, Ostende mihi te-
 metipsum: nec aliqua imago rei corporalis,
 quam cum Ioannes videret in spiritu, que-
 rebat quid esset, eiq; respondebatur, vel ci-
 vitas est, vel populi sunt, vel aliquid aliud,
 cum videret ille bestiam siue mulierem, si-
 ue aquas, siue quid eiusmodi: Sed scio, in-
 quir, hominem raptum vñque in tertium ce-
 lum. Quod si spiritalem imaginē corpora-
 li similem celū appellare voluisset, sic erat 2. cor.
 etiā imago corporis eius in qua illuc raptus 11.
 ascenderat. Sic ergo & suum corpus appella-
 ret, quanuis imaginē corporis, quomodo
 illud celū, quanuis imaginē celī; neq; cura-
 ret discernere quid sciret & quid nesciret,
 idest quia sciret raptū vñq; ad tertium celū;
 nesciret autē vitrum in corpore an extra cor-
 pus, sed simpliciter narraret visionem earū
 rerū nominibus appellans illa, qd vedit, qua-
 rum erant similia. Nam & nos dicim⁹ cum
 somnia nra narramus, vel aliquā in eis reue-
 lationē, vidi montē, vidi fluum, vidi tres
 homines, & si quid eiusmodi, ea nominati
 buentes illis imaginib⁹, qua habent res ip-
 se quarū similes erāt. Apostolus autē illud,
 inquit, scio, illud nescio. At si vtrungs; imagi-
 naliter apparuit, vtrungs; pariter scitur pariterue
 nescitur. Si autē proprie celū, & ideo
 scitur, quomodo potuit imaginaliter cor-
 pus illius hominis apparere? Nam si celū
 corporeum videbatur, quare latebat vtrum
 corporeis oculis videretur? Si autem incer-
 tum erat vtrum oculis corporeis an spiritu
 videretur, & ideo dictum est, siue in corpo-
 re siue extra corpus, nescio: quomodo non
 incertum & illud, vtrum vere celū corpo-
 reum videbatur, an imaginaliter ostendere?
 Itemq; si substantia incorporea videbatur,
 non in aliqua imagine corporis, sed ficut vi-
 detur iustitia, sapientia, & si qd eiusmodi, &
 hoc erat celū, id quoq; manifestum est, o-
 culis huius corporis videri aliquid tale nō
 posse: ac per hoc si aliquid tale se vidiisse scie-
 bat, non per corpus se vidiisse dubitare non
 poterat; Scio, inquit, hominē in Christo an-
 te annos quatuordecim. Hoc scio, nemo du-
 bitet qui mihi credit, sed vtrū in corpore an
 extra corpus, nescio, Deus scit. Quid ergo
 scis quod discernis ab eo quod nescis, ne
 credentes fallantur? Raptum, inquit, eundē celum
 hominem vñq; in tertium celū. At illud ce-
 lum aut corpus erat, aut sp̄ritus; Si corpus
 erat corporeis oculis visum est, cur illud ce-
 lum esse scitur, & in corpore visum esse ne-
 scitur? Si autem sp̄us erat, aut corporis imagi-
 nem prabuit, & tam incertum est vtrū cor-
 pus fuerit, quam incertum est vtrum in cor-
 pore visum sit: aut * sic visum est, quō vide-
 mente sapientia sine ullis imaginib⁹ cor-
 porum,

M
*Quid
fuerit ce-
lū tertii.*
 Cap. 4.

20. 33.
 metipsum: nec aliqua imago rei corporalis,
 quam cum Ioannes videret in spiritu, que-
 rebat quid esset, eiq; respondebatur, vel ci-
 vitas est, vel populi sunt, vel aliquid aliud,
 cum videret ille bestiam siue mulierem, si-
 ue aquas, siue quid eiusmodi: Sed scio, in-
 quir, hominem raptum vñque in tertium ce-
 lum.

Visori⁹ ge-
 nera tria
 Cap. 6.

D
 Max. 22

o
 sp
 cc
 ip
 tri
 est
 ten
 lis
 co

11.
 Al. 4.

potum, & nihilominus certū est videri non
 potuisse per corpus: aut ergo vtrungs; certū
 est aut vtrungs; incertū: aut quō certū quod
 visum est: incertum autē per quod visum est:
 Manifestum est. n. incorpoream naturam ab
 eo videri non potuisse per corpus. Corpora
 vero ēt si possunt videri sine corpore, nō vti
 que sic videntur per corpus, sed longe ille
 dispar modus est si quis est. Vnde mirū si pos-
 set Apostolum tanquā simili modo fallere,
 C aut ad dubitationem cogere, ut si corporeū
 cēlū incorporeis oculis uidit, incertum sibi
 esse diceret vtrū in corpore an extra corpus
 id viderit. Restat ergo fortasse, vt qm̄ mētiri
 non posset Apostolus, qui tanta cura egit vt
 discerneret quid sciret & quid nesciret, hoc
 ipsum eū ignorasse intelligamus, vtrum qn̄
 in'ertiū cēlum raptus est, in corpore fuerit,
 quō est anima in corpore, cū corpus uiuere
 dī, siue uigilantis, siue dormientis, siue in ec-
 stasi à sensibus corporis alienata, an omnino
 de corpore exierit vt mortuū corpus iace-
 ret, donec peracta illa demonstratione mem-
 bris mortuis anima redderetur, & non quasi
 dormiens euigilaret aut ecstasi alienatus de-
 nuo rediret in sensus, sed mortuus omnino
 reuiuisceret. Proinde q̄ uidit raptus usq; in
 tertū cēlū, quod etiā se scire confirmat, pro-
 prie vidit non imaginaliter: Sed quia ipsa a
 corpore alienatio vtrū oīno mortuū corpus
 reliquerit, an scđm modū quendā viuentis
 corporis ibi anima fuerit, sed mens eius ad
 videnda vel audiēda ineffabilia illius visio-
 nis arrepta sit, hoc incertū erat, iō forscā di-
 xit. Siue in corpore siue extra corpus nescio
 Deus scit. Quod autē non imaginaliter sed p-
 nera tria Cap. 6.
 prie videtur & nō per corpus videf , hoc ea
 visione videtur: q̄ oēs ceteras superat. Harum
 species atq; differentias quantū me dñs adiu-
 uerit explicare curabo. Ecce in hoc vno pīce
 pto cū legi. Diliges proximū tuū tanq̄ teip-
 sum, tria genera visionū occurront. Vnū per
 oculos, quibus ipse literē uidentur: alterū p
 spiritum hominis, quo proximus & absens
 cogitur: tertū per contutum mentis, quo
 ipsa dilectio intellecta conspicitur. In his
 tribus generibus illud primum manifestum
 est omnibus: in hoc enim videtur cēlum &
 terra & omnia quē in eis cōspicua sunt ocu-
 lis nostris. Nec illud alterum quo absentia
 corporalia cogitantur, insinuare difficile
 est. ipsum quippe cēlū & terrā & ea quae in
 eis videre possumus, etiā in tenebris consti-
 туti cogitamus: vbi nihil videntes oculis cor-
 poris, animo tñ corporales imagines intue-
 mur: seu veras, sicut ipsa corpora videmus
 & memoria retinemus: seu fictas, sicut cogi-
 tatio * imaginari potuerit. Aliter enim co-
 gitamus Chartaginē quā nouimus, aliter Ale-
 xandriā quā non nouimus. Tertiū vero illud
 quo dilectio intellecta cōspicitur, eas res cō-
 tinēt quā nō habent imagines sui similes, q̄
 non fuit quod ipse. Nā homo vel arbor vel
 sol, & quæcunq; alia corpora, siue cēlestia si
 ue terrestria, & præsentia videntur in suis for-
 mis, & absentia cogitantur imaginibus ani-
 mo impensis, & faciūt duo genera vīforū,
 vnū per corporis sensus, alterū per spiritū
 quo illæ imagines continentur. Dilectio autē
 nūquid aliter videtur præsens in specie qua-
 est & aliter absens in aliqua imagine sui * si-
 milis. Non vtiq; sed quantū mēte cerni pōt,
 ab alio magis, ab alio minus ipsa cernitur.
 Si autem aliquid corporalis imaginis cogi-
 tatur, non ipsa cernitur. Hæc sunt tria genera
 visionū de quibus & in superioribus libris
 aliquid diximus sicut res postulare videbaſ,
 non tamē earum numerum commemora-
 uiimus: & nūc breuiter eis insinuatis, qm̄ su-
 scepta questio flagitat, vt de his aliquanto
 vberius differamus, debemus ea certis & cō-
 grui signare nominibus, ne assidue circum-
 loquendo moras faciamus. Primū ergo ap-
 pellemus corporale, quia per corpus percipi-
 tur & corporis sensibus exhibetur. Secundū
 spiritalē, quicquid enim corpus nō est, & tñ
 aliud est, jā recte spiritus dici: & vniq; nō
 est corpus quāuis corpori similis sit imago
 absentis corporis, nec ille ipse obtutus quo
 cernitur. Tertiū vero intellectuale, ab intelle-
 ctu, quia mentale a mente, ipsa vocabuli no-
 uitate nimis absurdū est vt dicamus. Horum
 vocabulorū rationē si subtilius reddā, & p-
 lixior & perplexior sermo erit, cum hoc vel
 nulla, vel certe non tanta necēsitas exiga: fa-
 tis est ergo scire corporale aliquid vel pro-
 prie dici cū de corporibus agitur, vel ēt trā-
 lato vocabulo, sicut dictum est, quia in ipso
 inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor-
 poraliter. Neq; enim diuinitas corpus est,
 sed quia sacramenta veteris testamenti ap-
 pellat vmbras futuri, propter vmbraum

comparationē corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinē diuinitatis: q̄ in illo impleatur omnia q̄ in illis vmbbris figurata sunt, ac si quodāmodo vmbra illarū ipse sit corpus, hoc est, figurarū & significationū illarū ipse sit veritas. Sicut ergo ipse figure significatiuē, translatō vtiq; vocabulo, nō proprie dicta sunt vmbrae, ita & q̄ ait plenitudinē diuinitatis corporaliter habitare, translatō verbo v̄sū est. Spiritale aut̄ pluribus modis dī,

I.C. 15. Nā & corpus q̄ futurum est in resurrectione sanctorū, spiritale appellat Apostolus: vbi ait

G Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale: eo q̄ miris modis ad oēm facilitatē & incorruptionē spiritui subdatur, & sine vlla īdīgentia corporalū alimentoū solo viuiscetur spū, nō q̄ incorporeā substantiā sit habiturū: neq; n. & hoc corpus quale nūc habemus anima habet substantiā, & hoc est

Spiritus
vocabulū
[πνεύμων]
ps. 148. q̄ anima, quia dictū est animale. Itē spū dī, vel aer iste, vel flatus eius, i. motus eius, sicut dictū est: Ignis, grando, nix, glacies, spū tempestatis. Dī etiam spū anima, siue pecoris, siue hominis, sicut scriptū est, Et quis scit spiritus filiorū hominis si ascendat ipse sursum, & spiritus pecoris, si descendat ipse deorsum in terram? Dī spiritus & ipsa mens rationalis vbi est quidam tanquā oculus anime ad quē

Ephes. 4. p̄tinet imago & agnitiō Dei. Vnde dicit Apo stolus, Renouamini spiritu mentis vestre, & induite nouum hominē qui secundū Deum creatus est: Cū & alibi dicat de interiore hominē, Qui renouatur in agnitione Dei secundū imaginē eius qui creauit eū. Item cū dixisset, Igit̄ ipse ego mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati: Alio loco eandem s̄niā cōmemorans, Caro, inquit, concupisces aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, vt non ea que vultis faciatis: quam dixit mentem, hanc ēt spiritum appellauit. Dī spiritus etiam Deus, sicut ait dñs in Euangelio:

H Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Ex his omnibus modis quos cōmemorauimus quibus appellatur spiritus, non traximus hoc vocabulū quo appellauimus spiritale hoc visionis genus de quo nūc agimus, sed ex illo uno modo quem inuenimus in epistola ad Corin thios, quo spiritus à mente distinguitur eu dentissimo testimonio. Si. n. orauero, inquit, lingua spiritus meus orat, mēs aut̄ mea in fru-

ctuosa est. Cum ergo lingua intelligatur hoc loco dicere obscuras & mysticas significatio nes, à quib; si intellectū mentis remoueas, ne mo adificatur, audiendo q̄ non intelligit, vnde ēt dicit, Qui. n. loquitur lingua, nō homi nibus loquitur sed Deo: nemo. n. audit, spiri tus aut̄ loquitur mysteria: fatis indicat eam se linguam hoc loco appellare, vbi sunt significaciones velut imagines rerum ac similitudines, quæ vt intelligentur, indigent mentis intuitu. Cum autem non intelliguntur, in spiritu eas dicit esse, non in mente. Vnde apertius ait, Si benedixeris spiritu, quis supplet locū idiota? Quō dicit amen super tuam benedictionem, quandoquidem nescit quid dicas? Quia ergo etiam lingua, i. membro corporis quod mouemus in ore cum loquimur, signa vtiqe rerū dantur, non res ipsae proferuntur; propterea translatō verbo linguam appella uit quamlibet signorum prolationem prius quam intelligentur: quo cū intellectus accesserit, qui mentis est proprius, sit reuelatio, vel agnitiō, vel prophetia, vel doctrina. Proinde ait, Si venero ad vos linguis loquēs, quid vobis prodero nisi loquar vobis in reuelatione aut in agnitione aut in prophetia aut in doctrina? idest cum signis hoc est linguae accesserit, intellectus, vt non spiritu tantum, sed ēt mente agatur quod agitur. Proinde quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accesserit mentis officium, vt etiam intelligentur, nondū erat * Prophetia. Magisq; propheta erat qui interpretabatur quod a ius vidiisset quā ipse qui vidisset. Vnde appetat magis ad mentem pertinere prophetiam, quam ad istum spiritū qui modo quodam proprio vocatur spiritus, vis animæ quædam mente inferior, vbi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Itaque magis Ioseph propheta, qui intellexit quid significarent septē tripicē & septem boues q̄ Pharaō qui eas vidiit in somnis. Illius enim spiritus informatus est vt videret, huius mens illuminata vt intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua, in isto prophetia, qā in illo rerū imaginatio, in isto imaginationū interpretatio. Minus ergo propheta qui rerū q̄ significātur sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines videt, & magis propheta qui solo eorum intellectu prædictus est: sed & maxime propheta,

I.C. 14. - 1103 - 11

Dani. 2.
C. 4.

I.C. 14.

Intelle-
ctuale.
Cap. 10.

M. lis
Exempla
risonū.
Cap. 11.

All. visio
num.

Gen. 41.

Mat. 22.

pro
tri
lig
po
mu
spī
tal
co
sub

phata, qui vtrōq; p̄cēllit, vt & videat in spiritu corporaliū rerū significatiuas similitudines, & eas visiūtate mentis intelligat, sicut
 Dani. 2. Danielis excellentia tentata & probata, qui regi & somniū quod viderat dixit, & quid significaret aperuit. Et ipse quippe imagines corporales in spiritu eius expresse sunt, & earū intellectus reuelatus in mente. Ex hoc ergo mō quo appellatur in ista distinctione sp̄s, secundū quem dixit A postolus, Orabo spiritu, orabo autem & mente, vt &c signa re

1. C. 24.

L rū formarentur in spiritu, & eorū refulgeret intellectus in mente, secundū hanc, inquam, distinctionē spiritale nunc appellauimus tale

Intelle-
ctuale. Cap. 10.

genus visorū quali etiā corporū absentiū imagines cogitamus. Intellectuale aut illud excellētus quod mentis est propriū. Nec mihi occurrit omnino ita pluribus modis dici posse intellectū, sicut spiritum multis modis appellatū esse cōperimus. Sicut autem intellectuale dicamus siue intelligibile, hoc idē significamus. Quanquā nō nihil interesse nō nulli uoluerunt, vt intelligibilis sit res ipsa q̄ solo intellectu percipi potest, intellectus autem mens q̄ intelligit: sed esse aliquā rem q̄ solo intellectu cerni possit, ac non etiā intelligat, magna & diffīlis quæstio est. Esse autem rem q̄ intellectu percipiāt, & nō etiā intellectu percipi possit, non arbitror quenquā uel putare uel dicere. Mens quippe non uideatur nisi mente. Quia ergo uideri potest, intelligibilis, quia & videre, intellectus

M Exempla visionis. Cap. 11.

All. visio-
num.

MS. 22.

Prophetia. 9.
Al. 1. pro-
phetia.

Gen. 41.

K

B

A. 7. 10.

Aug. Tomus tertius. Ff 3 que

tu cogitari, sed sola mente, id est intellectu cognosci & percipi. Corporalis sane visio nulli horum generi pr̄sident, sed quod per eam sentitur, illi spirituali tanquā pr̄sidenti nunciatur. Nam cū aliquid oculis cernitur, continuo fit imago eius in spiritu, sed nō dignoscitur facta, nisi cū ablatis oculis ab eo quod per oculos uidebamus, imaginem eius in animo inuenerimus. Et si quidem spiritus irrationalis est ueluti pecoris, huc usq; oculi nū ciāt. Si autē anima rationalis est, etiā intellectu nunciatur qui & spiritui pr̄sident, ut si il lud quod hauserunt oculi atq; id spiritui ut eius illic imago fieret nunciauerunt, alicuius rei signū est, aut intelligatur cōtinuo quid significet, aut queratur, quoniam nec intelligi nec requiri nisi ofūcio mentis potest. Videlicet rex Balthazar articulos manus scribētis in parte, continuoq; per corporis sensum imago rei corporaliter facta spiritui eius impressa est, atq; ipso usq; facto ac pr̄terito illa in cogitatione permanest: uidebatur in spiritu, & nondū intelligebatur, nec tunc intellectu erat hoc signum cum corporaliter fieret, atque oculis corporalibus appareret, iā tamē signū esse intelligebatur, id habens ex mentis officio. Et quia requirebatur quid significaret, etiam ipsam inquisitionē utiq; mens agebat. Quo non comperto Daniel accessit, & spiritu propheticō mente illustrata, perturbato regi quid illo signo portendere aperte, ipse potius propheta per hoc genus uisionis, quod mentis est propriū, q̄ ille qui & signū corporaliter factū uiderat, & transacti eius imaginē in spiritu cogitando cernebat, nec aliqd intellectu poterat, nisi nosse signū esse, & quid significaret inquirere. Videlicet Petrus in alienatione mentis uas qualuor lineis alligatū submitti de celo plenū uarijs animalibus, cū audiuit uocē, macta & manduca. Qui cū redditus sensibus de usu disceptaret, ecce quos Cornelius miserat, nūcianit ei sp̄s dicens, Ecce uiri q̄rū te: sed surge descēde & uade cū illis, q̄ ego misi eos. Qui cū uenisset ad Cornelium, quid in illa uisitione intellectu uiderit, ubi audierat. Quæ Deus mandauit, tunc communia dixeris: ipse indicauit dicens, Sed mihi Deus ostendit neminem cōmūne aut immundū hominem dicere. Cur ergo illum discum uideret, alienatus à corporis sensibus, & illas uoces macta & manduca, &

Dani. 5.

tria uideantur genera. Cum enim legitur, diliges proximum tuum tanquam te ipsum: corporaliter literæ videntur spiritualiter proximus cogitatur, intellectualiter dilectio conspicitur. Sed & literæ absentes possunt spiritualiter cogitari, & proximus p̄sens potest corporaliter uideri: dilectio autem nec per subtiliam suam potest oculis corporis certi, nec per imaginem corpori similem spiri-

qua Deus mundauit, tu communia ne dixeris: in spiritu audiebat? Redditus aut corporis sensibus, id ipsum quod visum atq; auditum memoria tenuerat, in eodem spiritu cogitando cernebat. Quia omnia non corporalia, sed corporaliū imagines erant, siue cū primū in ipsa alienatione visae sunt, siue cū postea recordat atq; cogitatae. Cū vero disceptabatur & requirebatur ut illa signa intelligerentur, mentis erat actio conantis, sed deerat effectus donec bunciani sunt qui venerantur a Cornelio:

Chaec vero corporali etiam accidente visione, cū & spūsanctus rursus ei in spiritu diceret, Vade cū eis, vbi & illud signū ostenderat, & & impresserat voces, adiuta diuinitus mens intellexit, quid illis signis omnibus ageretur His atq; huiusmodi rebus diligenter consideratis satis appareret corporalē visionē referri ad spiritalē, eamq; spiritalem referri ad intellectualē. Sed cū vigilantes, neq; mēte à sen-

Imagine corporis alienata in visione corporali sumus, discernimus ab ea visionē spiritualē qua corpora absentia imaginaliter cogitamus, siue memoriter recordantes, quæ nouimus, siue quæ non nouimus, & tamen sunt, in ipsa spiritalē cognitione vtcunq; formantes, siue, quæ omnino nusquam sunt, pro arbitrio vel operatione fingentes. Ab his omnibus ita discernimus illa corporalia, quæ videmus, & in quibus presentibus sunt sensus corporis nostri, ut non dubitemus hæc esse corpora, illas vero imagines corporū. Cum autem vel nimia cognitionis intentione, vel aliqua vi morbi, ut in phreneticis & per febrē accidere solet, vel commixtione cuiusquam alterius spiritus seu boni, ita corporaliū rerū in spiritu exprimuntur imagines, tanquam ipsis corporis sensibus corpora praesentetur manente tamen etiam in sensibus corporis intentione, sic videntur quæ in spiritu sunt imagines corporum, quemadmodum corpora ipsa per corpus: ita ut simul cernatur & homo aliquis praesens oculis, & absens a lius spiritu tanquam oculis. Nā experti sumus sic affectos, & cum eis locutos qui vere aderat, & cū eis qui non aderant tanquam adfident. Resipescentes autem aliqui referunt quod vidissent, aliqui non possunt. Sic n. & lomnia quidam obliuiscuntur, quidam meminerunt. Quando autem penitus auertitur atq; abripitur animi intentio à sensibus corporis, tunc

magis ecclasis dici solet. Tunc omnino quacunq; sint praesentia corpora est patetib. oculis non videntur, nec vllæ voices, prorsus audiuntur: totus animi contutus aut in corporū imaginib; est per spiritalem, aut in rebus in corporis nulla corporis imagine figuratis per intellectualē visionē. Sed cū spiritualis visio penitus alienata à sensibus corporis animo imaginibus corporaliū detinetur, siue in somnis siue in ecclasi, si nihil significant, quæ videntur ipsius animæ sunt imaginationes. Sicut etiam vigilantes & sani, & nulla alienatione moti multorum corporū quæ non afflunt sensibus corporis cogitatione imagines versant. Verum hoc interest, q; eas à presentibus verisq; corporibus constanti affectione discernunt. Si autem aliquid significat, siue dormientibus exhibeantur siue vigilantibus, cū & oculis videt praesentia corpora, & absentium imagines cernunt spū tanquam oculis presto sint, siue illa quæ ecclasis dicitur alienato procul animo à sensibus corporis mirus modus est. Si commixtione alterius spiritus fieri potest ut ea, quæ ipse fecit per huiusmodi imagines ei cui miscetur ostendat, siue intelligenti, siue ut ab alio intellecta pandantur. Si enim demonstrantur hæc, non ut in corpore demonstrari possunt, quid restat nisi ut aliquo spū demonstrentur. Non nulli quidem volunt animam humanam habere, vim quandam divinationis in seipso. Sed si ita est, cur non semper potest, cū semper vellet? An quia non semper adiuuatur ut possit? Cū ergo adiuuatur, nunquid à nullo aut à corpore ad hoc adiuuari potest? Proinde restat ut à spiritu adiuuetur. Deinde quomodo adiuuatur, ut in corpore sit aliquid, ut F

inde quasi relaxet & emicet eius intus, quo in id veniat ubi in seipso videat significantes similitudines, quæ ibi iam erant nec videbatur, sicut multa habemus & in memoria quæ non semper intuemur. An sunt illæ quæ ante non fuerant, vel in aliquo spiritu sunt, quo illa erumpunt & emergens ibi eas videat? Sed si iam in illa erant quasi propria: cur eas non est cōfitebatur intelligit? Aliqñ enim, immo plerumq; non intelligit. An sicut spiritus eius adiutus est ut eas in le videat, ita & mens nisi adiuuetur, ea quæ habet spiritus intelligere non potest? An forte non corporea remouentur, vel quasi relaxantur, impedimenta, ut suo impetu anima in ea, quæ videnda sunt

I. Co. II.
I. Co. 12.
Apparitiones spirituum.
Cap. 14.

sunt exeratur, sed ipsa proorsus in hęc assumi-
tur, siue tū spiritualiter cernenda, siue et intel-
lectualiter cognoscenda? An aliquā in iēipsa
videt ista: aliquā per alterius spiritus cōmix-
tionem? Quicquid horū est temere afirmari
non oportet. Illud tū dubium esse nō debet,
corporales imagines quae spiritu cernuntur
nō semper signa esse aliarū rerū, siue in uigil-
antib. siue in dormientibus, siue in agrotan-
tibus. Mirum est aut si aliquā ecclasi fieri po-
test, ut non illæ corporaliū rerū similitudines
aliquid significant: non sanè mirum est si
et dēmonium habentes aliquā uera dicunt quæ
absunt a præsentium sensibus, q̄ certe nescio
qua occulta mixtura eiusdē spiritus sit, ut tā-
quā unus sit patientis atq; uexantis. Cū autē
spiritus bonus in hęc uia humanū spiritum
assumit aut rapit, nullo modo illas imagines
signa rerū aliarum esse dubitandum est, & ea
rum quas nosse utile est, Dei. n. munus est.
Discretio sanè diffīcillima est cum spiritus
malignus quasi trāquillus agit, ac sine aliqua
uexatione corporis assumpcio humano spiri-
tu dicit, q̄ potest; qn̄ etiam uera dicit & utilia
prædicat, transfigurans se sicut scriptum
est, uelut in angelum lucis, ad hoc ut cum il-
li in manifestis bonis creditum fuerit, sedu-
cat ad sua. Hunc discerni non arbitror, nisi
dono illo de quo ait Apostolus, cum de di-
uersis Dei muneribus loqueretur, alij discre-
tio spiritum. Non. n. magnū est tunc eū di-
scernere cū ad aliqua peruererit uel produ-
xerit quæ sunt contra bonos mores uel regu-
lam fidei. Tunc. n. a multis discernitur. Illo au-
tem dono in ipso primordio quo multis ad-
huc bonus appetet, continuo dijudicatur an
malus sit. Tn̄ & per corporalem uisionem &
per imagines corporalium quæ dēmonstrā-
tur in spiritu, & boni instruunt: & mali fal-
lunt. Intellectualis aut uisio non fallitur. Au-
enim non intelligit qui aliud opinatur q̄ est,
aut si intelligit continuo uerum est. Quid. n.
faciant oculi non habent cum simile corpus
uiderint, q̄ ab alio discernere non possint:
aut quid faciat animi intentio cum spiritu fa-
cta fuerit corporis similitudo quā non ua-
leat distinguere a corpore? Sed adhibetur in-
tellectus querens quid illa significant uel uti-
le doceant: & aut inueniens ad fructum suū
peruenit, aut non inueniens in disceptatione
se tenet, ne aliqua pernicioſa temeritate pro-

labatur in exitiabilem errorem. Indicat autē

sobrius intellectus diuinitus adiutus, quæ uel

quanta sint, in quibus est aliud putare q̄ est nō

fit animę permittiosum. Nec. n. putantium pe-
riculo, & non potius exitio suo quisq; a bo-
nis putatur bonus, et si occultus sit malus, si

in reb. ipfis, i. in ipso bono quo sit quisq; bono

non erretur. Aut aliiquid obest omnibus

hominibus, q̄ cum dormiunt uera corpora

esse arbitrantur, quorū similitudines in som-
nis uidentur. Aut aliiquid obfuit Petro, q̄ solu-

to se a uinculis, se q; angelo deducente factū

est repentina miraculo, ut putaret le uisum

uidere. Vel cum in illa ecclasi respondit, ne-

quaquam dñe, quia nunquā manducaui om-

ne cōe, & immundum, putans ea ipsa quæ in

disco demontrabantur tanquā uera anima-
lia: hęc qn̄ aliter inuenta fuerint q̄ putata sūt

cum uiderentur, non nos pēnitet ita nobis

fuisse uila, si non arguatur uel infidelitas du-
ra, uel opinatio uana siue sacrilega. Quapropter

& cum uisib. corporalib. diabolus fallit,

nihil obest q̄ ludificantur oculi, si non erra-
tur in ueritate fidei, & intelligentia sanitatis,

quæ docet Deus subiectos sibi. Aut si ludifi-
cat animam spirituali uisione imaginibus cor-

porum, ut puet corpus esse quod nō est, nō

aliquid obest animę, si pernicioſe stuationi

non consentiat. Vnde aliquā fit quæſtio de cō-

ſenſionib. ſomniantium, cum etiam concē-
bere ſibi uidentur uel contra propositū ſuū,

uel contra etiam licitos mores. Quod nō cō-

ttingit niſi cum ea quæ uigilantes etiam cogi-
tamur, non * complacito conſenſionis, ſed

ficut et talia propter aliquid loqmur, ſic ad-
mouentur in ſomniis, & exprimuntur, ut eis

naturaliter etiam caro moueat, & quod na-
turaliter colligit, per genitales uias emittat:

ſicut hoc ipsum dicere utique non possem,

niſi et cogitarem. Porro imagines rerū cor-

poralib. quas necessario cogitauit ut hoc dice-

K rem, ſi tāta expreſſione p̄ſentetur in ſom-
niis quanta p̄ſentantur corpora uigilanti-
bus, fieret illud quod ſine peccato fieri a ui-
gilante non poſſet. Quis enim uel cū loqui-
tur, & poſtulatē necelitate sermonis de lu-
concupiſu aliquid dicit, poſſit non cogitare

quod dicit? Porro ipsa phantasia quæ fit in

cogitatione fermocinant, cum ita expreſſa

fuerit in uisione ſomniantis ut iner illam

& uerā cōmixtionem corporum nō diſcer-

AET. 12.

AET. 10.

Somni.

Venera.

Cap. 15.

Al. l. ei-

placito.

natur, cōtinuo mouetur caro, & sequitur q̄ euā mōtū sequi solet: cū hoc tam sine pētō fiat, q̄ sine pētō à vigilātē dī, q̄ vt diceretur, sine dubio cogitatum est. Verumt̄ pp animā affectionem bonā quae desiderio meliore mūdata multas interficit cupiditates, qua ad naturalem carnis motū nō pertinent, quē casti vigilantes cohībent & refrenant, dormientes aut̄ ideo non possunt, quia nō habēt in p̄tātē quae admoueat expressio corporalī imaginis quae discerni non possit à corpore. Propter illam ergo affectionem animā bonam, ēt in somnis quādā eius merita clarent. Nā ēt dormiens Salomon, sapientiā p̄ posuit omnibus rebus, eamq; neglectis exceptis est precatus à dño. Et sicut scriptura testatur, placuit hoc corā dño nec distulit retributionem boñi pr̄n desiderio bono. Quę cum ita sint, pertinet corporis sensus ad vīa corporalia, qui per quinq; quasi riūulos distanter valentes distribuitur; cū illud q̄ est subtillissimum in corpore & ob hoc animā vicinus q̄ cetera, i. lux, primum per oculos sola diffunditur, emicatq; in radīs oculorum ad visibilia conuēnda: deinde mixtura quadā, primū cum aere puro, secundo cum aere caliginoso atq; nebuloso, tertio cū corpulentiore humore, quarto cū terrena crāstitudine, quinq; sensus cum ipso, vbi sola excellit, oculorum sensu efficit, sicut in libro quarto, itemq; in septimo differuisse me recolo. Est aut̄ hoc cēlum oculis conspicuū, vnde lumenaria & sydera effulgent excellentius vtique omnib. corporeis elementis, sicut oculorum sensus excellit in corpore. Quia vero spiritus omnis omni est corpore sine dubitatione pr̄stantior, sequitur vt non loci positione, sed naturae dignitate pr̄stantior sit natura spiritalis isto corporeo cēlo: ēt illa vbi rerū corporaliū exprimitur imagines. Hic existit quiddā mirabile, vt cū prior sit corpore spiritus, & posterior corporalis imago q̄ corpus, tñ quia illud q̄ tpe posterius est, sit in eo q̄ natura prius est, pr̄stantior, sit imago corporis in spiritu, q̄ ipsum corpus in substātia sua. Nec sanè putandum est facere aliquid corpus in spiritu, tanquam spiritus corpori facienti, materiā vice iubdatur. Omni. n. modo pr̄stantior est qui fecit, ea re de qua aliquid facit: neq; vlo modo spiritu pr̄statiū est corpus, imo p̄spicuo modo spiritus cor-

pore: quamvis ergo prius videamus aliquod corpus q̄ antea non videramus, atque inde incipiāt imago eius esse ī spiritu nostro, quo illud cū absens fuerit recordemur, tñ eandē eius imāgīnē non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit celeritate mirabili, q̄ ineffabiliter longe est à corporis tarditate: cu ius imago mox vt oculis vītūm fuerit, in spiritu videntis nullius puncti temporalis interpolatione formatur. Itemq; in auditu, nisi in auribus perceptae vocis imāgīnē continuo spiritus in seipso formaret ac memoria retinaret, ignoraretur secunda syllaba vtrum secunda esset, cū iam prima vtiq; nulla esset, quae percussa aure trāsiret: ac sic locutionis vītū omnis cantandi suauitas, omnis postremo in actibus nostris corporalīs motus dilapsus occideret, neq; vllū progressum nancisceretur, si transactos corporis motus meinoriter spiritus non teneret, quib. consequentes in agendo connecteret. Quos vtiq; non tenet nisi uniginaliter à se factos in se. Ipsarum ēt futurārum motionū imāgines pr̄ueniūt fines actuū nostrorum: quid n. agimus per corpus q̄ non cogitando pr̄occupauerit spiritus, omniumq; visibilū operū similitudines in seipso primitus viderit, & quodāmodo displiceret? Que spiritalē corporalī similitudines in animo nostro, quemadmodū innotescat spiritibus ēt immundis, vel quid obstatū patiatur anima nostra ex isto terreno corpore vt eos inuicē in nostro spiritu videare nequeamus, inuenire & explicare difficile est. Certis imis tñ indiejs apud nos constitutis enūciatis à dēmonib. cogitationes hominū, qui tñ si virtutū internam speciem poscent in hominib. cernere, non tentarent. Sicut illam in lob nobilē ac mirabilē patientiā procul dubio si posset diabolus cernere, nollerat tētato vtiq; superari. Ceterū alicubi longe iam facta q̄ nunciant, quae post aliquot dies vera esse firmentur, non est mirandū. Possunt. n. hoc efficere, non solū acrimonia cernendi ēt corporalia incōparabiliter pr̄stantiore q̄ nostra est, sed ēt ipsorum corporū longe vīque subtiliorū mira velocitate. Cōperimus ēt in domo constitutum patientē spiritū immūdū, dicere solere qñ ad eum venire cōp̄is: set ex duodecim millibus presbyter, & per omnia loca itineris vbi esset, & qui propinquaret, & qñ ingredereetur & fundum & do-

mum & cubiculū, donec in conspectu eius astaret. Quæ omnia & si non oculus patiens ille cernebat, tñ nisi aliquo modo cerneret, non tā veraciter enunciaret. Erat aut̄ iste febriens, & tanquā in phrenesi ista dicebat. Et forte re vera phreneticus erat, sed pp̄ ista de moniū pati putabat. Nullū refectionis cibū accipiebat à suis, sed a solo presbytero. Ref. Al. l. quā sūm. stebat ēt suis violenter * qui valebat, solo p̄s bytero veniente quiescebat, illi tñ subditus erat, & subdite respondebat. Nec tñ eidē sal-

Al. l. c̄st.
Al. l. par-
cebatur.

C tem presbytero illa cesit mentis alienatio, sive dōmoniū, nisi cū sanus esset a febribus, sicut phreneticī sanari solēt, nec aliqñ postea tale aliquid passus est. Nouimus ēt sine du Phrene- bitatione phreneticū futurā mortem cuiusdā feminā prædictissē, non sanē specie diuinandi, sed tanquā factum ac præteritū recollectem. Nam cū eius apud eum cōmemoratio fieret, mortua est, inquit, ego eam vidi efferti, haec cū ejus corpore transferunt, cū illa incolūmis vīneret. Post paucos aut̄ dies repete defuncta & per eū locum elata est, qua il-

Al. l. nūf.

Puer. e. grotans. Iā prædixerat. Fuit tunc apud nos puer, qui in exordio pubertatis dolorē acerrimum genitium patiebatur, medicis nequaquā valētibus quid illud esset agnoscere, nisi q̄ nervus ipse introrsum recōditus erat: ita vt nec

Canse vi
sionum.

Cap. 18.

præcisō præputio q̄ immoderata longitudine propendebat apparere potuerit, sed postea vix esset inuentus. Humor aut̄ viscosus & acer exudās testes & inguina vrebatur. Sed acutum dolorē non continuū patiebatur, & cū patiebatur, eiulabat vehementer cum iactatione membrorum mente sanissima, sicut in cruciatiib. corporaliū dolorū fieri solet. Deinde inter voces suas arripiebatur ab omnibus sensibus, & iacebat patētibus oculis neminem circumstantiū videns, ad nullam vellicationē se mouens. Post aliquantū euigilās, nec iam dolens, quæ viderat indicabat. Tum interpositis paucis diebus eadem patiebatur. In omnibus sanē vel penē omnibus visionibus suis, duos se dicebat videre, vnum proue- B toris ætatis, alterū puerum, a quibus ei dicebantur vel demonstrabantur quæ se audisse & vidisse narrabat. Vedit quodā die chorū priorū psallentium, latantiū in luce mirabilis, & impiorū in tenebris diuersas & atrocissimas pēnas, illis duecentibus & ostendentib. felicitatis aliorū, aliorūq; infelicitatis me-

D ritum insinuantibus. Hoc aut̄ vidit die dñicē Pascha, cum per totā quadragesimam nihil doluisse, * q̄ vix internallo tridui anteā p̄ tiebatur. Viderat aut̄ in ipso ingressu quadragesimæ illos promittentes sibi q̄ per quadrangita dies nullū sensurus esset dolorē, postea ipsi ei dederunt tanquam medicinale consilium, vt ei præputij longitudine præcideretur, quo facto diu non doluit. Cum vero iterum similiiter doleret, & similia videre cepisset, accepit ab eis rursus consiliū, vt in mare p̄bētēnus intrarer, ac post aliquantā morā inde discederer, promittentib. sanē q̄ iam deinceps vehementē illum dolorē non esset pa- fferus, sed solius illius viscosi humoris molestia, atque ita secutum est. Nec vñquam tales aliquā postea passus est auerſionem mentis a sensibus, nec tale aliquid vidi, * quale antea cum in medijs doloribus & horrendis voci- bus repente obtumescens abriperetur. Postea tñ medicis cētera curantibus & sanantib. non permansit in proposito sanctitatis. Ista rum visionum & diuinationū causas & mo- dōs vestigare si quis potest certoq; compre- hendere, eū magis audire velle quam de me expectari vt ipse dislerā. Quid tñ p̄tē ita ut nec docti me tanquam confirmantē derideant, nec indocti tanquam docentem accipiāt, sed utriq; disceptantē & querentem potius quam scientē, non occultabo. Ego vi- fa ista omnia vīsis cōparo somniantū. Si- cut. n. aliqñ & hæc falsa, aliqñ aut̄ vera sunt, aliqñ perturbata, aliqñ tranquilla, ipsa autē vera aliqñ futuris omnino similia, vel aper- te dicta, aliqñ obscuris significationibus, & quasi figuratis locutionib. prænunciata; sic ērilla omnia. Sed amant homines inexperta mirari & causas insolitorū requirere, cū quo- tidiana plerunque talia ſēpe etiā latentioris originis nosse non curent. Nā quemadmodū in uocibus, hoc est, signis quibus loquendo utimur, auditio uerbo inuisitato, querunt primo quid sit hoc, & quid significet: quo cognito deinde querunt unde ita dictum sit, cum tā multa sine cura nesciant, quæ in usu sermonis habent, unde ita sint dicta: sic cum aliquid inuisitatum in reb. acciderit, sive corporalib. sive spiritualibus, causas rationemq; solliciti inquirunt, & sibi reddi a doctoribus flagitant. Sōleo autem cū me quisque interrogat verbigratiā, quid sit cautus, & respon- deo,

Al. l. nūf.
sierat.

Perfici-
cū am-
num &
præmissū
Cap. 17.

Iob. I.

B

F

DE GENESI AD LITERAM

deo, prudētis vel acutis, nēc ei sufficit, sed
pēgit quārere vnde dīctus sit cautus, vici-
fīm referre & quārere vnde dīctus sit acutus,
q̄ nihilominus utique ignorabat, quia vīta-
tum nō men erat, patiēter eius originem ne-
sciebat. Quod autē nouum insonuit auribus,
parum putat nosse quid significando valet,
nisi ēt vnde dicatur exquirat. Quisquis ergo
ex me quārit, vnde visa corporalibus similia
in ecstasi apparet, quae raro accidit animę,
viciſſim quāro vnde apparet dormientib.

G q̄ quotidie sentit anima, & nemo istud multum curat inquirere. Quasi vero ideo minus mira sit talium natura vitorum, quia quotidiana est, aut ideo minus curanda, quia omnium est: aut si recte faciunt qui ista nō querunt, non rectius fecerint si nec in illa curiosi sint. Ego vero multo amplius admiror, multo q̄ maxime stupeo quanta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporum, quæ per corporis oculos viderit, q̄ fominantium vel et in ecstasi visiones. Que cunque tñ illa natura visorum est, proculdubio corpus non est. Hoc nosse cui non sufficit, vnde etiam existant, inquirat ab alijs, me ignorare confiteor. Illud plane exemploru experimentis colligi datur, sicut corporum pallor, rubor, tremor, vel etiam morbus ali-
19. qn̄ à corpore habet causas, aliqun̄ ab anima.

*Vnde nati ignorare contheor . Illud plane exempliorum
scatur vi experimentis colligi datur , sicut corporum
fisiones . pallor , rubor , tremor , vel etiam morbus ali-
Cap . 19. qn à corpore habet causas , aliquā ab anima .*

Cap. 19. qñ à corpore habet causas , aliquæ ab anima .

Cap. 19. qñ a corpore habet causas , aliquid ab anima .

A corpore quidem , cum vel humor iunctur , vel cibus vel aliquid aliud corpori iniectum extrinsecus . Ab anima vero cum vel timore turbatur , vel pudore , confunditur , vel irascitur , vel amat , vel si quid eiusmodi , nec immerito si id quod amat , & regit etiam cum vehementius exagit : ita & ipsi animæ vt in ea visa perget quæ non ei per lensus corporis nunciantur , sed per incorporealim substantiam , & ita perget ut nō discernat virum corpora sint an similitudines corporum , aliquando à corpore accedit , aliquando à spiritu . Et à corpore quidem : siue naturali vicisitudine , ut lunt via somniantum , dormire quippe à corpore est homini , siue aliqua malâ valetudine sensibus perturbatis , ut cum à phreneticis simul & corpora videntur , & via similia corporibus , tanquam & ipsa præ oculis absint : aut penitus interclusis , sicut fæpe male affecti morbo aliquo ingrauescente præfente corpore diu absentes , deinde hominibus redditi multa se vidisse dixerunt .

 uolens credit. Deinde querendum est, imo
 recolendū est, quam fidem tanta cōflictatio
 ne cōmendet Apostolus. Non n. quodlibet
 credere bonum est, nā unde est illud, Fratres
 nolite oī spiritui credere, sed probate spiri
 tu. I. I. n. 4

I. Co. 1.5

Gen. 15.
Rom. 4.Rom. 1.
I. Cor. 4.Al. 1. in
sendit.

Rom. 9.

Rom. 1.

Ioan. 19.

I. Re. 2.2.

C

Q̄d si
des tū. à
dī. c. 2.

DE SPIRITU ET LITERA AD MARCELLINUM

tum qui ex Deo est? Nec in laudib. charitatis
 q̄ diēlū est. Omnia credit: sic accipiendo
 est, vt charitati cuiuspiā derogandū sit; si nō
 q̄ audierit, statim crediderit. Quid q̄ eadem
 charitas admonet, nō facile de fratre mali ali
 quid esse credēdū. Et cū tale aliquid dī, hoc
 ad se magis iudicat pertinere ne credit. Po
 stremo ipsa charitas q̄ omnia credit, nō om
 ni spiritui credit: ac per hoc omnia quidem
 credit, sed Deo: quia nō dictū est, Omnia cre
 dit. Nulli itaq; dubiū est eam fidē ab Aposto
 lo cōmendari, qua creditur Deo. Sed adhuc
 est aliquid ad discernēdū, qm & illi qui sub
 lege sunt, & timore pēnae iustitiam suā face
 re conantur: & ideo nō faciunt Dei iustitiā,
 quia charitas eā facit, quia non libet, nisi q̄ li
 cet: nō timor qui cogitur in opere habere q̄
 licet, cū aliud habeat in voluntate, qua mal
 let, si fieri posse, licere q̄ non licet. Et illi ergo
 credunt Deo: nā si omnino nō crederent,
 nec pēnā legis vtiq; formidarent. Sed nō hāc
 fidē cōmendat Apostolus, qui dicit, Non. n.
 accepisti sp̄m seruitutis iterū in timorē, sed
 accepisti sp̄m adoptionis filiorum, in quo
 clamamus, Abba pater. Timor ergo ille serui
 lis est: & ideo quamuis in illo dño credatur,
 non in iustitia diligetur, sed damnatio timeſ.
 Filij vero clamant, Abba pater, quarum dua
 rum vocū una ex circuncisione, altera ex pre
 putio, Iudei primum & Graci, q̄ vnu est
 Deus qui iustificat circuncisionē ex fide, &
 præputiū per fidē. Cum autē clamant, aliquid
 petunt, & quid petunt, nisi q̄ esuriunt & si
 tuunt? Et hoc quid, nisi q̄ de illis dictū est,
 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm ipsi
 saturabuntur? Huc ergo transeat qui sub le
 ge sunt, vt ex servis filij fint: nec sic trū, vt ser
 ui esse desistant, sed vt tanquā filij dño & pa
 tri liberaliter seruiāt, quia & hoc acceperūt:
 dedit. n. potestatem ille vnicus filios Dei fieri
 credentibus in nomine eius: eos q̄ admonuit
 E petere, querere, pulsare, vt accipient & inue
 niant & aperiatur eis, addens increpationem
 & dicens. Si vos cū sitis mali, nostis bona da
 ta dare filiis vestris, quāto magis pater vester
 qui in celis est, dabit bona potentib. se? Cum
 ergo virtus peccati lex inflāmaverit aculeū
 mortis, vt occasione accepta p̄clm per man
 datū operetur omnē concupiscentiā, à quo
 petenda est cōtinentia, nisi ab illo qui nouit
 bona data dare filiis suis? An forte nescit insi
 piens q̄ nemo esse possit cōtinens, nisi Deus
 deit? Hoc ergo vt sciat, ipsa indiget sapientia. *Sapien.*
 Cur itaq; nō audit patris sui sp̄m dicentē per
 Apostolū Christi, vel ipsum Chrm qui dicit
 in Euāgelio suo, Petite & Accipietis, Loqué
 tem ēt in Apostolo suo, & dicentē, Si quis ve
 strū indiget sapientia, postulet à Deo qui dat
 omnib. affluerter, & non improperat, & da
 bitur illi: Postulet autē in fide nihil hēsitanſ.
 Hac est fides ex qua iustus viuit. Hac est fi
 des qua creditur in eū qui iustificat impiū.
 Hac est fides per quā excluditur gloriatio:
 siue vt abscedat qua in nobis inflamur: siue vt
 emineat, qua in dño gloriām. Hac est fides
 qua impetratur largitas spiritus, de quo dī,
 Nos. n. spiritu ex fide sp̄e iustitiae expectam⁹.
 Vbi quidē quārē adhuc pōt, vtrū sp̄em iusti
 tiae dixerit, qua speratiū iustitia, an qua sperat
 ipsa iustitia: qm iustus ex fide viuens, sperat
 vtiq; vitam xternam. Itemq; fides esuriens si
 tiensq; * iustitiā, renouationē de die in diē
 interioris hominis, profitit in ea, & sperat
 in ea satiari, in vita xterna, vbi fiet q̄ in Psal
 mo de Deo dī. Qui satiat in bonis desideriū
 tuū. Hac est fides qua salui fiunt quib. dī, Gra
 tia salui facti estis per fidē: & hoc nō ex vo
 bis, sed Dei donū est. Non ex operib. ne for
 te quis extollatur. Ipsi⁹. n. sumus ſigmentum
 creati in Christo Iesu in operib. bonis, q̄ p̄e
 parauit Deus. vt in illis ambulemus. Poſtre
 mo hāc est fides q̄ per dilectionē operatur,
 non per timorē non formidando pēnā, sed
 amādo iustitiā. Vnde ergo iſta dilectio, i. cha
 ritas, per quā fides operatur, nisi vnde illa fi
 des impetravit? Neq; n. effet in nobis quanta
 cunq; sit in nobis, n̄iſi diffunderetur in cordi
 bus nostris, per spiritū sanctū qui datus est no
 bis. Charitas quippe Dei dicta est diffundi in
 cordib. n̄is, non qua nos ipse diligis, sed qua
 nos facit dilectores ſuos, ſicut iustitia Dei,
 qua iusti eius munere efficiuntur: & dñi ſalus,
 qua nos ſaluos facit & fides Iesu Christi, qua
 nos fideles facit. Hac est iustitia Dei quā non
 ſolū docet per legis p̄ceptū, verumēt dat
 per ſp̄us donū. Sed cōſequens est paululū q̄
 rere, vtrū voluntas illa qua credimus ēt ipſa
 Dei donū ſit, an ex illo naturaliter inſito libe
 ro adhibeat arbitrio. Si. n. dixerimus eam
 non effe donū Dei, metuendū ſit ne exiſte
 mus inueniſſe nos aliquid q̄ Apſtolo incre
 panti & dicenti, Quid. n. habes q̄ non acce
 pisti?

1. Cor. 13.

Rom. 8.

Matt. 5.

1. Cor. 1.

Matt. 7.

Rom. 7.

Volumat

Dii.

Volumat

credēdi

quo. c. 33

Volumat

ri

re

ea

q̄

ta

re

q̄

pisti? si aut & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis respodere possumus. Ecce habemus voluntatem credendi quam non accepimus? ecce ubi gloriamur quod non accepimus. Si aut dixerimus est huius voluntatem non esse nisi donum Dei, rursus metuendum est, ne infideles atque impij non immerito, sed veluti iuste excusare videantur, ideo non credidisse, quod dare illis Deus ista noluit voluntate. Nam

Phil. 2.

H illud quod dictum est. Deus est noster qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: gratia ita est, quam fides impetrat, ut possint esse hominis opera bona, quae operatur fides per dilectionem, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sic credimus ut impetremus hanc gratiam, & utique voluntate credimus, de hac quantum videtur unde sit nobis. Si natura, quare non omnibus cum sit idem Deus omnium creator? Si dono Dei, et hoc quare non omnibus, cum omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire? Prius igitur illud dicamus, & videamus utrum huic satisfaciat questione quod liberum arbitriu naturaliter attributum a creatore animae rationali: illa media vis est, quae vel intendi ad finem, vel inclinari ad infidelitatem potest. Et ideo nec ista voluntate qua credit Deo, dici potest homo habere, quam non accepit, quoniam vocante Deo surgit de libero arbitrio quod naturaliter cum crearetur accedit. Vult autem Deus oculos homines saluos fieri & in agnitionem veritatis venire: non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitriu quo vel bene vel male videntes iustissime iudicentur. Quod cum sit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Evangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt, verum seipso fraudant magno & summo bono, malisque penitentibus implicant, experti in supplicijs potestate eius cuius in donis misericordia contemplerunt.

Gal. 5.

Rom. 5.

1. Tim. 2.

Voluntas
Dei.

Vnde scriptum est, Semel locutus est Deus: hoc est incomutabiliter: quamquam & de unico verbo possit intelligi. Deinde subiungens quod incomutabiliter fit locutus. Duo haec, inquit, audiui, quoniam potestas Dei est, & tibi dominus mise ricordia, quia tua reddis unicuique secundum opera sua. Ille igitur reus erit ad damnationem sub potestate eius, qui contemperit ad credendam misericordiam eius. Quisquis autem crediderit ei, qui se a peccatis omnibus absoluendum, & a vitiis omnibus sanandum, & calore ac lumine eius accendendum illuminandumque non contemperit, habebit ex eius gratia operabona, ex quibus est secundum corpus a mortis corruptione redimatur, coronatur, bonisque satietur, non temporalibus, sed aeternis, supra quam petimus & intelligimus. Hunc ordinem tenuit Psalmus, ubi dicitur, Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione vitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia, qui satiat in bonis desiderium tuum. Et ne forte haec tanta bona huius vetustatis, hoc est, mortalitatis deformitas desperaret, Renouabitur, inquit, sicut aquila iuuentus tua. Tanquam diceret, Haec quae audisti, ad nouum hominem & nouum tellum pertinet. Recole mecum eadem ipsa paululum, obsecro te, & inspice delectabiliter laudem misericordiae, hoc est gratiae Dei. Benedic, inquit, anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Non ait tribulationes, sed retributiones eius, quod retrahit bona pro malis, Qui propius fit omnibus iniquitatibus tuis: Hoc agitur in baptismatis sacro. Qui sanat omnes languores tuos: Hoc agitur in hac vita fidelis hominis, dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non quae volumus faciamus, dum alia lex in membris repugnat legi mentis: dum velle adiacet, perficere autem bonum non inuenimus: qui languores vetustatis, si perseverante intentione proficiamus de die in die crescere tenacitate sanantur ex fide quod per dilectionem operatur. Qui redimit de corruptione vitam tuam: hoc fit in ultima resurrectione mortuorum. Qui coronat te in miseratione & misericordia: hoc fiet in iudicio, ubi cum rex iustus federit in throno redditurus unicuique secundum opera eius, quis gloriabitur castum se habere.

Psal. 61.

Psal. 102.

Gal. 5.

Rom. 7.

Psal. 102.

Psal. 20.

DE SPIRITU ET LITERA AD MARCELLINUM

bere cor aut quis gloriabitur mundum se esse à p̄tō? Ideo illic necessariū fuit cōmemorare miserationē & misericordiā dñi, vbi iam exigi debita & reddi merita sic possent vide ri vt nullus esset misericordie locus. Coronat ergo in miseratione & misericordia, sed et sic secundū opera. Segregabitur n.ad dexterā, cui dicatur, Elurium, & dedisti mihi māducare. Qm̄ iudicū sine misericordia, fiet il li qui non fecit misericordiā. Beati autē misericordes, qm̄ ipsorū miserebitur. Iā vero cū finistri ierint in ambustione aeternam, iusti

Matt. 25
Iacobi 2.
Matt. 5.

Ioan. 17. autē in vitam aeternā. Quia hæc est, inquit, vita aeterna, vt cognoscant te vnu verum Deum,

M. & quem misisti Iesum Christū: illa cognitio ne, illa visione, illa contemplatione satiabitur in bonis anima desideriū. Hoc n.ei solū sat est, vltra non habet q̄ appetat, quo inhiet, q̄ requirat. nam desiderio huius satiatis ardebat qui dñs Christo ait. Ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Cui responsum est, Qui me videt: videt & patrē, Quia & ipsa est vita aeterna, vt cognoscāt vnum verum Deum te, & quē misisti Iesum Christū. Sed si ille qui videt filiū, videt & patrē: profecto qui videt patrem & filium, videt & spiritum sanctū patris & filij. Ita nec arbitriū liberū tollimus, & be niedicit anima nostra dñm, non obliuiscens omnes retributiones eius. Nec ignorans Dei iustitiā tuam vult cōstituere, sed credit in eū qui iustificat impiū, & viuit ex fide, donec ad speciem perducatur: fide, s. quæ per dilectionē operatur. Quæ dilectio diffunditur in cor dibus nostris, nec per sufficientiam propriæ voluntatis, nec per literā legis, sed per ipsiā sanctū qui datus est nobis. Hæc disputatio, si quæstioni illi soluendæ sufficit, sufficiat. Si autē r̄ndetur, cauendū esse ne quisquam Deo tribuendum putet p̄t̄m q̄ admittitur per liberum arbitrium, si in eo q̄ dī. Quid habes q̄ non acceperisti? propterea et voluntas qua credimus, dono Dei tribuitur, quia de libero existit arbitrio, q̄ cum crearemur accepimus. Attendant & videat, non ideo tantū istam voluntatē diuino muneri tribuendā, quia ex

Ioan. 14. Voluntas credēti à Deo c. 34 F. Co. 4.

A liberario est, q̄ nobis naturaliter concreta est, verumē q̄ visorum suasionib. agit Deus vt velimus, & vt credamus: siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admōnent hominē infirmitatis suæ, vt ad gratiam

iustificantē credendo configiat: siue intrinse cus, vbi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriæ volūtatis est. His ergo modis quādō Deus agit cum anima rationali, vt ei credat: neq; n. credere potest * quolibet arbitrio, *Ali. qd. liber.* nulla sit suasio vel vocatio cui credat: profecto & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnib. misericordia eius puenit nos: consentire autē vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est. Que res non solū non infirmat, q̄ dictū est, Quid n.habes, q̄ non acceperisti: verumē con firmat. Accipere quippe & habere anima nō potest dona, de quib. hoc audit, nisi consen tiendo: ac per hoc q̄ habeat, & quid accipiat Dei est: accipere autē & habere vtiq; accipiētis & habentis est. Iam si ad illā profunditatē scrutandam quisquā nos coarctet: cur illi ita suadeatur vt persuadeatur, illi autem non ita duo sola occurruunt interim quæ reipondere mihi placeat, O altitudo diuitiarum, & nun quid iniurias apud Deum? Cui respōsio ista displicet, querat doctiores, sed caueat ne inueniat præsumptores. Concludamus igitur librum aliquādō, cuius tanta prolixitate vtrū aliiquid egerimus, nescio: non apud te, cuius fidem scio, sed apud animos eorum propter quos me scribere voluisti: qui non cōtra no stram, sed vt mitius loquar, & non dicam, il lius q̄ in suis Apostolis est locutus, certe cōtra tanti Apostoli Pauli, non vnam sententiā,

Rom. 11.
Rom. 9.
Conclusio operis.
Cap. 35.

Rom. 11.

C

Dei

conflictationem malū suam defensitare sententiam, quam eum audire obsecrantem per miserationem Dei, & dicentem, per gratiam Dei quæ data est illi non plus sapere præter quam oportet sapere, sed sapere ad tēperatiā, vnicuiq; sicut Deus partitus est mensu rani fidei. Tu autem quid mihi proposueris, & quid tam longo disputationis huius ope re effecerimus aduerte. Mouit te certe quem admōdū dictum fuerit, fieri posse vt sit homo sine peccato, si voluntas eius non desit, ope adiuuante diuina, quāuis nemo tā perfec tā iustitiae in hac vita fuerit, vel sit, vel futu rus sit. Sic n. hoc ipsum in illis prius ad te cō scriptis libris proposui: si à me quæratur, in quā, vtrum homo sine p̄tō posse esse in hac vita: cōfitebor posse per Dei gratiā & liberū eius arbitriū: ipsum quoq; liberū arbitriū ad

Al. I. ex.
2. Co. 10.
Lucib. 1.

A liberario est, q̄ nobis naturaliter concreta est, verumē q̄ visorum suasionib. agit Deus vt velimus, & vt credamus: siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admōnent hominē infirmitatis suæ, vt ad gratiam

Mat. 11.

Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona pertinere non ambigēs: nec tantum ut sit, verū ut bonū sit: i: ad facienda mādata domini cōuerratur: atq; ita Dei gratia, non solum ostendat quid facierū sit, sed adiuuet ēt, vt fieri posit qđ ostenderit. Tibi autem absurdum visum est, sine exemplo esse rem quę fieri potest. Hinc exorta est huius libri quæstio, ac per hoc ad nos pertinebat ostendere, fieri posse aliquid quanuis desit exemplum. Hinc ex Euangelio Mat. 19. & ex lege quædā posuimus in sermonis huīus exordio, sicut de cameli transitu per forā D men acus, & de duodecim milibus legionū angelorū qui potuerū si vellet pugnare pro Christo: & de illis gentibus quas Deus dicit potuisse se à facie populi sui lēmel extermi- nare, quæ oīa facta nō sunt. His addi possunt Cap. 16. & illa quę leguntur in libro sapientię, qđ mul ta posset noua tormēta Deus exercere in im pios ad nutū sibi seruiente creatura, quæ tñ nō exercuit. Potest & de mōte illo quā fides Marci. 1. All. irāj fe. t. in mare * transferre; qđ tñ nusquā factū, vel legimus, vel audiūmus. Quisquis.n. horū ali quid Deo dixerit esse in possibile, vides qđ de despiciat, quamq; aduerlus fidē scripturā ei loquatur. Multa alia huiusmodi possunt occurrere vel legēti vel cogitanti, quæ possibilia Deo negare nō possumus, quanuis eorū desit exemplū. Sed qđ dici pōt, illa opera eē diuina: iufse aut viuere ad nīa opera pertine re: suscepi ostendere ēt hoc opus esse diuinū & hoc egi libro isto loquacius fortasse qđ sat est, sed coṭrainimicos gratię Dei ēt parū mi hi dixisse videor: nihil q; me tam multum dicere delectat: qđ vbi mihi * qđ scriptura eius plurimū suffragatur, & id agitur vt qui gloriarunt in dño glorietur, & in omniib. grās agamus dño Deo, sursum corda habentes, vnde a patre luminū oē datū optimū & oē domū 2. Co. 10. perfectū est: Nā si propterea nō est opus Dei Iacob. 1. quia p; nos agitur, vel quia illo donante nos agimus, nec illud est opus Dei, vt mōs trans feratur in mare, quia per fidē hominū fieri posse dñs dixit & hoc ipsorū operi attribuit dicens, Si habueritis in vobis fidē tanquam granū sinapis, dicetis monti huic tollete & mittere in mare, & fieri, & nihil impossibile erit vobis. Certe vobis dixit, non mihi aut pa tri; & tñ hoc nullo modo facit homo nisi illo donante & operante. Ecce quemadmodū sine exemplo est in omnibus perfecta iustitia, & tamen impossibilis nō est. Fieret. n. si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tā tē rei: Eſſet autem tāta si & nihil eorum quę pertinēt ad iūſtitiā nos lateret, & sic ea sic de lectarent animū, vt quicquid aliud voluptas siue dolor impedit, delectatio illa superaret: quod ut non sit, non ad impossibilitatē, sed ad iudiciū Dei pertinet. Quis enim nesciat, non esse in hominis potestate quid sciat, nec esse consequēs, vt quod appetendum cognitū fuerit appetatur, nisi tantū delectet, quantum * diligendum est? Hoc autē sanitatis est animq;. Sed fortasse quispiam putauerit nihil nobis deesse ad cognitionē iūſtitiae, & dominus verbū consummās & breuians super ter- piū dile- ram, dixit in duobus præceptis totam legem Prophetasq; pēdere, nec ea tacuit sed verbis apertissimis prompsit. Diliges inquit, domi- num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & dili- ges proximū tuū tanquam teipsum. Quid ve rius, his impletis impleri omnino iūſtitiam Veruntamen qui hoc attendit, etiam illud at tendat, quā in multis offendanus omnes, dū putamus Deo, quē diligimus, placere, vel nō displicere quod facimus: & postea per scri pturam eius, siue certa & perspicua ratione commoniti, cū didicerimus qđ ei non plae cat, pēnitendo deprecamur vt ignoscat. Ple na humana vita est documentalistibus. Vnde autē minus nouimus quid ei placet, nisi quia & ipse minus notus est nobis? Videmus enim per speculū in enigmā, tūc autem facie ad faciē. Quis vero existimare audeat, cum eo ventum fuerit, quod ait, Ut cognoscā sicut & cognitus sum, tantā Dei dilectionē fore contéplatoribus eius, quanta fidelibus nunc est: aut * illo modo hanc illi tanquam de proximo cōparandā? Porro si quanto maior no titia, tanto erit maior dilectio: profecto nūc quantum deest dilectioni, tantū tunc perficiendae iūſtitię deesse credendum est. Sciri n. aliquid vel credi, & tamen non diligi potest: diligi quod neq; scitur neque creditur, non potest. At si credendum est qđ ad tantam dilectionem sancti peruenire potuerunt, qua certe maiorem in hac vita esse non posse dominus ipse testatus est, * vt animam suam pro fide & pro fratribus ponerent: cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur, non per speciem, per uentum al. l. vīlo. al. l. ani mas suas.

DE SPIRITU ET LITERA AD MARCELLINUM

nentum erit ad speciem, quā nondū visam speramus, & per patientiam expectamus, procul-dubio & ipsa dilectio non solū supra q̄ hic habemus, sed lōge supra q̄ petimus, & supra q̄ intelligimus erit: nec ideo tñ plus esse poterit, q̄ ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: neq; n̄ restat in nobis aliquid quod addi possit ad totū: quia si restabit aliquid, illud non erit.

H 1. Co. 13. Proinde hoc erit primū præceptū iustitiae, quo iubemur diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: cui est de proximo diligendo alterū consequens

q̄ in illa vita cōplebimus, cū videbimus facie ad faciē. Sed ideo nobis hoc ēt nūc præceptū est, vt admonēremur quid exposcere,

quo spē præmittere & obliquiscendo quę retro sunt, in quę anteriora nos extendere debeamus.

Ac per hoc quantū mihi videtur, in ea quę perficienda est iustitia: multū in hac vita illa profecit, qui q̄ longe sit à perfectio-

Abac. 2. ne iustitiae, proficiēdo cognovit. Sed dici pōt quādā iustitia minor huic vīce cōpetēs, qua

Rom. 1. iustus ex fide viuit quāuis peregrinus à dñō:

2. Cor. 5. & ideo per fidē ambulans nondū per speciem non abūdere dicēt ad istā pertinere ne pec-

ceret: neq; n̄ si esse nondū potest tanta dilectio

Deut. 6. Dei, quanta illi cognitioni plenq; perfectaq; debetur, iam culpā deputandū est. Aliud est enim totam nondum assē qui charitatē, aliud nullam sequi cupiditatem. Quamobrē debet homo, quāuis longe minus amet Dñū, q̄ eū pōt amare conspectū, nihil tñ appetere illici- tum sicut etiam in his, quę adiacent sensibus corporis, pōt oculus nullis tenebris delectari, quāuis nō posfit in fulgētis imā luce de figi. Verū ecce iā talem constituamus animā

I humanā in hoc corruptili corpore, quę & si nondū illa iupereminētiſima perfectione charitatis Dei omnes motus terrena libidi- nis absorbuerit atq; consumperit, tñ in istā minorē iustitiā ad illicitū aliquid operandū eidem libidini nulla inclinatione consentiat:

Deut. 6. vt ad illam vitā iam immortale pertineat. Diliges dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Ad hanc aut, Non regnet pæccatum in vestro morali corpore ad obediendum desiderijs eius:

Rom. 6. ad illam, Non concupisces. Ad istā, Post con- cupiscentias tuas non eas: ad illam nihil am-

Exo. 20. plus querere q̄ in ea perfectione persistere: Ad istam, hoc quod agit in opere habere,

& illius perfectionē pro mercede sperare, vt per illā iustus sine fine viuat in specie, quā in ista desiderauit: per hanc aut iustus viuat ex fide in qua illam certo fine desiderat. His

constitutis peccatum erit hominis ex fide viue-

tis, aliqui alicui delectationi illicitae consen-

tere, non tantū in illis horrendis facinoribus & flagitijs perpetrando, verumetā in istis le-

uioribus: vt vel aurem alicui voci, quę audienda non esset, vel linguā alicui quę dice-

da non esset, accommodet: vel in ipso cor-

de aliquid ita cogitet, vt maller illicitū quod male delectat, & per præceptū fecit illicitū,

ēt ista quippe consensio est ad peccatum, quę vtiq; fieret, nisi pena terneret. Tales iusti

ex fide viuentes non opus habent dicere, Di-

mitte nobis debita: nostra, sicut & nos dimis-

timus debitoribus nostris, falsumq; esse con-

vincunt, q̄ scriptū est, Nō iustificabitur in

conspectu tuo omnis viāens, & illud, Si dixe-

rimus quia peccatum nō habemus, nosmet- ipsos decipimus & veritas in nobis non est.

Et illud, Quia non est homo qui nō pecca-

bit. Et illud, Non est iustus in terra qui faciet

bonū & nō peccabit. Vt vniq; n̄ hoc testimo-

niū non de præterito dicit. i. peccavit, sed de

futuro. i. peccabit: & si qua alia in hanc sen-

tentiā sancta scripture commemorat. Sed quoniā h̄c falsa esse non possunt, illud es-

se consequens video, vt qualemlibet vel quā

tamlibet in hac vita potuerimus definire iu-

sticiā, nullus in ea sit hominum qui nullū ha-

beat, omnino peccatum: omniq; homini sit ne-

cessarium dare vt detur illi, dimittere vt di-

mittatur illi: & si quid habet iustitiae, non de

suo sibi esse præsumere, sed de gratia iustifi-

cantis Dei, adhuc tñ ab illo elurire & sitire iu-

sticiā, qui est panis viuus, & apud quē fons vi-

te: qui sic operatur iustificationē in sanctis suis in huius vitā tentatione laborantibus, vt

tñ sit & quod petentibus largiter adjiciat, &

quod confitentibus clementer ignoscat. Sed

inueniāt isti si possunt aliquē sub onere cor-

ruptionis huius viuentem, cui iam non ha-

beat Deus quod ignoscat: nisi tñ eū fateāt nō

doctrina legis* data, sed ēt infuso spiritu gra-

tiā vt talis esset, adiutū, nō cuiusmodi pecca-

ti crimen, sed ipsis impietatis incurret. Sane

quanquam talem, si testimonia illa diuina

competenter accipient, prorsus inuenire nō

possunt: nullo modo tamen dicendum est

Deo

1. Co. 15

Rom. 7.

M

Rom. 9.

Iacob. 4.

2. Co. 12

Rom. 11.

A

Non Ha-
bitum reſtū
qd Deu-
permittit
Cap. 1.

ne
qu
qu
da
tiu
me

I. Co. 15 Deo deesse possibilitatem, qua voluntas sic adiuvetur humana, ut non solum iustitia ista quae ex fide est, omni ex parte modo perficiatur in homine, verum et illa secundum quam postea in æternum in ipsa eius contemplatione viuendum est. Quicquidem si nunc velit et hoc corruptibile induere incorruptionem, atque hic inter homines morituros eum iubere viuere minime moriturum, ut tota penitus vetustate consumpta nulla lex in membris eius reperiet legi metis, Deumque; ubique presentem ita cognoscat sicut sancti postea cognituri sunt, quis demens audeat affirmare non posse? Sed quare non faciat, querunt homines, nec qui querunt se attendunt esse homines. Scio quod si cur impossibilitas, ita et iniquitas non est apud Deum. Et scio quod superbis resistit, humiliibus autem dat gratiam. Et scio quod illi cui ne extolleretur datus erat stimulus carnis angelus satanæ qui eum colaphizaret, semel et iterum et tertio deprecanti dictum est. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Aliquid ergo est in abdito et profundio iudiciorum Dei, ut etiam iustorum omnino obstruatur in laude sua, et non aperiatur nisi in laudem Dei. Hoc autem aliquid quis possit scrutari, quis inuestigare, quis nosse? tam sunt inscrutabilia iudicia eius et inueligabiles via eius. Quis non cognovit sensum domini, aut quis consiliarius illi fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Ipsa gloria in secula seculorum. Amen.

Rom. 7.**Rom. 9.****Iacob. 4.****2. Co. 12.****Qow. 11.**

D. A V R E L I I A V G V S T I N I de diuinatione demonum.

L I B E R LVN V S.

A Non habui relictum quod Deus permittit Cap. 1.



Vodam die in diebus sanctis octauarum, cum mane apud me ades sent multi fratres laici Christiani, et in loco solito consedisse mus, ortus est sermo de religione Christiana aduersus presumptionem, et tan quam miram et magnam scientiam Paganorum, quem recordatus atque coplectum literis mandandum putavi, non expressis contradicentium personis, quamvis Christiani essent, et magis contradicendo querere viderentur quid Paganis responderi oportet. Cum ergo de

diuinatione demonum quereretur, et affirmaretur praedixisse nescio quem eneisionem templi Serapis, quae in Alexandria facta est, Respondi, non esse mirandum, si ista euersio ne templi * simulacris suis imminere demones, et scire et prædicere potuerunt, sicut alia multa quantum eis nosse et prænunciare permittitur. Et cum mihi referretur, non ergo male sunt diuinationes hominum, nec Deo displacent, alioquin omnipotens et iustus ista fieri non permitteret, si mala et iniusta essent, Respondi, non ideo hec videri iusta debere, quod ea fieri sineret omnipotensissimus, et iustissimus Deus, nam et alia multa manifestissime iniusta fieri, sicut homicidia, adulteria, furta, rapinas, et cetera hominum, quae quamvis iusto Deo, eo quod iniusta sint, sine dubitatione displaceant, idem tamen omnipotens ea fieri certa iudicij sui ratione permittit: non utique impune, sed ad eorum damnationem, a quibus sunt, quod displaceant iusto. Et cum econtrario dicereatur, non quidem esse dubitandum, quod omnipotens et iustus sit Deus: sed haec humana peccata, quae contra societatem hominum fierent, non eum curare dum fierent, propterea ea posse fieri: quae utique fieri non possent, si omnipotens non susscit: illa vero quae ad ipsum religionis cultu pertinent, nullo modo ab eodem credendum esse conteni: ac per hoc fieri non potuisse, nisi ei placuissent, et ideo ea malitia putari non oportere. Ad hoc quoque respondi, Nunc ergo ei displaceant, cum tempora et simulachra evertuntur, et illa gentium sacrificia si facta fuerint, puniuntur. Sic ut non nisi ea fieri potuisse, nisi Deo placuissent, et ideo bona putanda, quoniam iusto placent: ita dici potest non ea prohiberi, everti, puniri potuisse, nisi Deo displaceant: ac per hoc si tunc ideo recte siebant, quia iusto Deo placere hinc ostendebantur, quod ab illo fieri sinebantur: ideo nunc inique sunt, quia Deo displaceant hinc ostenduntur, quod ea vel iubet vel permittit everti. Contra hoc dictum est, In iusta quidem esse nunc ista, non tamen mala. Et ideo iusta, quia contra leges quibus prohibentur, sunt, ideo autem non mala, quia si mala essent, nunquam Deo utique placuissent. Porro si nunquam placuissent, nunquam et facta essent, illo non sinente qui omnia potest, et qui talia non conteneret: quoniam magna sunt, ut contra ipsam religionem, qua Deus colitur, fierent, si male fierent. Hic

*Al. l. simus
laci sui.*

*Aliud fa
cere, a-
liud per
mittere
Deum.*

ego,

*Deus et
iniusta si
nit fieri,
ipse in-
fissimus.
Cap. 2.*

DE DIVINATI ONE DAE MONVM

ego, si propterea inquā, mala non sunt, quia Deo placere hinc probantur, quia ea fieri finit omnipotēs, quō erit bonum q̄ fieri prohibentur & euertuntur? Si autē bonum nō est q̄ euertuntur quæ Deo placent, hoc fieri nō finis omnipotens, quia & hoc contra religionē fit qua colitur Deus, si ea q̄ Deo placent, ab hominib. euertuntur. Si autē hæc cum male fiunt, permittit omnipotens, non ideo

Dputāda sunt illa bona, q̄ ea fieri permittit omnipotens. Dictū cont̄a est, cōcedendum esse nunc ista recte non fieri, ino ideo prorsus iā non fieri q̄ omnipotenti nunc displicet, verumt̄ placuisse cum fieret: nos.n.nescire vnde tunc placerint, nunc autē vnde displiceat. dum tñ certum sit, nec tunc fieri potuisse, nisi placuissent omnipotenti, nec nunc cessasse, nisi displicuissent omnipotenti. Ad hoc ego, Cur ergo, inquam, & nūc talia clanculo fiunt, quæ vel perpetuo delitescunt, vel deprehensa puniuntur, si nihil horum fieri sinit omnipotēs, nisi q̄ ei iusto placet, cum iusto quod iniustum est placere non possit? Contra hoc dictum est, nunc omnino talia non fieri. Sacra. n. illa, inquit, non fiunt, quæ Pontificalibus conscripta sunt libris. Ea quippe tunc recte siebant, ea tunc Deo placere demonstrabant, eo ipso q̄ ab omnipotēte ac iusto fieri finebantur. Siquid autem nunc prohibitorum sacrificiorū sit occulte atq; illicite, non est illi Pontificali sacrificiorum generi com parandum, sed in eo deputandū, q̄ etiam nocturno sit tempore, cum hæc omnia illicita ipsis Pontificalibus libris certum sit prohibiti atque damnari. Et hic respondi, Cur ergo vel talia permittit Deus fieri, si nihil eorum malefactorum cōtemnit, quæ contra religionem fiunt: cū p̄fertim hæc eū curare hinc et cogantur concedere qui P̄tificales libros magni cōst̄ant, q̄ ea quæ his libris prohibetur, vtq; prohiberi diuinitus afferunt? Quō ergo diuinitus prohibentur, nisi quia displicant Deo, quæ vtq; prohibendo non solum sibi displicere, verumēt curare se ostendit, neque omnino contēnere? Vnde colligitur, q̄ Deus aliquid & improber iustus, & tñ permittit omnipotens. Hæc cum dicta essent, cōcessum est, non ideo putandum aliquid iuste ac bene fieri, quia hoc omnipotens quamvis ei displicat, fieri tñ sinit: fatendumq; esse et illa mala quæ contra religionē, qua colitur

Deus fiunt, & displicere Deo iusto, & ratiōne iudicij eius ab omnipotente permitti. Sed aliūd iam esse tractandum, vnde sint diuinationes vel dēmonū, vel quilibet illi sint, quos Dēos Pagani vocant. Videndū n. esse ne forte non quidē propterea hæc bona putanda sint, quia ea fieri permittit omnipotens, sed ideo quia tam magna sunt, vt nō nisi Dei potentiae tribuenda esse videantur. Ad hæc me postea responsūrum esse promisi, qm̄ tunc p̄ hora prodeundi ad populum iam nos vrgebat, nec distili, cum spatiū datum est scribendi, & illa retexere, & ista subtexere. Dēmonū Non s̄ta ea est natura vt aerei corporis sensu terreno tim pre rum corporum sensum facile p̄cedant, celeritate et propter eiusdem aerei corporis suum que sensu p̄ celum, flanctare sunt, q̄a volatus auium incepit parabiliter vincant. Quibus duabus rebus quantum ad aereū corpus attinet p̄diti, hoc est, acrimonia sensus & celeritate motus, * multo ante cognita prēnunciant vel nunciant, q̄ homines pro sensu terreni tarditate mirantur. Accessit et dēmonibus per tā lōgum tps quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, q̄ potest hominib. propter breuitatē vita prouenire. Per has efficiacias quas aerei corporis natura sortita est, non solū multa futura p̄dicunt dēmones, verumēt multa mira sciunt. Quæ qm̄ homines dicere ac facere nō possunt, eos dignos quidam quibus seruant, & quib. diuinos honores deferant, arbitrantur, instigante maxime vitio curiositatis p̄ amore felicitatis false atq; terrene, & excellentiæ temporalis. Qui autē se ab his cupiditatibus mundant, nec eis fe * fallendos capie dosq; permittunt, sed inquirunt & amant aliquid q̄ eodem modo semper est, cuius participatione beati sint: primo considerant non ideo sibi p̄ponēdos esse dēmones, q̄ acriter sensu corporis p̄valet aerei, s. hoc est, subtilioris elemēti, quia nec in ipsis terrenis corporib. bestias sibi p̄ponendas putant, q̄ acris multa p̄sentiant: velut sagacem canē, G

qui latenter feram olfactu acerrimo sic inuenit, vt ad eam capiendā ducatum quendā homini p̄beat, non vtq; prudentiore intellectu aī, sed acutiore corporis sensu: vel vulturē, q̄a proiecto cadavere ex improuisa lōginquitate aduolat: nec aquilā, quia sublimiter

al. quod

H

Vnde de mons mi tra sciant, Cap. 4.

All. fe
r endor.

Tribuit
dēmoni
bus cor
pora.

all. quod ter volans de tanto intervallo sub fluctibus natantē piscē dū peruidere, & grauitor aquis illis exeritis pedibus atq; vnguib. rapere. Nec alia multa animantiū gñia, quæ inter herbas saluti suę noxias pascēdo circuerrant, nec aliquid eorū quo lēdantur attingūt: cū eas homo vix experiēdo cauere didicerit, & multa innoxia* quæ sint inexperta formidet. Vnde cōijcere facile est, quāto possit in aereis corporibus sensus acrior esse: nec ideo tñ dēmones, qui eo p̄diti sunt, bonis hominibus p̄ponēdos prudens quisq; censuerit. Hoc & decorporū celeritate dixerim. Et hac.n. p̄stātia, nō solū à volucribus homines verūtiā à multis quadrupedibus ita superātur, vt in eo rū cōparatione plumbei deputandi sint: nec tñ ideo sibi hēc animantiū gñia existimant p̄ponenda, quibus capiendis & mansuefaciendis, atq; in suæ voluntatis vsum cōmodūq; redigendis, non vi corporis sed rationis impertiāt. Illam vero tertiā dēmonū potētiā, q̄ diuturna rerū experientia quēadmodum p̄noscant atq; p̄nunciant multa dīciderunt, ita contemnūt qui hæc vigilanter curant à veritate verisimilē lucis discernere, vt nec malos senes plura expertos, & ob hoc quasi doctiores, ideo p̄bli adolescentes, sibi excellere existimant: nec medicos, nec nautas, nec agricultoras, quos prauē volūtatis & ini quis morib⁹ viderint. ideo sibi putēt eē p̄ḡ ferēdos, q̄ illi de valitudinib. illi de tēpestib⁹, illi de arbustorū frugūq; generib⁹, multa ita p̄nunciant, vt harū rerū in experto diuinare videantur. Quod vero nō solū de mones quēdā futura p̄dicunt, verūmetiā quēdā mira faciunt, pro ipsa vtiq; sui corporis excellētia, cur nō contēnatur à prudentibus, cū pleriq; iniqui ac perditū homines ita exerceant corpora sua tantaq; diversis artibus agere possint vt ea qui hæc nesciunt nec aliquando viderunt, etiam narrata vix credant.

H *Vnde da mones mi ra sciant. Cap. 4.* I Quam multa funambuli c̄teriq; theatrici artifices, q̄ multa opifices maximeq; mechanici mitanda fecerūt: nō ideo meliores sunt homines, & sancta pietate p̄diti hominibus p̄ponendi sunt? Quę ideo cōmemorauit, vt qui h̄c sine periculacio, & fīne vana resistendi animositate considerat, simul cogitet, si de subiacente crastio re materia, vel lui quisq; corporis vel terrę & aquę, lapidum atq; lignorū metallorūq; variorū tanta quidam homines possunt, vt eos illi qui hēc nō possunt, plerūque stupēdo, in sui cōparatione diuinos vocēt, cū quidē illorū sint artibus potentiores, quidā istorū moribus meliores, quanto maiora & mirabiliora pro subtilissimi corporis, hoc est, aerei facultate & facilitate dēmones possint: cū tñ sint volūtatis prauitatem, maximeq; superbiæ fastu & * evidenti malitia spūs immundi atq; peruersi: Quātum aut̄ valet aeris elemētū quo eorū corpora p̄rauelent ad multa visibilia inuisibiliter molienda K mouēda mutanda atq; versanda longum est nunc demonstrare: & puto q̄ vel mediocriter consideranti facile occurrat. Quæ cū ita sint, primū sciendum est, qm̄ de diuinatione dēmonū quæstio est, illos ea plerūq; p̄raueniāre quæ ip̄i facturi sunt. Accipiunt enim sepe potestatē & morbos immittere, & ipsum aerē vitiando morbidū reddere, & peruersis atq; amatoribus terrenorū cōmodorū malefacta suadere: de quorū moribus certi sunt, q̄ sint eis talia suadentibus cōsensuri. Suadent aut̄ miris & inuisibilibus modis per illam subtilitatē suorū corporū corpora hominū non sentiētū penetrando, seleq; cogitationibus eorū per quēdā imaginaria miscēdo, sive vigilatiū, sive dormientiū. Aliqñ aut̄ nō quæ ip̄i faciūt, sed quæ naturalibus signis futura p̄noscunt, quæ signa in hominū sensus venire non possunt, ante p̄dicunt, Neque n. quia p̄ruidet medicus, quod non p̄ruidet eius artis ignarus, ideo iā diuinus habēdus est. Quid aut̄ mirū, si quēadmodū ille in corporis humani vel perturbata vel inadmodata tēperie seu bonas seu malas futuras p̄ruidet valetudines, sic dēmō in aeris affectione atque ordinatione sibi notas, nobis L ignotas futuras p̄uidet tēpestates? Aliqñ & hominū dispositiones, nō solū voce prolatas 2. Retr. verūtiā cogitatione cōceptas: cū signa quæ dā ex animo exprimūt in corpore, tota facilitate perdiscunt: atq; hinc ēt multa futura p̄nūciāt, alijs videlicet iōira, qui ista disposta non nouerunt. Sicut n. apparet concitator animi motus in vultu, vt ab hominibus quoq; aliquid forinsecus agnoscatur quod intrinsecus agit: ita nō debet esse incredibile, si tēluiores cogitationes dant aliqua signa p̄ corpus quæ obtuso sensu hominū cognosci nō possūt, acuto aut̄ dēmonū possūt. Hac atque huiusmodi facultate multa dēmones futura

*Non fā
tim pre-
stanti
sunt, que
sensu pre-
cellunt.
Cap. 3.
26. q. 3.
c. Scīendū.*

*All. in-
uidie.*

*All. fe-
rēdos.*

*Tribuit
demoni-
bus cor-
pora.*

G

*All. in-
uidie.*

*Vnde de-
mones p̄-
sciant vē-
tura. c. 5.
26. q. 3.
c. Scīendū.
Rerūfus
corpora.*

*2. Retr.
c. 30. 26.
q. 4. ca.
quodam.
Sensum
tribuit
demoni-
bus.*

DE DIVINATIONE DAEMONUM

Alia dæmonum alia Propheta. viii oracula. Cap. 6.

futura prænunciant, cū tñ ab eis longe sit altitudo illius prophetæ, quā Deus p̄ sanctos angelos suos & Prophetas operatur. nā si qd de illa Dei dispositione prænūciāt audiūt vt prænuncient: & cū ea prædicunt quē inde audiunt non fallunt neq; falluntur veracissima enim sunt angelica & prophætica oracula.

Sic aut̄ non indignanter accipiatur, q̄ aliqua etiā talia dæmones audiant & prædicāt, qua si aliquid indignū sit, vt quod ideo dicitur vt hominib⁹ s̄ innotescat, hoc non solū boni verumetia mali non taceant: cū in ipsihs hominibus ēt vitę bonę p̄cepta videamus pariter à iustis puerisq; cantari, nec obesse ali quid, immo ēt prodeſſ ad maiore notitiam famamq; veritatis, cum de illa etiam hi quic quid nouerunt dicunt, qui ei peruersis mortibus contradicunt. In ceteris aut̄ prædictionibus suis dæmones plerūq; & fallūtūr & fallūt. Fallūtūr quidē, quia cū suas dispositiones prænūciāt, ex improuisio defuper aliquid iubef, quod eorū cōſilia cūcta perturberet: velut si aliquid disponat quilibet homines quibus libet potestatibus subdit, quod nō prohibituros suos p̄ceptos arbitrātur, idq; facturos se ēē promittat, at illi penes quos maior potestas est, ex alio superiori cōſilio hoc totū dispoſitum atq; preparatū repente prohibeat. Fallūtūr et cū causis naturalib. aliqua, sicut medici, aut naturæ, aut agricolæ, sed lōge acutius, lōgeq; præstantius pro aerei corporis sensu ſolertiore & exercitatiore pno-ſicūt: quia & hæc ab angelis Deo ſummo p̄f seruiētib. ex alia diſpositione ignota dæmonibus, ex improuisio ac repēte mutātur. Tanq; fi ægro aliqd extrinſec' accidit quo moriat, quē medicus veris ſalutis p̄cedētibus signis

Matt. 8. viictūrū esse promiserat. Aut si aeris qualitate præuifa, diu, flaturū illū ventū nautarū aliq; prædiſſent, cui dñs Christus cū discipulis nauigās, vt quiesceret imperauit, & facta est trāquillitas magna. Vel si agricola illo animo fructificaturā vtiq; terrę & numeros ſeminū callēs, quo tñ anno ēē vel improuifa celi intēperies arefaciat, vel aliqua iuſſio potētioris eradicit. Ita multa ēt ad præſcientiā prædiſſionēq; dæmonū pertinētia, quæ minoribus & viſitoribus cauſis futura præuidentur, eadē minoribus & occultioribus cauſis impedita mutantur. Fallunt autem etiam ſtu-dio fallendi & inuidia voluntate, qua homi-

num errore lætantur. Sed ne apud culores tuos pōdū authoritatis amittant, Id agunt, *Q̄o fal. lan. 26.* vt interpretibus suis signorūq; ſuorū conie- *q. 3. ca. Scđdum.*

ctoribus culpa tribuatur qn vel decepti fue- *B* rint vel mentiti. Nōnunq; vero ipſi maligni ſpiritus & illuſores hominū atq; inuafores ſalutis eorū ſoleint prædicere defectū cultu- *Quar de mones ip ſorū mala vel ſieū vel p̄li cant in terdum. Cap. 7.* re ſuā & idolorū ruinā, quatenus p̄ſeſſ vi deantur, quod in ſingulis regnis aut in locis venturū ſit, & quod aduersi ſuę factioni contingere poſſit, quod ēt illi qui gentiliū hiftoriā legunt, non ignorant. Quid ergo mirū, ſi iā imminent téplorū aut ſimulacrorū euerſione, q̄ Prophætæ Dei ſummi tāto ante p̄dixerant, Serapis dæmon alicui cultorū ſuorū hoc de proximo prodiit, vt ſuā quaſi diui- *D* nitatē recedens vel fugiens cōmendaret: Fu- gātūr. n. iſti, vel etiā iuſis ſuperioribus colli- gati abſtrahūt & alienantur à locis ſuis vt de rebus quibus dominabātur in quibusq; co- lebātū fiat voluntas Dei, qui hoc tanto ante per omnes gentes futurū eſſe p̄dixit, & vt per ſuos fideles fieret imperauit. Cur aut̄ hoc nō ſineretur dæmonū p̄dicere, cū ſibi iam p̄nolceret imminere, cū hæc p̄dictio & Prophetis attestaretur à quibus ſunt iſta conſcripta, vt prudētib. daretur intelligi, q̄ vigi- lāter eſſet dæmonū cauenda fallacia, cultusq; fugiendus? Qui cū ante per tam lōguin tem- *Etiā de mones in ter diū do eent uerū Deū col- dū. ca. 8.* pus in téplis ſuis hæc futura tacuiffent, quē Prophetas p̄dīcta ignorare nō poſſent, po- ſteaq; appropinquare ceperūt, voluerunt ea quaſi p̄dicere neignari putarēt. Cū igi- tur tā longe ante p̄dictū eſſet atq; conſcrip- tū, vt alia interim taceā, illud quod Sopho *Soph. 1.* nias Prophetæ dicit, Preualebit dñs aduerſus eos, & exterminabit oēs Deos gentiū terre, *C* & adorabunt eū vnuſquisq; de loco ſuo, oēs insulę gentiū: Aut nō credebant iſta ſibi euē- *All. hoc.* tura, qui in templis gentium colebantur, & hoc ideo per ſuos vates ac phanaticos fre- quentare uoluerunt: Sicut eorum Poeta Iu- nonem inducit nō omni modo credentem, quē de Turni morte Iupiter dixerat. Iuno au- tem ab iſtis potestas aera p̄dicator, quē a- pud Virgilium ſic loquitur, *Com. 1. 19.* Nunc manet in ſontem grauiſ exitus, aut ego

veri *Pir. 19.* Vana feror, qđ vt ò potius formidine falſa *Aeneid.* Ladar, & in melius tua qui potes orſa reſe- *ctas.*

Aut

Ant ergo ista sibi quæ per Prophetas prædicta nouerat, posse accidere dæmones, hoc est p̄tates aereæ dubitabat, & p̄ea prædictionē eorū celebrare noluerūt, & hinc intelligentiū est quales sunt, aut cū ea ventura certissime scirēt iō p̄ sua templa tacuerūt, ne iā tunc inciperent ab hoib. intelligentib. defteri atque contemni, quod de templorum arque simulachrorū suorū futura euersione eis Prophete attestarent qui eos coli phibebit. Nunc vero posteaq̄ tps aduenit quo cōplerent vaticinia Prophetarū Dei vnius, qui istos Deos falsos dicit, & ne colant vehementissime p̄cepit, cur nō hoc ēt ipsi compertū p̄dicere sine renē, vt inde clarius appareret eos hāc antea

Dæmonis
cultus
unius Doi
cultui ces
furov pre
dictum &
prophetis.
Cap. 9.
Sopho. 2.
Psal. 21.

D vel minime credidisse vel suis cultorib. enunciare timuisse, in fine aut tanq̄ nihil habentes amplius q̄ agerent ēt ibi voluisse suā ostentare diuinationē, vbi iam prodūnt diu simulacra diuinitatē? Quod aut dicunt reliqui eo- rum cultores ēt suorū qbusdam libris hāc p̄cognita cōtineri q̄ quam ex feb. impletis cōficta putāda sint q̄ in eorū tēplis tam longo an-

Etiam de mones in ter dū do Deū colē dñi. ca. 8. tea tpe populis eorū si vera essent innotescere debuerūt sicut n̄a nō solū in Ecclesiis no- stris, verumetia qd ad grauius testimonium cōtra oēs inimicos valet in Iudicorū synago- gis antiquissima & nouissima recitantur, nec in ista ipsa quæ eis vix raro & clanculo proferunt mouere nos debent, si cuiq̄ dæmonū extortū est id prodere cultorib. suis quod di- cicerat ex eloquio prophetarū vel ex oracu- lis angelorū. Qd cur nō fieret, cū & ista non sit oppugnatio sed attestatio veritatis? Illud enim qd solū ab ipsis phanaticis flagitan- dū est, nec vnq̄ ante protulerunt nec in qua postea nisi forte confitūm proferre conabūtur, aliquid Deos suos per vates suos contra Deū Israel ausos suisse prodere aut dicere.

E De quo Deo doctissimi eorum authores, q̄ omnia illa legere ac nosse potuerunt, magis quæsierunt quis Deus esset, q̄ Deum negare potuerunt. Porro aut Deus iste quem nullus eorum negare ausus est verum Deū, quia & si negaret, non solū subiacere debitissi- pnis verumetiam certis conuinceret effectib. iste ergo Deus, quem nemo, vt dixi illorū au- sus est negare verum Deum, illos falsos esse Deos & omnino deserendos, eorumq; tem- plā & simulachra & sacra euertenda p̄ suos vates hoc est prophetas, aperta denunciatio-

Aug. Tomus tertius N n Poltu-

DE SPIRITU ET ANIMA

Postula à me, & dabo tibi gemes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ. Ecce vñ dictum est, in alio Psalmo qđ superius in terposuit, Cōmemorabunt & conuerterunt ad dñm, vniuersi fines terræ. His atque hmōi propheticis documentis prædictū ostendit, quod videmus impleri per Xpm, futurū suis fe, vt Deus Israēl quē vnum verū Dñū intelli gimus, non in vna ipsa gente q̄ appellata est Israēl, sed in oīb gentib, coleret, & oēs falsos Deos gentiū & a templis eorū & a cordib, cultoru fuorū demoliret. Fant nūc isti & ad hoc cōtra Christianā religionē, & cōtra verū Dei cultū vanitates pristinas defensitare audeāt, vt cū strepitū pereāt. Nā & hoc de illis p̄dictum est, in psalmo dicēte propheta, Sedisti super thronū qui iudicas & iudicat: Inrepasti gentes & perit impius, nomē eorū delesti in æternū & in seculum seculi. Ini mici defecerūt frameq in finē, & ciuitates eo rū destruxisti. Perit memoria eorū cū strepitū, & dñs in æternū permanet. Necesse est ergo vt impleanf oīa hæc. Neq; q̄ adhuc audient ipsi pauci qui remanerunt, vaniloquias suas ostentare doctrinas, & Christianas tanq̄ imperitisimos irridere, moueri debem⁹, dū in eis impleri ea q̄ prædicta sunt, videamus. Ipsa quippe velut imperitia, & stultitia Christianorum, quæ in humiliib. & sanctis eiusq; diligenter studiosis, apparet excelsa, & sola vera sapientia, ipsa inq; velut stultitia Christianorū eos ad istā paucitatem rededit, qm̄ sicut dicit Apostolus, Sultā fecit Deus sapientiam huius mundi. Deinde subiungit rem mirabilē, si quis iutelligat, & ita sequit, Nā qm̄ in Dei sapientia nō cognovit mundus p̄ sapientiā Dñū, placuit Deo per stultitiā p̄dicationis saluos facere credētes, Qm̄ qđe Iudei signa petūt, & Græci sapientiā querunt. Nos aut prædicamus Christū crucifixum, Iudei qđem scandalū, gentib, aut stultitiam, ipfis vero vocatis Iudeis & Græcis, Christū Dei virtutē & Dei sapientiam qm̄ quod stultum est Dei, sapientius est hominib. & quod infirmū est Dei, fortius est hominib. Irrideant ergo quantū pñt, tanquā imperitiam & stultitiam nostram, & iactent doctrinam & sapientiam suam: Illud scio q̄ isti irrifores noſtri, pauciores sunt hoc anno q̄ fuerint priorē anno. Ex quo enim fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, aduersus dñm & aduersus Christum eius, quādo ab eis fundebat sanguis sanctorum, & vastabanf Ecclesiæ, vñq; ad hoc tps & deinceps quotidie minuenit. Nos aut aduersus eorum opprobria & superbas irrifiones, fortissimos reddūt ora cula Dei nostri, q̄ de hac quoq; re videmus & gaudemus impleri. Sic n. nos alloquitur p̄ Prophetā, Audite me qui scitis iudicium populus meus in quoru corde lex mea est, opprobriū hoīdū nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, ne q̄ nūc vos spēgnūt magni duxeritis: Sicut n. vestimentum, ita p̄ tempus absumentur, & sicut lana à tinea comedentur, iustitia autem mea in æternū manet. Legant tñ hæc nostra si dignentur, cum ad nos contradictiones eorum peruerent, quātū dominus adiuuat, respondebimus.

DE SPIRITU ET ANIMA LIBER VNVS.

PRAEFATIO.



Voniam dictum est mihi, vt me ipsum cognoscere sustinere non possum ut me habeā incognitum. Magna nanq; est negligētia nescire quid illud sit, quo coelestia tam profunde cogitamus, quo naturalia tam subtili indagatione innestigamus, & de ipso quoque creatore nostro tam subulima scire desideramus. Non est res peregrina nec longe querenda à nobis. Animus est quo ista sapimus. Sed est semper nobiscum, adeſt, traſtat, loquitur & intus versatur. Datum est illi tam ingētum rerum secreta scire, seipsum cognoscere non posse. Parcis siquidem licet ipso animo animū cerne. i. vt ipse animus le videat. Fieri autem non potest quādā diuina prouidētia, vt inueniendi facultas desit religiosis aīs seipso & Deum suū pie caste ac diligētē querentib. Idecirco reddā me mihi, imo Deo meo cui maxime me debeo, & video quid sit animus, & quæ sit patria eius. Animus est substantia quædam rationis particeps, regendo corpori accommodata. Animus sapientia illustratus, & suū principium respicit & seipsum cognoscit, & quām sit indecorum, vt extra se querat, qđ in seipso possit inuenire, intelligit. Corporis vero passionib. cōsopitus, & per sensib.

*Paganorum
rum reli
quia fru*

*H. fra ia-
Elant sua
Cap. 20.
Psal. 9.*

I. Cor. 1.

Psal. 2.

*Ratiō.
Rōcīnatiō se
Alius seip
sum intel ist
ligit. c. 2. n
pe
fe
tū
m
res
N
me
die
vici
De
No
tū
pō
def
fici
obl
sus
vag
tia,
ctu
suo
circ
de,
Deo
ad
seta
C est.
sic in
cont
Hō quib.
ad in
confit.
Cap. 3.
sensi
absq
teneb
piscil
est il
fra se
fiqui*

ginatione, est vis animæ qua figurā corporearum rerū absente corpore sine exteriori sensu dignoscit. Cogitatio, est circa quilibet animi occupatio. Consideratio, est intenta cogitatio. Meditatio, est frequens cogitatio modū & causam & rōnē vniuersicūs rei inuestigans. Ingeniū, est quidā uis naturaliter animis insita per se valens. Rō, est quidā uis animæ quæ omnia discernit & iudicat, sed maxime cū inhiat spiritualib. & imaginē Dei in se conseruat. Intellectus, est rerū in se vere existētium perceptio. Intelligentia est de solis rerū principijs, id est deo, hyle & ideis, & de incorporeis substantijs pura & certa cognitio. Contēplatio est perspicue veritatis iocunda admiratio. Charitas, est concordia mentiū & societas electorū, uita beatarū animarū & angelorū, quia nec animæ nec angeli nisi per charitatem uiuent. Aia rationalis, & intellectualis facta est ad imaginē & similitudinem Dei, ut factorē suum pro imagine cognoscatur: & pro similitudine diligatur. Ex imagine nāq; Dei habet rationē, & ex similitudine charitatē. Charitas vero in seipso representat Trinitatē: hāc ratio sentit & pacata requirit, hanc charitas inuenit & uidendo beata quiescit, hanc in presenti fides sequitur, spes in celū usq; comitur, charitas perenniter amplexatur. Mens ita que spiritualis seu intelligentia rōnalis primo creatore suū aspiciat, deinde creatura ipsius uideat, & mediante arbitrij libertate ad eum qui condidit omnia se & cetera referat. Sic in homine Trinitas appareat quam charitas manifestat, ut charitatē semper homo exhibeat, semperq; cōspiciat is quē Trinitatis imago perornat. Sic homo eius seruabit similiū dinē, cuius in se naturaliter portat imaginē. Appareat ergo imago Dei in intelligentia rōnali, in mente spirituali, in honore liberi arbitrij. Appareat similitudo Dei in moribus pro natura, in operib. pro iustitia, in iuritutib. pro gratia, ut morib. natura perornetur, ut iustitia operib. cōprobetur, ut gratia iuritutib. cōpleatur, & sic semper dño plentetur. Aia totū corpus hominis tota pariter animat. Est quidē inspirata à Deo homini vita, non de praiacenti materia, sed de nihilo facta ab eo. De ceteris animalib. scriptura dicit. Producant aquæ & cetera producat terra animā uiuentē. Animā uero nō aqua, nō terra produxit, sed Deus inspiravit, non tñ uiuā uel uiuentē, sed spiraculū uitæ rōnale ex Dei imagine, sc̄tū ex Dei similitudine. Anima noui est pars Dei, probat hoc mutabilitas quam incurrit. Deus n. immutabilis est, hæc saepe mutata pculpa, qñq; mutata pro pena & damnata fit misera. Nihil ei tñ nocere potest, nisi à Deo recedat. Recedit autē qñ peccat, p inde torqueatur misera à Deo refuga. Ab uno disiuncta spargitur ad multa, & pro sua intēperatia fit morbida, fit molesta. Eapropter sensus corporei turbata memoria, turbati hebetes sūt, marci, & stupidi. Inde caro patitur, languore A res oriuntur & mors uiolenta peruagatur. Homo quidē à Deo auersus, peccando peruersus, quia à Deo dissentit, dissidet & sibi, portatq; in seipso penam de seipso. Aia non formatur ex materia informi, sed in sua creatione formā accepit, qua facta est ad imaginē & similitudinem Dei. A quo si auertit, remaneat informis, quia Deo dissimilis, nec ideo in efficitur irrationalis, quia gestat imaginē Dei vnde potest reformari. Sic nec ēt si tota cōcluditur p̄ctō, & licet pro insipientia iumento cōparetur, ideo fit quasi anima pecoris uel alterius corporis. Ipsum n. corpus & nūc & in fine semper est habitura cū quo facta est una persona, sed nec ideo fit corpus et si penitus hebetetur. Non n. distrahitur partibus, nec loco concluditur. Non est major in majorib. nec est minor in minoribus sui corporis partib. uitæ idoneis. Spūs nanq; est anima rationalis quātislibet obruta malis, & ubiq; que est tota est. Non traducitur à patre in filiu, ne vñquā sit aia amborū. Sicut inquit dñs aia patris, sic aia filij mea est. Nec pars aia patris in filiu dū generat se transfundit. Partiri nanq; seu diuidi, augeri uel minui, p substantia sua spūs nescit. Non n. potest esse major sed melior. Si n. particulariter transfundetur, corporeus esse probaret. Quod si ut delirat aliqui semen animæ ex semine carnis haberet generādo trāsfundi, multa quidē inhonestia & impossibilia possent exinde exclamationi, q; de spiritu rationali nec dici debent nec opinari. Indecens n. est obsecra retexere, & male fusa carnis semina denudare. Dicimus autē rationales animas pro essentia fieri quotidie de nihilo nouas, sed pro simili natura ex institutione diuina, non utiq; nouas. Quales n. in ex ordio Deus die sexto masculo & feminæ dedit, tales quotidie inspirat singulis,

Ezecl. 18

Quod ani
ma de ni
bilo sit.

Cap. 41.

Gen. 1.

DE SPIRITU ET ANIMA

Ioan. 3.

lis noua de nihilo creatione non noua institutione, Pater, inquit, meus vñq; modo operatur, & ego operor. Operat vñq; modo pñ, & filius, operatione siquidē noua, sed institutione non noua, pro illa agens, aut ista quiescēs. Res vero corporeæ post primā sui creationē nouæ nullæ creaturæ, sed simul in exordio conditæ tali formatione propagantur.

Animæ aut̄ nō simul essentialiter factæ sunt, sed pro natura consumul, qua ad imaginē & similitudinē Dei fiunt, & simul factæ reputantur, & nō simul ceditæ iudicantur. Non simul aditæ pro essentia, sed simul factæ pro cōpari forma ad imaginē & similitudinē Dei prōgata. Caro de carne gñando traducitur, sed spūs de spiritu minime propagatur. Certū te nemus, quia caro cōtracta de carne per legē concupiscentiæ, q̄ cito viuificatur originalis culpa vinculo premis, eiusq; affectionib. aīa q̄ carnē viuificat aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo démerguntur parvuli, qui sine remedio baptismi moriuntur. H̄t nō originale peccatum, non per animā, sed per carnē vñiq; contractū animæ q̄ resuimus. Carni nanq; ita vniatur anima, vt cū carne sit vna persona. Fit. n. authore Deo caro & aīa vñū idividuū, vnu s hō, vnde salua naturę vtriusq; proprietate ad iicitur carni q̄ animæ est, & animæ, q̄ carnis est, pro vnitate personæ, non pro diuersitate naturæ. Quod igitur ibidē singulis est propriū, cōe fit aīorū: propriū p̄ natura, cōe pro persona. Exinde ht anima originali culpa obnoxia, quā caro cōtrahit, & animæ refundit, cū qua vñta est in persona, licet diuisa sit in natura. Eapropter necesse est parvulū dū viuit Christi sacro renouari, ne obsit eius animæ societas carnis peccati, qua gravatur et corpore exuta, nisi dū in corpore viuit salutari fuerit remedio expiata. Currant igitur adulti, currant pro seip̄s, impendat et par-

*Baptif.
miser.*

*Depueris
non bapti-
zantur.*

Cap. 4.

D uulis facim fidei, suscipiant Christi fidē cum sacrificiis, vt parvulos in Christo renouatos fides ecclesiæ tueatur, & adultos cum sacrificiis opera fidei comitentur. His et renouatis per gratiam, tandem cōplebitur in resurrectione generali, vt caro ipsa resurgat in gloria animæ sua restituta, viua & æterna, felix & beata. Si quarratur, quare Deus dat animas illis quos absque remedio salutari mori cōtingit r̄ndemus, q̄ diuina institutio quia res & rerū naturæ conduntur, nec pctō tollitur, nec violentia p̄pe-

ditur. Inde est q̄ lex corporalis copula, nec ēt in malis iure suo priuatur. Generant adulteri, fornicatores, prophani, naturalis tñ institutio nec in talib. deperit. Natura nāq; pro ut Deus instituit, q̄ suū est operatur. Natura si quidē est quādā vis & potētia diuinitus rebus creandis insita quæ vñcuiq; rei oē suum tribuit, qua bona quisquis male vtitur, malus esse iudicatur. Iuste. n. puniuntur, qui lictis abutuntur. Iuste vero puniuntur qui rape re inconcessa conantur. Sic satanas celū, sic protoplastus perdidit paradisum. Abutuntur licitis, qui bona Dei maculant vñibus inconcessis. Maculant bona Dei, sicut iī qui calore libidinis exercent opera copula carnalis. Ex his filij gñiantur, quorū corpora seruētē creatori creatura formiantur, & Deo inspirante spiraculū vñte animātū. Spiraculū aut̄ vita, humana animā intellige, quā non producit terra vel aqua, sed Deus inspirat: quo sensus corporei animant, vnde homo factus in animā vñlentē memoratur. In his & in alijs op̄ agit prout instituit, quē nullius adiuuat bona nec impediūt mala. Bonos quidē p̄uehit sua gratia, malos terret sua iustitia. Nos equidem serui dū dñi bonis abutimur, rei & miseri patiter inuenimur. Ipse equidē serui dñs q̄ seruorū suorū malis bene vtitur, sanctus & op̄ adoratur. Ipse corpori terreno de peccati trā duce propagato, pro instōne sua inspirat animā bene vtens inolita purificatione nostra, q̄ si esset naturalis, creatori poterat imputari. Sed creator p̄parat omni tpe sacra, & obedientiæ pia proponit edicta, vt cōtra peccata sacra in remediu sint, & t̄paliū obleruatio mandatorū cōternorū afferat p̄mīa donorū. Vnde si aliqui sub pctō geniti parvuli obēt absq; remedio salutari, pertimesce iustitiam Dei, qui nihil debet alicui, sed dānat in singulis malū q̄ non fecit in eis. Si aut̄ parvulos renouat sacrī, admirare misericordia Dei. Ips. n. sicut nesciunt culpā cū qua ex carne na- scuntur, sic nesciunt gratiā qua per Christū renouantur. Nō exculat parvulos à culpa, q̄a ēa non norunt, nec excludit gratiā ab eis, q̄a ēa nesciunt. Quæreris in eis culpam, inuenis ex carne tradictā; quæreris in eis gratiā, inuenis à Deo collatā. Illa iudiciū pdicat, hæc misericordia representat. In vtrōq; Deus agnoscitur, p. 100. cui misericordia & iudiciū perpetua laude cantatur.

*Natura
quid
Cap.*

*Mo-
homini
quid si*

Mat. 1.

*De cor-
re &
mac. 4.*

*Natura
quid sit.*
Cap. 43.

cantatur. Sed ab his intuendis mens nostra, mēs infirma, quia peccatis obruta, citius ad seipsum redeat sibiq; remediū querat, vt qui in Adā ceciderit, in Christo resurgat. Plures veteres de natura animæ dixisse inueniuntur, sed nihil ita vt nō aliquid restare videat. Ego aut ex eorū dictis quāto diligētius potui breue istud & certū colligere, atq; in vñū studiū redigere, q̄ memorię cōmendef. Hebes nāq; est memoria hoīs & breuitate gaudet, & si in multa diuiditur, fit minor in singulis. Ex corpore & aīa constat homo: & quicquid ocu- lis corporeis vī, pp corpus factū est, corpus pp animā, anima aut pp Deum. Vita corpo-

Gris anima est, vita animæ Deus est. Immorta- lis est anima, quia carne caret: nec habet quo cadat vt resurrectione egeat post ruinā, nisi pētō ceciderit: & ideo in morte vita nostra non perit, sed corpus desfluit: dū discedens anima vim suā nō pēdit, sed q̄ viuificauerat hoc dimittit, & quantū in se est mortē alterius facit, quā ipsa non recipit. Facit, inquā, non viuificando q̄ deserit, nō amittendo q̄ viuit. Itaq; mors hominis nihil est aliud qua carnis occasus, à qua cū vis potentiae viuificantis abscesserit, in terrā de qua sumpta est reddit, amissis sensib. quos per leipsam nō ha- buit. Anima non aliter q̄ Sol lucē diei, vitam tribuit carni cū venerit, mortē efficit cū rece- dit. Mors tñ non consumit coniuncta sed diuidit, dū origini suæ vtrūq; reddit. Et ne quis putet animā corporis morte consumi, audi- at quid dñs in Euangelio dicat, Nolite, in- quit, eos timere qui occidūt corpus, animā aut occidere non pñt. Fatigatur corpus cogi- tationib. mentis: afficitur in corpore mēs do-

*Mors
hominis
quid sit.*
Mat. 10.

De corpo loribus corporis. Corpus ex quatuor elemē- re & ani tis constat. Aīa nec elementū est, nec ex ele- mētis, sed de nihilo est facta, & soli creato- ri suo cognita. Ex his ergo omnib. que in se, hoc est in corpore suo visibilia videt, nihil se esse vel posse esse videt. Secernat ergo & diui- dat se per se ab eo toto q̄ videt iūle uisibile, & inuisibile se esse omnino uidet in eo q̄ ui- det se, & tñ uideri se non posse uidet. Deinde eleuet se super se, & in eo q̄ primū & princi- pale speculū est speculandi Dei, illiusq; ima- gini ac similitudini proximū & cognatū, magis factū inuisibilē Deū inspiciat. Hoc aut est ipsa ratio & mens, rōne utens q̄ ad primā si- militudinem Dei facta est, ut per se inuenire

possit eū à quo facta est, & ī eius amore atq; contéplatione dulciter requiescere. Ea nāq; perfectius suū factorem manifestant, q̄ illius similitudini vicinius appropinquat. Hęc aut est ipsa rōnalis creatura q̄ excellenter & pro prie ad illius similitudinē facta est: & tunc ci- tius creatorē suū quē non uidet agnoscit & diligit, cū se ad illius imaginem factā intelligit. Mens rōnalis est q̄ se cogitādō intelligit, & imaginē suā ex se natā habet, q̄ imago eius uerbū est. Verbum. n. rei est ipsa cognitio ad similitudinē eius ex memoria formata. Hoc modo liquido appetit summā sapientiā cū se dicendo intelligit, gignere coniubstantiā sibi similitudinē suam, i. uerbū suum. Mens tñ rationalis qm̄ non se semper cogitat sicut sui semper meminit, liquet, quia cū se cogitat uerbū eius nascitur de memoria. Vnde ap- paret quia si semper se cogitaret, semper uer- bū eius de memoria nacceret. De summa uero sapientia q̄ semper se dicit sic, sicut sui semper memor est, liquet quia de aeterna memo- ria coeternū eius uerbū nascitur. Sicut. n. summa sapientia aeterna est, ita aeternae sui memor est, & aeternae se intelligit, & aeternae se dicit, cū sit illi dicere, q̄ intelligere, & cum aeternae se dicat, aeternae uerbū eius apud ipsam. Mens ergo rationalis, q̄ inter omnes creature ad inuestigationē summæ sapientiæ sola assurge- re ualeat, & nihilominus ad eiusdē inuenitionē sola proficere; semper studeat illius remi- nisci, illam intelligere & amare: ad hoc facta est ut semper uiuat si semper amet summam uitā, summam sapientiā, summā essentiā, cui debet hoc ipsum q̄ est. Amare autē nequit, nisi ei^r reminisci & eā studuerit intelligere, Faciat ergo hoc ad q̄ facta est ut bene uiuat. Deus omnipotens cuius beatitudine nec auge- ri pōt, quia perfecta est, nec minui, quia aet- na est, sola charitate, nulla necessitate sui rō- nales spiritus creauit, ut eos suæ beatitudinis participes faceret. Alios uero in sua puritate K in celo confirmauit. Alios aut pp superbiam in infernū p̄cipitauit, atq; alios ad cōprob- bandā humilitatē & obedientiam in terrena habitatione terrenis corporib. sociauit, ut ad uitā sensum luteā materiam uegetarent. Ha- bent namq; in natura sua quandā mutabilitate secūdū quā corporib. viuificantis appro- pinquant, in qua quidē nō nihil suæ puritatis deponunt. Cū. n. delectatione carnis affici- tur:

*Spiritus
rationa-
les. c. 45.*

tur: quasi quandā corpulentia inde trahunt: quæ puriore naturam eorum corruptit. Et hoc vitiū quanto altius eis in corporib. mā-

nentibus inhæserit; tanto difficultius eos à cor-

poribus discedentes deserit: qm̄ non tollitur

passio, &c cū tollitur causa paſſionis, niſi ab

eiusmodi feculentia ſe in hac vita mundare

ſtuduerint. Nos ergo qui in medio bonorum

& malorū poſti ſumus, conſiderare ſapere de

M bēmus, & gaudiū illorū, & iſtorū ſuppliciū,

atq; noſtra miſeriam. Rationalis ſi quidē eſt

anima noſtra, vt ſciat diſcernere inter bonū

& malū. Et eſt concupiſcibilis atq; iraſcibilis,

vt poſſit amare bonū & odire malū. De con-

cupiſcibilitate naſcitur amor, de amore &

deſideriū & gaudium. Amor eſt * delectatio

cordis alicuius ad aliquid pp aliquid, per de

ſideriū currēns atq; per gaudiū requieſcens:

per deſideriū in appetendo, & per gaudiū in

perſtruendo: nec aliunde bonū eſt, ſi bonū

eſt cor humānū: niſi q̄ bene amat, q̄ bonum

eſt. Nec aliunde malum eſt, ſi malū eſt, niſi q̄

male amat q̄ bonum eſt. Omne. n. quod eſt,

bonū eſt: ſed in eo q̄ male amatur, tñ vi-

tium eſt. De iraſcibilitate naſcitur odio, Ira

enim generat odio: & de odio dolor & ti-

mori. Cum. n. cōtra peccata noſtra iraſcimur

& ea odire incipimus, dolemus quia pecca-

uimus, & penas pro peccatis timemus. Sic

creatore omniū Deus inter cetera & ſuper ce-

terā quæ creauit rationalem dignatus eſt am-

plius iuſtrare naturā, quam & ſua ſimilitu-

dine feicit inſignem, & iūa beatitudinis vo-

luit eſſe participerem. Cuius tñ rationalis crea-

tura licet ſimilis videatur origo, facta eſt di-

uersa cognitione: dū pars eius eſt in aeterna fe-

licitate firmata: pars rudentib. inferni detra-

cta, & in tartarū trādita in iudiciū crucianda

fernatur. Pars eſt tertia terrenis vnta corpo-

ribus locum medium ſortita cognoscitur: &

prius quidē eadem media ſummis vicinior

in delitijs erat poſta paradise, nunc iam pro-

pinquier inſimis, pro reatu inobedientia hu-

A miliata eſt in loco afflictionis. Summis igi-

omnium horū locū plenam habet latitiam,

inſimis ſolam triftiam. Ibi. n. plena foelici-

tas: illuc ſola & ſumma miſeria eſt. In medio

ſanē ſumma ſperanda, ſed nihilominus inſi-

ma ſunt timenda, & ideo nobis iam amplior

timoris cauſa quā ſpe, quo viciniores eiſidē

inſimis, delecti in ipſa degimus umbra mor-

tis. Qui tñ & illius beatitudinis, & illius nihilo-

minus dānationis aeterna humanā Deus

animā pro ſuorum qualitate meritorū parti-

cipē fieri poſſe cognouit, naturales affectus

ei quatuor indidit: vt haberet vnde bona illa

poſſet optare, & in eis qñq; latari, & rurſum

vnde mala illa metuere, vel in eis eſt dolore

perpetuo coſtrīſtari. In eo. n. fanē grauior eſt

moderna conditio, q̄ non modo exhibet tri-

ſtitiam & modernā moleſtiam, ſed & timor

habet pñnam, & ſpes ipſa qua differt affi-

git animā. Pijſimus. n. pater & terribilis in-

dex, qui vera illa & perpetua gaudia filijs, do-

lores & que perpetuos reis in fine parauit, nō

nulla tñ eſt nos in praefenti experimenta cape-

re voluit gaudijs vel doloris vnde illa nō mo-

do certius credi, ſed affectu ſius quoq; opta-

ri valeant & timeri. Ceſterum nec praefentia

gaudia in illorum cōparatione ſunt gaudia,

nec triftia praefens in illius cōparatione eſt

triftia. Nec deſipiet ſi quis interim omnem

operam dare maluerit, quēadmodū illa po-

tius valeat concupiſcere gaudia, illos formi-

dares dolores, q̄ huius vitæ vitare moleſtias,

captare latitiam. Verumtñ inuenire eſt etiam

in praefenti vnde utileiter gaudeat quis, vel fa-

lubriter coſtrīſtetur. Si latet eſt de beneficijs

ſuis gratias Deo agens, & in deuotione eius exultet,

& propria ſeu eſt proximorū delecta

deploret. Vnde eſt diuina diſpoſitione media

inter eosdem affectus conſtituta eſt ratio in

corde hominiſ, per quā nimirum diſcernere

& dijudicare poſſit vnde gaudeat ſeu doleat

imo eſt quid cupiat vel quid timeat. Sanē qui

triplicem vim animæ eſſe docuerunt, ratio-

nalem illā, iraſcibilem, & concupiſcibile af-

ferentes, affectus quidē diuersos, ſed quadam

fibi cognitione iunctos, ſub iraſcibili metu

& triftiam, ſub concupiſcibili deſiderium

& iuctiam cōprehenditſe videntur. Interim

ergo inter affectus varios humana fluctuans

C anima, neceſſe eſt vt certā demum vel in ſum-

mis vel in imis accipiens stationē, in ſolo de-

inceps vel gaudio vel dolore perſiſtar. Deus

eſt in ſummo, mundus in imo. Deus in eodē

ſtatū aeternitatis ſue ſemper conſitit, Mūdus

curſu mutabilitatis ſue ſept̄er instabilis fluit.

Humanus animus quaſi in medio collocaitus

quādā cōditionis lux excellentia, huic mu-

tabilitati q̄ deorū ſumma eſt ſupereminet, & ad illā

q̄ eſt apud Deū verā immutabilitatē necedum

per tingit.

70 πάθος

Al. l. dilatatio.

Amor quid sit.

Creature rationalis diuera
rō. c. 46.

2. Pet. 2.

πατέρων

De huma
no anima
Cap. 47.

Gen. 3.
Arbitrii
Eletio.

D
al. L. Ara
i

pertinet. Si vero in ijs q̄ deorsum transeunt se per cupiditatē immerserit, statim per infinitas distractiones rapietur, & a semetipso quodāmodo diuisus dissipabitur. Si vero ab hac infinita distractione q̄ deorsum est se ere xerit, & hęc infima deserens, atq; paulatim in vnum se colligens secū esse didicerit, tanto amplius iuvnū colligetur, quanto magis cogitatione & desiderio sursum eleuabitur; donec tandem omnino immutabilis sit, &

C ad illā verā & vnicā quę est apud Deum immutabilitē perueniat, ubi perpetuo sine oī mutablitatis vicissitudine requiescat. Credimus animas nec esse ab initio cū angelis, nec Cap. 48. simul creatas: sicut Origines singit. Nec per coitum cum corporibus seminantur: sicut Luciferiani & Cyrillus, & aliqui Latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus earum creationē solum omnium creatorē nosse, & corpus tantū per coniugij copulationē semi nari: Dei vero iudicio coagulati in vulua matris: & compingi atq; formari: ac formato iā corpore, animā creari & infundi: vt viuat ho mo in vtero ex anima cōstā & corpore, & e greditur ex vtero viuus plenus humana sub stantia. Nec duas animas esse credimus in uno homine, sicut multi scribunt, vna anima lem qua animetur corpus, & immixta sit san guini, & alterā spiritale q̄ rationē ministret. Sed dicimus vna eandemq; animā esse in ho mine, quę & corpus sua societate viuificit, semetipam ita sua ratione disponat, habens in se libertatē arbitrij, vt in sua substantię eli git cogitatione quod vult: Libertati siquidē arbitrij sui cōmissus est homo: postquā vero deceptione serpentis per Euā cecidit, natura bonū perdidit, pariter & vigorē arbitrij non tñ electionē, ne non esset suū, quod emenda

D ret peccatū. Manet itaq; ad quārendā salutē arbitrij libertas: i. rationis voluntas: sed ad monente prius Deo & inspirante ad salutē. Ut ergo ac quiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est, vt adipiscamur quod adipisci desideramus, diuini est muneris. Ut non labamur adepto salutis munere. nostræ sollicitudinis est & cęlestis adiutorij: vt labamur, p̄tatis nostræ est & ignauiq;. Solum hominē credimus habere animam substantiū, quę exuto corpore viuit & sensus suos atq; ingenia viuaciter tenet. Neq; cum corpore moritur, vt Arabs* asserit: neque postmo-

dum interit, sicut Zenon dixit, quia subst̄itū liter viuit. Animalium vero animę non sunt substantiæ, sed cum carne ipsa carnis viuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiūt: & iō nec ratione reguntur, sicut Plato & Alexander putant: sed ad omnia incitamēta natura ducuntur. Anima humana non cum carne moritur, quia non carne, sicut diximus superius, seminatur: sed formatō in vte ro matris corpore, Dei iudicio creatur & in funditur, vt viuat homo in vtero, & sic procedat nativitate in mundum. Anima a creatore principium habens, ex quo est perfecta est in genere suo: vnde ex quo est, sciret omnia quę ab homine sciri possunt, nisi gra uitas carnis esset. Quod per primum hominem, qui ante corruptionem humanitatis ex quo fuit perfecte habuit scientiam, probari potest. Sed modo corrupta humanitate, ex quo cōsūgitur corruptioni, corripitur. Nec proprietas suas potest exercere, donec vsu & experientia & alicuius doctrina incitata incipit discernere. Veluti si quis cū subtili acie oculorū in tenebrosa derrudatur, videre tamen non potest ibi nisi prius affuescat tenebris, vel lumen accendatur. Vnde Virgilius, Quantum non noxia corpora tardant.

E Et licet alię sint actiones corporis, & alię aetiones animę: tamen corporis vitia vel uirtutes possunt esse animę. Cū enim ad hoc sit data, vt illicitos carnis motus corrigat, ignorantia illius contingunt uel negligentia. Si cut cum discipulus uel seruus negligentia doctoris uel domini peccat, magister uel dominus extra culpam non est. Sic anima malis contingentibus non est extra culpam, cum ista debet imperare, & illa obedire. Duabus substantijs tantum constat homo: anima & carne. Anima cum ratione sua & carne cum sensibus suis. Quos tamen sensus absq; socie te animę non mouet caro: anima uero fine carnis rationale suum tenet. Notandum tamē quod idem ipsi sensus qui in exteriori homini ne describuntur, simili modo secundum modum suum in interiori esse manifestantur, quia spiritales res non corporalibus sensibus, sed spiritalibus, rinnandę sunt. Vnde diuina scriptura in Deuteronomio ait: Vide q̄ ego sum Deus, & non est alius prater me. Et in Apocalypsi. Qui habet aures audiendi audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.

Aene. 6.

Homo ex carne & aī. c. 49

Deh. 32.

Apoc. 2.

Et

DE SPIRITU ET ANIMA

Et in Psalmo, Gaudate & videte quoniam suavis est
^{Psal. 33.} dominus. Et Apostolus, Christi bonus odor sumus, & in ijs qui pereunt, & in ijs qui salvi sunt. Et in Evangelio dominus mulierem fide se tecum gisse magis quam corpore ostendit dicens, Telligit me aliquis: Nam & ego sensi virtutem de me exisse, Sic ergo cum omni cautela obseruandu est quid ad corporis sensus, & quid ad anima pertineat dignitatem: ne forte confusus ordo & irrationalis estimatio alicui repugnare videatur veritati. Non est tertius in hominis substantia spiritus, ut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima: & pro spiritu rationali natura, vel per eo spiritum in corpore, spiritus appellatur. Anima vero ex eo vocatur, quod ad viuendum vel vivificandum animet corpus: Tertium vero qui ab Apostolo cum anima & corpore inducitur spiritum, gratia sancti spiritus intelligamus quam orat Apostolus, ut integrum persevereret in nobis, ne nostro vitio aut minuatur, aut fugetur a nobis: quia spiritus sanctus effugit factum, & auferet se a cogitationibus quod sunt sine intellectu. Iugi ergo meditatione animum nostram exerceamus, & consideremus miseras & necessitates nostras, labores & dolores. Lugentes non in hac vitam intrauimus, cum labore vivimus, cum dolore & timore exituri sumus. Cogitemus ergo quod breuis vita nostra sit, quod via lubrica, quod mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum sit, si quid dulce ac iucundum in via huius vite, occursu suo nobis aliquid: quod fallax & suspectum, quod instabile transitorium est quicquid huius mundi amor parturit, quod quid species, aut temporalis pulchritudo promittit. Consideremus etiam quod sit patria celestis pulchritudo suauitas atque dulcedo. Attendamus & perpendamus unde cecidimus, & ubi iacemus: quid perdidimus, & quid inuenimus, ut ex vitro intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugendum sit. Hinc noster Salomon ait, Qui sicut. apponit scientiam, apponit dolorem, Quia & quanto magis homo sua mala intelligit, tanto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidem patitur scientiam, scientiam, copunctionem, copunctionem deuotionem, deuotio perficit orationem. Meditatio, est freques cogitatio, curiosa & sagax obscura inuestigare, & occulta ad notitiam trahere. Scientia est, quoniam homo ad notitiam sui assidua meditatione illuminatur. Copunctionem est, quam ex consideratione malorum suorum cor interno dolore tangitur. Deuotio, est pius & humilis affectus in Deum humilis ex conscientia infirmitatis proprie, pius ex consideratione diuinæ clementiae. Oratio, est mentis deuotio, id est conuersio in Deum per pius & humilem affectum. Affectus est spontanea quædam ac dulcis ipsius animi ad Deum inclinatio. Nihil, ita Deum inclinat ad pietatem & misericordiam quemadmodum purus mentis affectus. Scientia celestium & terrestrium rerum laudare atque amare solent homines, sed multo meliores sunt qui huic scientie præponunt noscere se metipos. Laudabilior siquidem animus est, cui nota est miseria sua quod qui ea non aspectat, vias syderum & naturas rerum scrutatur. Qui vero iam in Deum euangelizavit animus spiritus sancti calor, excitatus, atque in eius amore coram se vult, ad eumque intrare volens nec valens eoque sibi lucente attendit in se, & inuenit se suam, quæ agitudinem illius munditiæ comparari non posse cognoscit: dulce habet, eumque precari, ut sui misereatur totumque eius miseriam exuat. Hunc itaque egentem & dolentem scientiam non inflat, quia charitas edificat. Proposuit enim scientia sciare, id est, sciare seipsum & infirmitatem suam, magis quam sciare vires herbarum, & naturas animalium: & hanc apponendo scientiam, apposuit dolorum, id est defectum peregrinationis suæ ex desiderio patriæ suæ, & visionis Dei, Dolorem, qui tenetur exilio, quia differtur a regno, Dolorem, dum recordatur quæ & quanta mala fecit, & quod intollerabiles penas per illis passurus sit. Cum nulla scientia melior sit illa qua cognoscit homo seipsum, discutiamus cogitationes, locutiones, atque opera nostra. Quid nam prodest nobis, si res omnium naturas subtiliter inuestigemus, scilicet cetera comprehendamus, & nosmetipos non intelligamus? Examinemus ergo quod fecimus nos si secundum quod debuimus, ea fecerimus: consideremus etiam quod facturi sumus, si sint secundum Deum. Valde siquidem est necessaria nobis circumspectio examinationis, quatenus per experientiam eorum quae fecimus, ad ea quæ agentia sunt, tutores reddamur. Sæpe namque opus quod bona intentione inchoari credimus, tanto citius in deceptionis laqueo nos precipitat, quanto de intentionis nostræ principio securi finis actionis non obseruamus: & imprudentes quasi via plana ad foue currimus: quod videmus quid facimus, sed quid finem nostrum

nō sit
autem

Pro. 2

Tunc
dum ad co-
gnitionem
fui. c. 52.

^{Ecclesiast.} ^{Cap. 50.} <sup>Quid sit
meditatio</sup> Scientia, copunctionem, deuotio perfectit orationem. Meditatio, est freques cogitatio, curiosa & sagax obscura inuestigare, & occulta ad notitiam trahere. Scientia est, quoniam homo ad notitiam sui assidua meditatione illuminatur. Copunctionem est, quam ex consideratione malorum suorum cor

strum sequi debeat, nō attendimus. Ita n. am-
biguus est animi affectus, vt nisi ex fine ope-
ris qualitatē intentionis eius discernere non
valeamus. Præterea necesse est, vt per singu-
los dies uitā nostrā ad iudicium uocemus: &
quid egimus per noctē & diē examinemus:
& quanto ad bona faciēda solito alacriores:
& quāto ad mala vincendas, solito cōstantio-
res: siue aliquo opere nostro insidijs inimici
supplantati simus, qualiter demū per iudiciū
L transacta deceptionis futurā illius fraudē ca-
uere valeamus: quatenus nec superueniens tē-
tatio nos improuisos ad malū opus deiçiat,
nec indiscretos in opere bono præsens negli-
gentias fallat. Quisquis, s. cor suū in hīmōi stu-
dio exercet, audiat quid quidā sapiens dicat,
Scito teipsum: scito vnde venisti, aut quō ua-
dis, quō uiuis, quātū proficis uel deficis, q̄
longe es à Deo, uel q̄ prope, non interuallis
locorū, sed similitudine uel dissimilitudine
morum. Scito quō homo es, cuius cōceptio-
culpa, nasci miseria, uiuere pena, mori neces-
se. Certū est, quia morieris, sed incertū quō
uel q̄ uel ubi, q̄ mors ubiq̄ te expectat, &
tu si sapiens fueris, ubiq̄s eā expectabitis. Atten-
de ergo solicite quid agas, uel quid agere de-
beas. Si q̄ faciendū est facias. Si bono operi
malū aliquod nō admisceas. Si bonū q̄ agis,
quanta oportet deuotione adimpleas. Si alte-
rius, ut tuū bonū diligas. Si tuum, ut alterius
malū reprehendas. Si sic declinas à malo ut
facias bonū. Sunt n. quidam tñ attendentes
mala quæ non faciunt, istos pusillanimitas à
bono opere renocat, ne malū surripiat. Sunt
aliqui attendentes tantū bona quæ faciunt: il-
li sic sibi à bono opere cōplacent & blandiū-
tur, ut de prauitatis admixtione minimeter-
reantur. Sunt alij sapientes ut faciat mala, bo-
na autē facere nesciūt: isti pessimi omniū letā-
tur cū male fecerint, & exultant in reb. pessi-
mis. Sunt alij q̄ rentes Deū per exteriora, dese-
rētes interiora sua, quibus Deus interior est.
Redeamus ergo ad nos, ut possimus ascen-
dere ad nos. Tres siquidē ascēsus sunt. In pri-
mo, ascendimus ab istis exterioribus & infe-
rioribus ad nos. In secundo, ascendimus ad
cor altū: quanto nanq; amplius proficimus,
tanto amplius ascendimus. Qui n. non ascen-
dit, descendit: & qui non proficit, deficit. In
tertio ascēsus, ascendimus ad Deum. Primus
ascēsus fit consideratione mundi, & conté-
ptu. Considerando nanq; q̄ caduca & transi-
atoria sīt ista terrena, contēnimus ea & redi-
mus ad nos. Secūdus ascēsus fit cognitione
& cōtemptu nostri. Cum n. cognoscimus q̄
proni simus ad malū, & q̄ inualidi ad bonū,
contēminimus & ascendimus supra nos. Ter-
tius ascēsus fit cognitione & amore Dei. Iste
tertius ascēsus fit mentis dilatatione, & mé-
tis subleuatione, & mentis alienatione. Men-
tis dilatatio est, cū sub uno mentis aspectu,
plura conspicimus, uel de Dei sapientia, uel
de eius potentia, uel de cuncta bonitate. In-
A
tueri debemus q̄ potenter Deus cuncta crea-
uit de nihilo, q̄ sapienter gubernat, quam be-
nigne cuncta dispensat. Totum istum mundū
sic ornatum fecit pp corpora, corpora pro-
pter animas, animas pp se. Et ideo diligenter
custodiare debemus animas nostras, quatenus
eas mūdas & sanctas Deo reddere valeamus,
à quo tanta bona accepimus pro eis. Mentis
subleuatio est, cū de uisibilibus subleuamur
ad inuisibilia. Qn nanque consideramus hu-
manam dignitatē, admiramur dignationem
Dei, qui tam mirabiliter rationale sp̄iritum
ad imaginem & similitudinē suam creavit.
Mentis alienatio est, qn mens super se rapit,
De hoc mentis excessu, homo doceri nō po-
test, quia nihil ibi habet sui. De mentis autē di-
latatione & subleuatione instrui potest, quia
ibi aliquid habet sui: instruitur autem aliquā
humana industria, aliquā diuina reuelatione,
seu inspiratione. Nonnunquā uero in specu-
lo cordis sui, i. in rationali mente seipsum &
Deum inspicit. Ita nanq; conditū est cor ho-
minis, ut in eo quasi in templo dñs inhabita-
ret, & tanquam in quodā speculo suo reluce-
ret: ut qui in se uideri nō poterat, in sua ima-
gine uisibilis appareret. Magna prorsus di-
gnitas hominis est, portare imaginem Dei,
& illius in se iugiter uultum aspicere, atque
eum semper per contéplationem præsentem
habere. Sed postquam delectationem nostrā
in terrā peccando sparsimus, peccati puluis
superieictus est cordi nostro, & ideo ab illo
internæ contéplationis speculo corruentes
in has miseris præsentis uitæ tenebras labi-
mur, ubi Deo digne ministrare nō ualemus,
quia sorde iniquitatis caligine ignoratia ob-
uoluti, quid agendum uel uitandum nobis
sit, ex magna parte iam non uidemus. Terga-
mus ergo speculum nostrum ab amore va-
nitatis.

M

Tres gra-
du ad co-
gnitionē
sui. c. 5. 2.

Menti dā
Latatio.

Menti sub
lenatio.

Menti
alienatio.

Menti
alienatio.

DE SPIRITU ET ANIMA

mitatis & ab amore iniuriantis, i. à puluere & à sorde, vt in eo inspicere valeamus & nos, & creatorē nostrum, quē peccando post tergum nostrū posuimus. Aueris siquidē à Deo fumus, peccata nostra separant nos ab eo. Et ideo cum Propheta dicamus, Converte nos Deus salutaris noster. Si mulieres speculum suū in quo facies inspicient, cum amiserint, diligenter querant, & curiose tergant a puluere & a sorde: multo amplius speculū interioris hominis debemus & inuenire & tergere & inspicere: vt in eo totam turpiditudinem nostrā valeamus deprehendere, & ita per cognitionem nostram ad cognitionē Dei pervenire. Duo nobis necessaria sunt vt nos cognoscamus, videlicet quales sumus ad malū & quales ad bonū. Proni sumus ad malō, & si misericordia Dei non teneret nos, in omnē vitium possemus caderē, nec inde surge-re, nisi misericordia Dei subsequeretur quae nos subleuaret. Hoc bene cognoscebat Propheta cum dicebat, Dñe, misericordia tua ante oculos meos, quā me custodiat, & misericordia tua subsequatur me, quē me erigat. In validi sumus ad bonū, nec sine Dei gratia bonum facere, vel in aliquo bono perseverare possumus. Istud ēt Apostolus scribat, cum dicebat, Gratia Dei sum, id quod sum: & quia gratia eius in me vacua nō fuit: gratia eius in me manet. Hanc geminam cognitionem sūi habuit Abraham cū diceret, Loquar ad dñm meum cum sim pulsus & cinis? Reuera puluis est homo. Sicut in puluis ex quacunq; parte venti impellitur, & in aliā areā deiecit, & ibi remanet: sic homo in omne vitium caderē potest, nec adjiciet vt resurgat, nisi misericordia Dei ei subueniat. Cinis ēt est homo, quia sicut cinis nec profert germē ex se, nec susceptrū semen germinat, sic homo nec bonum facere, nec in aliquo bono perseverare sine gratia Dei potest. Idcirco maximas grates Deo referre debemus, quia & multa bona nobis concessit, & multa mala quā fecimus, nobis cōdonauit, & à multis malis seruauit, q̄ facere potuimus, sicut alia multa quā fecimus. Qui equid.n. mali non fecimus, eo misericordia non fecimus. Nā si ipse permisisset, ea vtiq; fecissemus, aut opere aut voluntate. Et ideo nescio vtrū eū amplius diligere debeamus pro his quā nobis dimisit, an pro his a quib. nos immunes seruauit. licet. n. ea non fe-

*Cognitio
sui neces-
saria.*

Cap. 53.

Psal. 25.

Psal. 22.

I. Co. 15.

Gen. 18.

*Hō quare
cīvis.*

*Quis finis
debet et
se nō sit
accusat.*

Ephe. 2.

Rom. 8.

Acto. 2.

*Pater fi-
lii spūs.
filiū.
tis.
am
tre*

cimus, nos quasi fecisse, & eum quasi di misericordia existimare deberemus, q̄nquidē ea vel voluntate utique fecissemus, si ipse permisisset. Quisquis in veritate se ita cognoscit, humilis est corā Deo & hominib. diligit Dñm propter Deum, & omnes homines pp Deum, & si perfectam charitatē habet, nullum indicat, nullum accusat, nullū condemnat: non seruat iram, non mouet rixas, non seminat discordias, non souer nocentes, non persequit innocentēs: non odit argentes se, non facit furū, non falsum testimoniū, non periurū, nulli detrahit, nulli nocet, nullum odit, sed omnes diligit. Scriptū est, Nemini quicquā debeat, nisi vt inuidē diligatis. Sic h. Deo similari est charitas, vt in eo habitare nolit, in quo charitas non fuerit. Qui ergo charitatem habet, Dñm habet, quia Deus charitas est. Et qui vnu hominē habet odio, Dñm perdit, & bonū q̄ facit. Quā pp vniusquisq; prouideat, ne pp vnius hominis odium, Dñm perdat, & omne bonū. Nunc reuertamur ad speculum nostrū, & videamus q̄lo per cognitionem nostri possumus ascendere ad cognitionem ipsius Dei. Duplex ēt natura hominis. Vna interior, quae est ipse homo, qm̄ mens vniuersusque est ipse. Altera exterior, id est corpus. Ex duplice natura compactus est homo, & ideo vt totus beatificaretur, duo illi bona Deus à principio preparauit, vnum visibile, alterum inuisibile: vnum corporale, alterū incorpore, vt in uno sensus carnis ad iucunditatem foueretur: in altero sensus mentis ad felicitatem repleretur. Idcirco duplice sensu rationalis anima instructa est, vt visibilita caperet per sensum carnis, inuisibilita per sensum mentis, quatenus & visibilita & inuisibilita ad cognitionem & dilectionē creatoris illam excitarent. Omnia nanque humana- rum actionum ad hunc finem currere debet intentio, vt vel diuinā imaginis in nobis similitudo instauretur, vel huius vite necessitati consultatur. Quā vero in nobis diuinam similitudinē reparant, duo sunt, i. speculatio veritatis, & exercitiū virtutum, quia in hoc homo similis est Deo, q̄ sapiēs & iustus est. Ea siquidem perfectius authorem suū manifestat, quā illius similitudinai vicinus appropiquant. Hoc autē est mēs rationalis q̄ excellenter & proprie ad similitudinē illius facta est. Et tunc citius creatorē suum quē non videt

dēt, agnoscit, eum seipsum ad illius similitudinē factā intelligit. In hoc ergo primū Trinitatis vestigium inueniū est, cū agnoscere cepit ipsa quod erat supra se. Vedit. n. quod ex seipso nascitur sapientia quae in ipsa est, & diligit ipsa suā sapientiā; procedit amor ex ipsa & sapientia sua, qua amat ipsam genitam de se, & in se mente nō diuidit a se: & apparet tria quedā in uno, mens sapientia, & amor. Et est sapientia de mente: de mente & sapientia procedit amor, & surgit Trinitas, & non reddit unitas: & sunt simul Trinitas & unitas, hęc sic in nobis Verū longe melius ratio sua det in Deo. Deus namq; cū sit origo omnis sapientie & semper sapientiā habuit & semper eam dilexit, & quia semper dilexit, semper amorem habuit. Sapientiam quam habet, ipse genuit, & semper cū illo fuit, quia genita se a gignente non diuidit: semper gignitur, quia ēterna, semp̄ genita est, quia perfecta, nec cū gignitur inchoans, nec cū genita est, cef-sans. Qui genuit, pater est: qui genitus est filius est: & qui ab ytreo procedit, spiritus sanctus est. Pater a nullo est, filius a solo patre ē, spiritus sanctus simul a patre & filio ē: & hec tria vñū in Deo esse substantialiter oportet fateamur. Sed quia ille qui genitus est, nō potest esse ille a quo genitus est, neq; qui a gignete & genito procedit, potest esse ille & qui est gigiens, & qui genitus: inexpugnabiliter ratione veritatis cognoscere cogimur in deitate personarū Trinitatem, & substantię unitatē, & maiestatis aequalitatē. Pater ergo & filius & amor patris & filij vñus Deus sunt, & uno amore se diligunt, quia vnum sunt; nec aliud est quod quicq; amat in altero q; quod quicq; que amat in seipso. Nec aliud est q; quicq; que est q; quod alter est, & ideo est necesse ut quisq; amet seipsum, & adiuvi cē quisque aliū. Hanc charitatem & hanc Trinitatē, Deus pater nobis manifestauit, cū propter nimia charitati suā qua nos dilexit misit filium suū i similiudinē carnis peccati, vt nos saluaret. Misit ēt, spiritus sanctum, quo nos adoptaret in filios. Filium dedit in precium redēptionis, spiritus sanctum in privilegiū amoris, se deniq; seruat hereditatē adoptatis. Pater, filius, & spiritus sanctus nomina sunt pietatis, nomina dulcedinis, nomina suavitatis & amoris. Quid. n. dulcius patre, & tanto patre tam dulcissimo atq; misericordissimo?

Quid suavius Iesu Christo? salvator noster totus est yncetus, totus est pius, totus est dulcis atq; suavis. Quid amabilius & quid suavius, & qd sanctius spiritus sancto? Amor patris & filii ipse est, per quē omnes sunt sancti qui cunq; sunt sancti. Considerate ergo quanta sit illa gloria, q; ineffabilis letitia cum ad Deum patrem veniemus, & ille ponet nos in suo regno tanquā filios & hredes, Iesus Christus tanquā fratres & cohæredes, spiritus sanctus vñū nos spiritū esse faciet cū illis: Ipse siquidē est id solubile vinculum Trinitatis & amoris. Tunc introibimus in potentias dñi, & videbimus ciuitatē illā de qua tam gloriofa dicitur. Vita siquidē illius ciuitatis est quieta, pax tranquilla, felicitas perpetua, pulchritudo admirabilis, species laudabilis, iucunditas cōcupiscibilis, in gloria desiderabilis, gaudium perenne, festivitas continua, cantica dulcissima. Ibi sunt quę corda omnium in quādā ineffabilem dulcedinem atq; iucunditatem cōuerunt. Sunt ibi gaudia ēterna quę suavitatē infundunt, & corruptionē nō inducunt. Semper reficiunt & nunquam deficiunt, paſcent & perseverant integras, ad fruendū se exhibent & permanent incorrupta. Dulcedo illius ciuitatis infundit se ad suavitatem, species ad iucunditatem, visio ad delectationem. Omnis pulchritudo ibi est, vbi summa pulchritudo est. Quanta nanque pulchritudo ibi est, vbi rerum omnium species sine defectu vigent, sine transīti permanent, sine corruptione consistunt sine mutabilitate ēterna sunt. Si tā pulchrum est quod vere pulchrum non est, quid est quod pulchrum est? O ciuitas sancta, cuius speciosa, quicquid in te est, totum pulchrum est, suave est, iucundum est, vnam bonum est, & omne bonum in ipso est. Quicquid enim nominare boni possunt, totum ibi est, quia omnia bona in uno sunt, & omnia vnum sunt. Huius tanti boni amor & desiderium cum me aliquādo tangit, vehementer, atque suaviter afficit, & neicio quō quo dammodo a membris abstrahit, subito enim innovor & totus immutor, rapior affectu, trahor desiderio, & bene mihi esse incipit ultra quam dicere sufficiam. Exhilaratur conscientia, in obliuionem venit omnis præteriorum dolorum memoria, exultat animus, clarecit intellectus, acceditur affectus, cor illuminatur, desidia iocundatur. Iamq; alibi,

Deinſtū
randa in
nobis ima
gine Dñi.
Cap. 54.

Quis fui
debeat q
se mōrit
accidisse.

Eph. 2.
Rom. 8.
Acto. 2.
Cap. 55.

1000

Psal. 76.

DE SPIRITU ET ANIMA

alibi, nescio ubi, me esse video: video namq; sed quasi adhuc de longe, choros angelorum & archangelorum psallentium & laudantium Deum. Vnum est. n. ibi omniū opus, contemplari mirabilia Dei eumq; laudare in operibus suis. Omnes contemplantur, omnes leguntur, omnes delectantur in Deo: cuius aspectus pius, facies decora, eloquium dulce; delectabilis ad videndum, suauis ad habendum, dulcis ab fruendū. Semper liber illum aspicere, semper habere, semper illo frui & in illo delectari. Ipse per se placet. & propter se sufficit ad meritū, sufficit ad prēmium. Nec ali quid est quod extra illum queratur, quia totum in illo inuenitur quod desideratur, & in illo torū amatur. Vnum namq; bonum est, & omne bonū in illo est. Hoc bonū soli boni habent & vident: amant & laudent laude perpetua.

Spiritus intelle-
ctualis.
Cap. 56.

Cum considero qualis anima natura sit q; carnē vivificare potest, sed semetipam stringere in bonis cogitationibus sicut desiderat non potest, inuenio quēdā intellectualem spiritum p; creatoris potentiam viventē & corpus quod sustinet vivificantē, sed tū vanitati subditū, mutabilitati subiectū: quem sēpē letitia extollit, timor afficit, iniquitas mortificat, iustitia vivificat. Vita siquidem animae Deus est, mors animae peccatum. Anima namq; peccauerit ipsa morietur, q; aut iudicium fecerit & iustitiam, viuet & non morietur. Ita immortalis est anima, vt mori possit: ita mortal, vt mori non possit. Immortalitate mortal is est, & mortalitatē immortalis est. Quā p; miseriā mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia mors semper viuet, & finis semper incipiet & defectus deficere nesciet: mors perimet & non extinguet: dolor cruciat, & pauroē non fugabit: flamma comburet, sed tenebras nō discurrit. Erit n. in igne obscuritas, in obscuritate paucor, in combustionē dolor. Ita reprobis ignibus inferni traditi, in suplicijs dolorē sentiēt, & in doloris angustia pauroē ferientur, & semper tolerabunt, & semper timebūt: quia sine fine semper cruciati viuent fine spe venia & misericordia, quod est miseria super miseriā. Si n. post tot mīlia annorum quod capillos habuerunt omnes quicunque fuerunt & erunt penas suas finiri sperarent, multo & leuius eas sustinerent. Sed quia spe nō habēt nec habebunt, desperatione de-

ficient & ad tormenta non sufficient. De his p; Esaiā scriptū est, Vermis eorū nō morietur, & ignis eorū non extinguetur, quia nec ipsi consumentur. Vermis consciētā corrodet, ignis carnem coiburet: quatenus q; authori suo corde. & corpore deliquerut: corde simul & corpore puniantur, cum anima à beatā vita separata erit, & cōrpus aeternis supplicijs subiacebit. Ibi erit mētus & mēror, luctus & dolor. Tūc vere nihil lugere erit nisi flere, quia penitētē tunc nulli poterit valere. Ibi erit tortor cēdēs, vermis corrodens, ignis consumens. Peccata detegentur, rei puniētū, & hoc totū perenne. Quisquis n. ad tormenta ibit, sā non amplius exhibit. Dolor combustio nis eos foris cruciat, pena cēcitatris intus obscurabit. Videbunt aut illa terribilia monstra demōniorū, & larvales facies eorū. Videbunt ēt tormenta inferni, & in tormentis sequaces suos quos inordinato amore contra Dei p̄cepta amauerunt, quatenus illorū in teritus eos in augmento damnationis sūx affligerent. Deū aut non videbunt, quod est omnium miseriā miseriā. Quis n. dicere pōt quanta pena erit non videfere & creatore & plasmatorē omniū rerū, redemptorē & salvatorē fidelium, regē celi & terrae & dīm uniuersitatis, p; quē sumus, viuimus, & sapimus? Idcirco necesse est vt nos vīndiq; circumspiciamus, & vbiq; custodiāmus, ne aut prava agamus, ut recta q; p̄cepta sunt non agamus, vt bons actibus expletis, cogitationib. nō intumescamus. Multi namq; ex virtutibus in infernum per elationē corruerunt. Bona desiderabiliter appetamus, mala solerter caueamus, ne sub specie bonorū ea faciamus, q; plerunq; virtutia se esse virtutes metūtur. Quis ergo meminit illicita se cōmisiisse, studeat a licitis abstineat: & qui prohibita cōmisiit, nō faſibimet abscedat cōcessa. Qui vero peccatū adhuc plāgit, perpetrare vita timeat, & repēhēdat se in minimis, q; meminīt se delinquisse in maximis. Quanta licet nāq; virute mens pollear quanta licet grāuitate vigeat, carnales tamen puerile quiddam exterior extrepit & nō iuuenili quodā seruore infrenentur, ad fluxa quęq; & leuia mentē eneruem trahunt: vbi si longa consuetudine obseruata fuerit, cum exurgere voluerit, non poterit mole male conuentudinis pressa. Quisquis ergo itat, videat ne cadat: & si ceciderit, ve-

Anime vita &
mors.

Ezecl. 18.

Ita immortalis est anima, vt mori possit. Immortalitate mortal is est, & mortalitatē immortalis est. Quā p; miseriā mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia mors semper viuet, & finis semper incipiet & defectus deficere nesciet: mors perimet & non extinguet: dolor cruciat, & pauroē non fugabit: flamma comburet, sed tenebras nō discurrit. Erit n. in igne obscuritas, in obscuritate paucor, in combustionē dolor. Ita reprobis ignibus inferni traditi, in suplicijs dolorē sentiēt, & in doloris angustia pauroē ferientur, & semper tolerabunt, & semper timebūt: quia sine fine semper cruciati viuent fine spe venia & misericordia, quod est miseria super miseriā. Si n. post tot mīlia annorum quod capillos habuerunt omnes quicunque fuerunt & erunt penas suas finiri sperarent, multo & leuius eas sustinerent. Sed quia spe nō habēt nec habebunt, desperatione de-

*Impiorū
afflictio.*

afflictio.
Esa. 66.
De ampli
tudine
a licitis abstineat: & qui prohibita cōmisiit, nō faſibimet abscedat cōcessa. Qui vero peccatū adhuc plāgit, perpetrare vita timeat, & repēhēdat se in minimis, q; meminīt se delinquisse in maximis. Quanta licet nāq; virute mens pollear quanta licet grāuitate vigeat, carnales tamen puerile quiddam exterior extrepit & nō iuuenili quodā seruore infrenentur, ad fluxa quęq; & leuia mentē eneruem trahunt: vbi si longa consuetudine obseruata fuerit, cum exurgere voluerit, non poterit mole male conuentudinis pressa. Quisquis ergo itat, videat ne cadat: & si ceciderit, ve-

lociter

Dolorū
licitas.

lociter resurgat, cordis cōpunctione, oris confessione, & operis satisfactione. Sit humilior intra propriā cōsciētiā, sit feruentior atq; p̄ptior ad agendū penitentiam, sit cautor ad custodiā. Qui n. solo beatitudinis supernā desiderio tēporalia ista cōtēnit, & nihil huius mundi diligit, solamq; æternā patriā appetit, magna mētis trāquillitate souetur, in qua tanto Deū purius cernit homo, cū se solo solū inuenit, Nihil.n. Deo p̄sentius, & nihil eo secretius. A turba ergo terrenorum desideriorū successum mētis petam⁹, & inde à secreto cordis illicitarū cogitationū tumultus expellentes intentione supernā patriæ in amorē animæ quietis anhelemus, & in alta

Piorū sa
līcīta.

Dei cōtēplatione nos subleuemus. Cōtēplēmur qui sint ipsi angelorū chori, q; ipsa societas beatorum spirituū, q; maiestas visionis Dei, & quō Deus cōternē visionis suae dulcedi ne sanctos suos reficiet. Nemo. n. in hac vita digne pensare potest quanta sit illa felicitas, Deū facie ad faciē videre, quanta suauitas illud melos angelicū audire, quanta iucunditas omniū sanctorū societatē habere. Tm. n. vnuſquisq; gaudebit de beatitudine alterius, quantū de suo gaudio ineffabili: & quot socios habebit, tot gaudia habebit. In illa gloria nihil libētus intueor, nihil delectabilius ad contēplandū inuenio quā intimi amoris affectū, quo vnuſquisq; tantū amabit alterū, quātū seipsum: & Deū plus q; se, & omnes alios secū: & Deus plus illos, q; illi semetipſos, & hoc gaudio perpetuo. Nihil enim ibi extraneū videbimus, nihil incōpetens amabimus, nihil quod aures nostras offendat audiemus. Omnia nanciunt ibi cōsona, omnia lēta, omnia pacifica. Vnde cōsona secura sunt omnia cēlica iura. Ibi est omnis felicitas omnia suauitas, omnis iucunditas, & omnis amēritas, omnis pulchritudo, & omnis dulcedo. Quicquid expedit, & quicquid delectat ibi est, omnes videlicet diuitiæ, & delitiæ omnis requies, & omne solatiū, Ibi est iugis trāquilitas, amēna serenitas, æterna iucunditas, iucunda & decora laudatio, & plena omnium honorū cognitio. Quid ibi enim dēesse potest? ubi Deus est, cui nihil deest? Quotquot ibi sunt dij sunt: nec necessē est vt alter dicat alteri, Cognoscē dñm, Omnes enim cognoscunt eū, & vident: omnes laudant, & amant. Cognoscunt sine errore, vident sine fine, lau-

dant sine fatigione, amant sine fastidio. Séper vident, & semper videri desiderant, tam desiderabilis est ad videndū. Semper amant, & semper amare desiderant, tā dulcis est ad amandū. Et quanto amplius amant, tanto magis amare voluntā delectabilis est ad fruendū. In hac delectatione regescunt pleni Deo pleni. omni benedictione & sanctificatione: adhærentes semper beatitudini, sunt beati, cōtemplantes semper cōternitatem, sunt æterni: ut eti vero lumini facti sunt lux: aspiciētes semper in cōmutabilitatē, mutati sunt in in cōmutabilitatē. Tanto libentius quanto dulciss illū aspiciūt, cuius aspectus pius, facies decora, eloquū dulce. O beata visio videre regē angelorum in decore suo, videre sanctū sanctorum per quē oēs sunt sancti. Illū videre summa felicitas est, summa iucunditas, vita æterna, & vita beata. Gaudete & exultate iusti, quia videtis quē amastis, habetis quē desideratis diu tenetis quem nunquā amittere timetis. Propterea cantate & exultate ei, quoniam ipse dominus Deus vester gloriolus, & speciosus. Ipse est salus & vita, honor & gloria, pax & omnia bona. Quanta pax ibi est vbi nulli vestrum quicquā repugnat, vel ab alio, vel à seipso, sed ipse dominus regit vos, & nihil vobis deerit. Ipse dispositivōs regnū vt edatis & bibatis super mensam suam in regno suo. Gustate ergo & videte, quoniam suavis est dominus. Suavis est ad vi-

Gratus
tus p̄p.
Deo fruē
tibus.
Cap. 5.8.

*Luc. 22.
Psal. 33.*

dendū suavis est ad gustandum. Nec dici potest quantam habeat in gusto voluptatē, quam in sapore iucunditatē, quantam in odore suavitatem. Tantē suavitatis magnitudinē vos qui experti estis, nobis qui nunquam tale quid gustauimus, intimare non potestis. Tanquā si quis mellis dulcedinem ei qui nunquā dulce gustauerit, verbis indicare uelit: profecto nec ille saporis illius suavitatem, nunquam ore percepit, auribus capiet: nec ille dulcedine quā gustus voluptate cognouit, verbis poterit iudicare. Næ mihi mi Deplorat ero, qui nunquā sentio quod sentitis, necibi miseria sum vbi vos estis: in loco refrigerij, lucis, &c suav. c. 59 pacis vos estis, vbi esse vestrum non habebit mortem, nosse vestrum non habebit errorē, amare vestrum non habebit offensionem, gaudium vestrum nō habebit inq; orē, Ecol. 9. Ego vero in regione umbrę mortis nescio finem meum, nescio si dignus sim amore uel

Aug. Tomus tertius. Pp odio,

DE SPIRITU ET ANIMA

odio, nescio quādo de corpore egrediar. E-
grediar, quod nescio qñ, & fortassis dies iste
supremus, sed propterea tremens & pauens
quotidie mortem expecto, quę vbiq; mihi
minatur: diabolū suspectū habeo, qui vbiq;
mihi insidiatur: timeo & pauesco ultimā di-
scussionē & irā districti iudicis, ne pro pec-
catis meis mittat me in gehennā ignis. Et si-
cūt indicare non potestis mihi gaudium &

Glētitiam vestram de visione Dei: sic ego suf-
ficienter non possum vobis exponere neces-
sitates & infirmitates quas patior, iniquita-
tes & peccata quę feci, culpas & infinitas ne-
gligentias quas egi, & quotidie indesinenter
ago corde, ore, operu, & ferè omnibus mo-
dis, quibus humana fragilitas Deū offendere
Innocacto pōt. Vos igitur qui meruitis cōsortes fieri su-
sanctorū, pernorū ciuiū & perfui ēternę claritatis glo-
ria, orare pto me ad dominum, vt educat me
de isto carcere, in quo teneor captiuus & li-
gatus. Mēs etenim cęca & vaga est, qualitate
earū rerū quas respicit, variatur, & iuxta qđ
aspicit cogitatio illius sensusq; mutatur. Cū
que stare in semetipsa nititur, a semetipsa ali-
quo mō ēt nascēdo deriuaf, & ab vnaquaq;
re cui intēdit, fastidio impellēte remouetur.
Dum enim inhianter cogitanda appetit, &
repente cogitata fastidit, docetur quod aliu-
de pēdet, ibiq; posita nō requiescit. Ad Deū
quippe solū suspensa est à quo formata est.
Sed quia oē quod infra appetit, minus est, in
re ei nō sufficit quicquid Deus non est. Hinc
est qđ huc illuc dispergitur, & per infinita di-
strahitur, querens requiē vbi non est, delecta-
tionis videlicet amēna, quērit quo pauset.
Cupido varieta-
tis unde naſcatur.

Hoc pōt. Sed quia vnu Deum, quę sufficienter habere
poterat, dereliquit, nūc per multa ducitur: vt
quia qualitate rerū satiari nō pōt, saltē vā-
rietate satietur. Propterea necesse est, vt men-
te nostrā per diuersa sparsam colligamus, &
in uno ēternitatis desiderio cōponamus. In
cōtēplatione nāq; creatoris hoc adepturi su-
mū sēper, vt vna mētis stabilitate p̄suamur,
hoc est cū labore nunc conantes imitemur,
qđ post in munere gaudētes accipiemus. An-
excitemus itaq; nōs terrenis subducere curis stu-
ad cōle-
flia. c. 60
dēamus, subducere erumnis, vt in ciuitate do-
mini virtutū liceat hora vna vel dimidia, co-
gitatione & auditate versari. Consideremus
& quantum possumus aestimemus qualis sit
illa gloria, quanta lētitia, quę solennitas, quę

veneratio, quod tripudiū ciuiū supernorum,
qui assidui dominatori laudem proferunt,
honorē deferunt, deuotionē offerūt, depro-
munt canticum nouū, canticū lētitiae, in-
estimabili quodā clamore: quia feruentissimo
amore, ineffabili cātu, mirabili affectu, cēle-
sti iubilatione, spirituali modulatione. Ipse siq;
dē est eorū verus cibūs, plena satietas, ēterna
mansio, summa beatitudo ēternæ lētitiae sa-
lus ēterna, indeficiens virtus, & vita immor-
talīs. Sēpius hēc meditor, illuc ascendere ni-
tor. Stupiro, frēdo: precibus, votis ibi tendo:
Atq; modo miro qđ sint ibi, quantaq; gyro.
Mens hāret Christo, cor delectatur in isto. Il
luc versatur, gaudet, stupet, & veneratur. Lā-
tantō dulciss, quanto sēpius: audite quidē
multa, sed satietate nulla, tā rara est hora, &
breuis mora. O si vnuquam in pace in idip-
sum dormiam & requiescam, vt in habitem
in domo domini omnibus diebus vite mea.
Si vnuquam videre potero illū tā desiderabi-
lem, in quem angeli perspicere desiderāt. vt
polīsim dicere, Ecce quem cōcupiui video,
queni optauī iam teneo, Quando veniā &
& apparebo ante faciem domini, ad vidēdū
eum! in bonitate electorū suorum, ad lētādū
in lētitia gentis suā, vt laudetur cū hēredita-
te sua. Quando video ciuitatem illam, de
qua dictum est, Platea tuā Hierusalē sternē-
tur auro mundo, & in te cantabitur canticū
lētitiae, & per omnes vicos tuos ab vniuersis
dicetur halleluja? O ciuitas sancta, ciuitas spe-
ciosa, de longinquō te saluto, ad te clamo, te
requiro. Desidero n. videre, & requiescere i
te: sed non sinor carne retentus. O ciuitas de-
siderabilis, muri tui lapis vnu, custos tuus ip
se Deus, ciuius tui temp̄lē lēti: semper enim
gratulātur in visione Dei. Non est in te cor-
ruptela, nec defectus, nec senectus, nec ira:
sed pax perennis, gloria solennis, lētitia sem-
piterna, solennitas continua. Vere tantū gau-
diū & exultatio, flos & decus iuuentutis &
perfectæ salutis. Nō est int̄ heri nec hesper-
num, sed est idē hodiernū. Heri si quidē ve-
steum cras, & pridē sempiternum & idē.
Tibi salus, tibi vita, tibi pax est infinita, tibi
Deus omnia. Gloriofa dicta sunt de te ciui-
tas Dei. Sicut n. lētantū omniū habitatio es
in te. Nullus in te timor, tristitia nulla, deside-
rium omne transit in gaudium, dum p̄st
est quicquid optatur, & quicquid desiderat
abun-

+ merito pungor, / dimicor = mira fl̄e? templao

IOAH. 17.

Luke 15

Psal. 83.

Psal. 35.

Sopem
allīm
gradus in
dia. c. 61

M

sūs,

tran-

atio,

anim-

git in

tensi-

abundat. Omnes clieſ tui ſupērfluente menſuram gaudiorum accipient, vt palā omnes in cōe gaudeant, gaudeant in immenſum: lætabuntur omnes in vnum, cum habitauerint fratres in vnu, cū occurrerint oēs in vnum, deniq; oēs fient vnum, ſicut orare dignus eſt pro familia ſua, qui pro reuerentia ſua digna

Iohn. 17.

Lætabitur ciuitas, cuius participatio in idipſu: Lætabitur ſpōſa in oſculis & amplexib. ſpōfi, lætabitur & exultabit gratulabunda, & laudans cū in ſecula ſeculorum. Sic & gaudebit ſponsus ſuper ſponsam, & lætabitur dñs in omnibus operibus ſuis, videns ea quæ fecit & quidē valde bona. Lætabitur & pater & p̄vagenitum multos adoptionis filios obtinebit. Lætabitur etiā filius, vt primogenitus in multis fratrib. quos in cōionem paternæ hæreditatis dignanter aſciuerit. Nec minus in illis ſpirituſuſancto, per quē adoptati fuerint, cōplacabit. Nouis et gaudijs & ineffabilibus votis ab illis quoq; uiciniſ potestatib. angelorū, ſummo paſtori & ſumme bono gratulantibus, ſuper inuenta, & mirabiliter reporata centesima oue canet. In his paterna glo-

ria, in his uoluntas ſpiritus, exultat in his filiiſ, celum repletur gaudijs. Quod vero ipſi redempti fuerint à dño, quam deuote conſitebuntur & dicent, Quam boniſ, qm̄ in ſeculum miferi corda eius. Lætitia ſiquidē ſem piterna erit in eis, & exultationes Dei in gutture eorum in æternū, & in ſeculum ſeculi in perpetuas æternitates. Beati omnes qui habitant in domo tua dñe, in ſecula ſeculorū laudabunt te. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos.

Pſal. 83. Qm̄ apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebiſum lumen. Cum uidebiſum in te, & nos in te, & te in nobis uifione continua & felicitate perpetua. Anima in effentia eſt ſimplex, in officijs eſt multiplex. Habet n. ſeptem actionis gradus, quib; uires ſuas atq; potētiā ostendit: Primus eſt uiuificatio, Secundus ſenſus, Tertiū ars, Quartus correctio, Quintus tranquillitas ſeu puritas, Sextus contemplatio, Septim⁹ quies. In primo gradu ſuue actu anima præſentia ſua corpus uiuificat, colligit in unū, atq; in uno tenet. In ſecundo per ſenſus ad iſta exteriora diſponenda ſe exten-

dit. In tertio diuersas artes comprehendit. In quarto ex quo bonitas incipit, atq; omnis uera laudatio, ſe inquinatā mundat atq; ad puritatē p̄parat. Inde cum iam fuerit ab omni labore mundata maculisq; diluta puritatē tenet. Aliud eſt enim puritatē efficeri aliud tenere. Tūc vero ingenti quadam & incredibili fiducia pergit in Deum, id est, in ipsam contemplationem veritatis, & ille eſt gradus ſextus. Iam vero in illa uifione ſeu contemplatione, quæ eſt septimus gradus, qui eſt quies uel potius quædam manſio manet anima, gaudet & letatur & delectatur. Aliud eſt enim mentis oculū in id quod uidendum eſt dirigere, aliud eſt infixum tenebre. Primum gradum communem habemus cum arbustis, ſecondū cum bestijs, tertium cum doctis & indoctis. In tertio gradu Deus animam innectit, i. ducere incipit, purgat in quarto, confirmat in quinto, introducit in ſexto paſcit in septimo. In contemplāda auteritate quæ ſit voluptas, quæ ſolennitas fine fine viſionis Dei, quæ lætitia fine defectu amoris, ardor non crucians, ſed delectans, quantum deſiderium viſionis cum ſatieta, & quanta ſatieta cum deſiderio, qui fructus veri & ſummi boni, quæ ſerenitas, q̄ amoriſtas, & iucunditas, quid ego dicam? dixerunt magnæ quædam & sancta animæ quas iſta uidiffe ac uidere credimus. Nos uero ſi curſum uitæ quem nobis Deus proposuit, quæ tenedū ſuſcepimus, cōſtatissime tenuerimus per Dei gratiam ad illud uerum & ſummū perueniemus. Implendis ego mandatis Dei religioſiſime atq; conſtantissime ac uigilantiſiſme operam demus: qm̄ non eſt alia fuga de tantis malis ad tantū bonū. Religio ſiquidem uera eſt, qua ſe anima reconciliacione Deo religat, à quo ſe uelut p̄tō abrupterat. Vis animæ noſtræ ſeptem ſibi uendicat actus:

Septem Viuificat, ſentit, varias amplexitatis artes: actus aīe.

Corrigit excessus, uirtutibus instat, in ipsam Diriget intuitum deitatem gaudet in illa.

Seminib. quoq; primus in eſt, animalia bruta Participant aliū: duo noſtræ proprietatis,

Tres ſunt ſuperum: ſuperi tñ anteferuntur.

Ex actu primo uegetatur corpora, crescent, Prouchit inde vigor, nex⁹ cōplexio, motus,

Est status & species, & cōuenientia quædam.

Ex alio tangit, uideat, audit, gustat, odorat: Odit, amat, petit apta ſibi, contraria uitat,

DE SPIRITU ET ANIMA

Soluitur in somnos, in somnia mente vagat:
Præteriti meminit, venturis instar, agitque
Plurima quæ sensu non & ratione geruntur.
Tertius ingenuas variasq; perambulat artes:
Quodq; vel ingeniu vel disciplina ministrat.
Colligit, & vario profectu mentibus hæret.
Quartus ab illicitis reuocat, mentisq; reatus.

D Abiurare docet, & tunc agnoscere fæse
Incipit, inq; nouum discit trâsire decorum.
Discimus ex quinto naturæ lege teneri:
Res inconcessas virtutis amore cauere:
Concessis aliquot etiam sine teste carere.
Sextus in aspectum Solis lucisq; supernæ
Penè paré superis animâ rapit immaculatâ.
Septimus astringit stabiliq; subarrat amore
Collateratq; Deo, quâ dotem iâ speculatur.
Qui thalami, quis cultus eâ, q; festa serenent:
Quis dicat, mea sponsa veni, dixere beatæ
Maioresq; animæ: nec eis tñ aut ea virtus,
Aut ea lingua fuit, quib; nec aperire liceret.
Excedit sensus meritumq; recôdita merces.

Alliqui-
tus & ex-
citat ani-
mam suâ.
Cap. 61.

Ecce audiisti aia mea qd sis & qd possis:
mô audi qualis sis, & qualis esse debeat. One-
rata es peccatis, irretita vitij, capti illecebri-
exilio captiva, corpore carcerata, hærens lu-
to, infixa limo, affixa mæbris, cōfixa curis, di-
stenta negotijs, cōtracta timorib. afflcta do-
lorib. errorib. vaga, suspicitionib. inquieta,
solicitudinib. anxia, aduenia in terra inimico-
rû, coquinata cù mortuis, deputata cù ijs,
qui in inferno sunt. Si sic dánata & desperata
vis respirare in spê viae & misericordie, &
cù rege angelorūducere suave iugū amoris,
oportet te esse pudicā, verecundā, veridicā,
pauidā, circunpectā, nihil penitus admittētē
q; euacut gloriâ cōscientiâ tua. In nullo ti-
bi cōscientia sit quo erubescas præsentia ve-
ritatis, quo cogaris auertere faciē tuâ à lumi-
ne Dei: & vt hic decor diuinos oblectat aspe-
ctus, prodeat foras, & diffundat se per mæbra
& sensus corporis, quatenus sde reluceat ois
actio, sermo, aspectus, incessus, risus. Sit tu ri-
sus mixtus grauitate, & plenus honesti mot.
E Actus & vñs totius corporis cù apparuerit,
sit actus purus modestus, totius expers insolé-
tia & lasciuia, levitatis & ignauia. Sit sermo
rarior, vultus hilior, aspectus verecudior,
incessus modestior: talis aia pulchritudo &
métis ingenuitas. Sic solicita est bona cōsciē-
tia famæ integritatē seruare, vt iuxta Aposto-
lū, prouideat bona, non tñ corâ Deo, sed èt

corâ hoib. Talis vtiq; decor relictis omnib.
votis inhæret Deo, viuit Deo, nihil amat p̄r-
ter Deū, & q; amâdū est propter Deū: Solici-
te studest prouidere dñm in cōspectu suo sē-
per, cui sentiat ad correptionē, quo illumine-
tur ad cognitionē: quo vtatur ad virtutē, quo
reformetur ad sapientiā; cui conformatur ad
decorē, quo fruatur ad iucunditatē. Beata aia
cui datū est desuper vt bonū velit & nouerit
& possit, quatenus & voluntas ait, nec fa-
cultas defit. Vq; mihi misero, qui ista seruo in
memoria, & scribo in charta, nec habeo in
vita: non q; talis sim, qui ita scripsi, sed q; ta-
lis esse velle, & talē non esse me pudet. Audi
isti aia mea qualem te esse oporteat. Fuge er-
go paululū occupationes tuas, & absconde
re modicū à tumultuosis cogitationib. tuis,
intra cubiculū mentis tuæ, & exclude omnia
pter Deū, & qui adiuuent te ad quærendum
eū: quem dum inueniris, requiece aliquâtu
lū in eo. Dic ergo anima mea Deo, dic, Quis
es dñe, & quæ te intelligam? Certe tu solus es
q; es, & tu es qui es: id es quo nihil maius co-
gitari potest, nec melius, nec iucundius. Vita
es, sapiëtia, lux es, veritas, bonitas, æternitas,
summum bonū, tu tibi omnia sufficiens, nullo
indigens, quo omnia indigēt vt sint, & vt be-
ne sint. Inuenisti anima mea, q; quereras: q;
quereras. n. Deū, & inuenisti eum esse quoddam
sumnum omnium, quo nihil maius cogitari
potest, & hoc esse vitâ, sapientiâ, lucem, ve-
ritatem, bonitatem, æternitatem, beatitudinem
& beatam æternitatē, & omne verum bonū,
hoc bonum es tu Deus, Deus pater hoc bo-
num est verbū tuū, i. filius tuus. Sic estu sim-
plex, vt de te non possit aliud nasci, q; quod
es: hoc ipsum est amor vñs & cōis tibi &
filio tuo, i. spiritu sanctus ab utroque proce-
dens. Non n. à summa simplicitate procede-
re potest aliud quâ quod est à quo procedit.
Gratias tibi ago dñe Deus meus, qui hâc gra-
tiâ mihi dedisti, vt te possem querere, te in-
uenire. In mente siquidē mea, quam ad ima-
ginem & similitudinē tuâ bonitate tua crea-
sti, tria inuenio, i. memoriâ, intelligentiâ, &
amorē, quib. tui possim reminisci, te intelli-
gere & amare. In memoria nanque mea ma-
nes, ex quo cognoui te: & in ea te reperio, cū
reminiscor tui, & delector in te. Mane ergo
i ea piissime Deus, vt ibi possim te inuenire,
& requiescere etiâ in te. Hæc n. est mea glo-
ria.

ria, hec sunt delitiae meae, hec est letitia cordis mei, cum possum vacare tibi & videre quid sis. Tu es enim summa essentia, summa vita, summa sapientia, summa salus, summa lux, summa veritas, summa bonitas, summa aeternitas, summa magnitudo, summa pulchritudo, summa beatitudo, summa immortalitas, summa immutabilitas, summa unitas, sum-

H *Confir-*
mat an-
nam.
Cap. 64.

mum bonum, in quo est omne bonum: immo quod est omne & unum & totum & solū bonū. Excita nūc anima mea, & erige totū intellectum, & cogita quantum potes, quale & quātū sit Dei bonū. Si. n. singula bona dele

All. 1r
gumeniū
à minori
ad maius.

Etabilia sunt, cogita intente q̄ delectabile sit illud bonū, quod cōtinet iucūditatē omnīū honorū, & non qualē in reb. creatis sūmus ex perti, sed tāto differētē, quāto differt creator à creatura. Si. n. bona est vita creata, q̄ bona est vita creatrix? si ita iucūda est salus facta, q̄ iucunda est salus quē fecit omnē salutem?

E/4.64.
1. Cor. 2.

Si amabilis est sapientia in cognitione rerū conditarū, q̄ amabilis est sapientia, quē omnia creavit ex nihilo? Deniq; si multa & nigræ delectationes sunt in rebus delectabili- bus, qualis & quanta delectatio est in illo qui fecit ipsa delectabilia? O qui hoc bono frue tur, qd erit, & quid illi nō erit? Certe quicq; d volet erit, & quicquid nolent nō erit. Ibi quippe erit bona corporis & animi, qualia oculi non vident, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. Cur ergo per multa vagaris homūcio querēdo bona animi tuę & corporis tuę? Ama vnū bonū, in quo sunt oīa bona, & sufficit. Desidera simplex bonū, q̄ est oē bonū, & satis est. Quid. n. amas caro mea?

All. De
nihil su
& alieni p
ce procedere
cū se jn
lit. phasim.
Memor
intellig
tia am

Mat. 13. Quid desideras anima mea? Ibi est q̄cquid amatib; ibi est quicq; uid desiderat; si delectat I pulchritudo, Fulgebūt iusti sicut Sol. Si velo citas, aut fortitudo, aut libertas corporis, cui nihil obsistere poscit, Erunt similes angelis Dei: quia seminat corpus animale, & surget corpus spirituale: p̄tate vtiq; nō natura. Si delectat lōga & salubris vita, ibi est sana eternitas, & aeterna sanitas, quia in ppetuū viuet, & salus iustorū a dñō: Si satieras, & satiabūt cū apparuerit gloria dñi. Si ebrietas, i; reebriabūt ab vberitate domus Dei. Si melodia, ibi angelorū chori cōcinūt sine fine Deo. Si quilibet mūda voluptas, torrente voluptatis dei- tatis fūe potabit eos dominus. Si sapiētia, oēs erunt docibiles Dei: quō ipsa sapiētia ostēdit

eis seipsam. Si amicitia, diligēt Deū plusquā seipso, & inuicē tanq; seipso: & Deus illos plusq; illi seipso, quia illū & se & inuicē p illū, & ille illos per seipsum. Si cōcordia, cibis illis erit vna voluntas: quia illis non erit nisi sola voluntas Dei. Si potestas, introibunt in potentias domini, & omnipotentes erunt suę voluntatis, vt Deus suꝫ. Nā sicut poterit Deus quod volet per seipsum, ita poterunt il li quod volent per illum. Quia sicut illi non aliud volent q̄ quod ille, ita quicquid illi vo lent, ille volet: & quod ille volet, non poterit nō esse. Si honor & diuinitatē, Deus suos ser uos bonos & fideles super multa cōstituet,

Rom. 8.

vbi erit filius eius, ibi erit & illi, hæredes qui dē Dei cohæredes aut̄ Christi. Si vera securitas, certe ita certi erunt, nunq; ista vel potius istud bonū sibi defuturū, sicut certierunt nec se sua spōte illud amissuros, nec dilectorem Deū illud dilectoribus suis inuitis oblaturū. Gaudiū vero quale aut quātū, vbi tale ac tan tū bonū inuenitur? Cor humanum, cor indigēs, cor inexpertū, eruptū, immo obrutū erūt, quātū gauderes si his omnib. abundares? Interroga intima tua, si capere possunt gaudiū suū de tāta beatitudinē sua. Sed certe si quis alius, quē omnino sicut te ipsum diliges, eandē beatitudinē haberet, duplicareur gaudiū tuū: quia non minus gauderes pro eo quā pro teipso. Si vero duo vel tres vel mul to plures habent idipsum, tantundē pro sin gulis quantū pro teipso gauderes, si singulos sicut teipsum amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabilū beatorū angelorū & hominū, vbi nullus minus diliget alū quā seipsum, erit gaudium innumerabile. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix cupiet gaudiū suū, q̄o capax erit tot & tantorū gau diorū in illa pfecta felicitate: vbi sicut vnuſ. quisq; plus amabit sine cōparatione Deū, q̄ seipsum & oēs alios secū: ita magis gaudebit ablq; estimatione de Dei felicitate, q̄ de sua & omnīū aliorū secū. Sic Deū diligent toto corde, tota mēte, tota anima, vt totū cor nō sufficiat dilectioni: & sic gaudebit toto cor de, vt totū cor nō sufficiat plenitudini gaudiij: tantū est gaudiū. Deus infinitē misericordia, fons totius bonitatis & pietatis, fac nos particeps tanti gaudiij. Tu es enim gaudium plenum, beatitudo summa: tu es id quo ni

Avg. Tomus tertius. Pp 3 hil

DE SPIRITU ET ANIMA

hil melius desiderari potest, nihil beatius vel
~~Quibus~~ vtilius possideri. In illa eterna beatitudine &
 modis deo perfecta Deo tripliciter fruemur, videntes
 fruemur. eum in omnibus creaturis, & habentes eum in
 Cap. 65. nobisipsis: & quod his omnibus ineffabiliter
 iucundius erit atque beatius, ipsa quoque cognoscentes in semetipsa Trinitatem, & gloriosam
 illam sine ullo enigmate mundo cordis oculo
 contemplantes. In hoc non est vita eterna & pfecta, ut cognoscamus patrem & filium cum sancto
 spiritu, & videamus Deum sicut est. i. non eo modo sicut inest nobis aut creaturis, sed si-
 cut est in semetipso. Verum quod magna est beatitudi-
 M tudo illa, & quia abscondita ab oculis nostris.
 1. Cor. 2. Oculus non vidit, auris non audiuit, & in cor
 hois non ascendit, quanta charitas, quanta sua
 uitas, quanta iucunditas maneat nos in illa co-
 gnitione. Pax Dei est in illa quod exuperat omnem
 sensum & intellectum, & quanto magis omnem
 sermonem nostrum? Quod ergo nulli donatum
 est experiri, nullus conetur effari. Mensuram,
 ait dominus bona, dabit in sinus vestros, con-
 fertam in interiore homine, coagitatam in ex-
 teriore, supererfluentem in Deo ipso. Ibi cum
 mulus felicitatis est, ibi supereminens gloria, ibi supererflues beatitudo. Nam quoniam videndum
 sit in creaturis, quoniam in nobis habendus possumus vel ex parte coniugere, in ipsis nimirum
 quas accepimus iam primitiis spiritus. Cognitio autem in Deo ipso illa adhuc nobis
 incognita est, mirabilis facta est, confortata est, ut non possimus ad eam. At vero quemadmodum
 in creaturis videndum sit, aliquatenus possumus intelligere, nimirum cum & modo
 videatur in ipsis. Vnde & apostolo paulo teste, Per ea quae facta sunt, Dei inuisibilia con-
 spiciuntur. Vnde quantuncunque proficiat quis intelligendo conspicere, quia potissimum, quod benignissime, quia prudentissime, maiestas eter-
 na oia fecerit, cuncta regat, ordinet, vniuer-
 sa, prorsus modicum est ab eo quod comprehen-
 dat. Veniet autem quando iam visione & cote-
 platione atque gudio ineffabili consequemur
 agnum quoque ierit, & in omnibus conse-
 quemur creaturis, ut in omnibus gaudea-
 mus: sane in omnibus, sed non aliunde quam
 de ipsis; sicut & ipse alii non fruuntur, sed scipi-
 entur, & in nobis quemadmodum haben-
 dum sit in parte possumus cogitare. Constat nam-
 animarum esse triplicem naturam. Vnde &
 sapientes mundi huius, animam humanam

rationalem, concupiscibilem, & irascibilem
 esse tradiderunt: quem triplicem vim animae:
 ipsa quoque natura & quotidiana experimen-
 ta nos docent. Porro quemadmodum circa rationale nostrum & scientia & ignorantia constat,
 tamquam habitus & priuatio: sic & circa concu-
 piscibile, desiderium & contemptus, & circa
 id quod dicitur irascibile letitia pariter & ira
 verlantur. Implebit ergo dominus rationale
 nostrum luce sapientiae, ita ut penitus nobis nihil
 desit in illa scientia. Implebit concupisci-
 ble nostrum fonte iustitiae, ut omnino deside-
 remus eam, & ea penitus repleamur. Sicut scri-
 ptum est: Beati qui esurunt & sitiunt iustitiae,
 quoniam ipsi saturabuntur. Nulla enim alia
 res implere potest desiderium animae, nulla
 alia praeter iustitiae beatificare potest animam.
 Cum ergo repleuerit Deus concupiscibile
 nostrum iustitiae, quecumque respire debet
 anima, respiret: & quicquid debet concepsi-
 scere, cōcupiscet: & ex omnibus his magis ap-
 petet quod magis fuerit appetendum. Merito
 denique concupiscibili nostro iustitiam attribuimus, ex quo nimis iusti aut iniusti repu-
 tamur. Iam vero quod dicitur in nobis iraci-
 bile, cum repleuerit illud Deus, profecto erit
 in nobis tranquillitas, & in summam letitiam
 atque iucunditatem replebimur per di-
 uina. Et vide si non in his rebus perfecta sane
 quantum ad animam spectat, beatitudo con-
 sistit: quia scientia iam non inflabit propter iu-
 stitiam, iam non contristabit propter letitiam: ut cessest iam prouerbium illud, Qui appo-
 nit scientiam, apponit dolorem. Quando iu-
 stitia nec indiscreta erit propter scientiam,
 nec onerosa propter letitiam. Quando letitiae
 nec suspecta erit propter scientiam, nec
 impura propter iustitiam. Sed in his omnibus
 nihil homo noster exterior accepit. Ipsi ergo, ut inhabitet gloria etiam in terra nostra,
 & iuxta alium prophetam, repleatur maiestas
 domini omnis terra, quatuor sunt querenda, quem constat ex quatuor elementis com-
 pactum esse. Nec mireris quod pluribus vi-
 detur indigere, cui nunc indigentius locus est.
 Vnde propheta in psalmo: Situit in te anima
 mea, quod multipliciter tibi caro meo. Habebit
 ergo terra nostra immortalitatem, ne iam ti-
 meat denuo se in puluerem redigendam. Re-
 surgens enim corpus nostrum, iam non mori-
 ritur, mors illi ultra iam non dominabitur.
 Sed

Non
 affior
 primimo
 aor signi-
 bat, sic
 ii Gre
 rābōs tu
 tiolum af
 secutum di
 cunt.
 Phil. 3.

Mat. 13.

D

1. Cor. 15

pe
 vt
 erg
 t. Cor. 6.
 De

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Hipponensis Episcopi in Librum cui
Titulus Speculum.

P R A E F A T I O.

 Vis ignorat scripturis sanctis, id est legitimis, propheticis Euā-
gelicis, & Apostolicis, autho-
ritate canonice præditis, que-
dā sic esse posita, ut tantum sci-
rentur & crederentur: ut est q̄ in principio
fecit Deus celum & terram: & q̄ in princ-
pio erat verbum: & quæcunque facta diuina
vel humana tantummodo cognoscenda narrā-
tur. Quædam vero sic esse iusta, ut obserua-
rentur & fierent, vel prohibita ne fierent: ut
est Honora patrem & matrem: & Non me-
chaberis. Horum autem quæ iubendo & ve-
tando scripta sunt, alia sunt sacramentorum
velata mysterijs, qua multa veteris testamen-
ti populo illi facienda mandata sunt, neque
a populo Christiano nunc fiunt, tantummo-
do intelligenda requiruntur atque tractātur.
Sicut est sabbatum ad visibilem vacationē,
sicut azyma in pane sine fermento. Pascha
in ouis occisione: sicut tot genera sacrificio-
rum ciborumque vitâdorum, & neomenia,
& annuæ solennitates, quas obseruant nunc
usque Iudei: & illæ iustificationes, quæ non
ad opera iustitiae proprie pertinent, sed ali-
quid significare intelliguntur. Quis n. Chri-
stianus se primo anno cogitum seruum redde
re libertati. Et si discedere ille noluerit, eius
auriculam subula pertundere ad postem: &
cetera huiusmodi? Alia vero etiam nunc fa-
cienda sunt si facienda præcepta sunt: nec fa-
cienda, si prohibita. Qualia sunt illa quæ
dixi, Honora patrem & matrem: & Non me-
chaberis. De his igitur quæ ita sunt posita in
literis sacris, vel iubendo, vel vetando, vel fi-
nendo, vt etiam nunc, id est tempore noui te-
stamenti ad uitam piâ exercendam moresq;
pertineat, hoc opus quod in manus sumpsi,
componere aggressus sum, ut quantum me
Deus adiuuat omnia talia de canonice libris
colligam, atque vt facile inspici possint, in
vnum tanquam speculum cōgeram. Oportuit
enim sic ea ponni ab authoribus nostris quæ
ad modum posita sunt, ut præcepta narratio-
nib. uel disputationibus proprijs figurata, &

Exo. 20.

Sed proderit si forte contingat viuere cū mi-
seris & eruminis passibilitatis huius qua ni-
mirū incessanter incorruptibile hoc corpus
affligitur, & si non semel, vtq; semper mori-
tur. Habebit certe omni modo à Deo impas-
sibilitatem. Ab humorib. n. inordinatis cau-
fas aiunt procedere passionum. Sed iā des-
iderat corpus nostrū leuitatem secundū eam
nimirū quam habet ex aere portionē, ne ip-
so onere sit molestū. Tāta itaq; futura est cre-
denda corporum leuitas & agilitas bonorū,

Nomine
affectionis
primum
atos signi-
bus, sc̄i-
ti Graci
πάθος οὐ
τισμόν αφ
vt possint si velint absq; omni mora seu dif-
ficultate ipsam quoq; cogitationū nostrarū
cunt.

sequi ad omnia velocitatē. Quid vltra deest

Phil. 3. ad perfectam corporis beatitudinē? Sola vti-
que pulchritudo, hanc perfectissimam habi-
turi, non immerito possumus attribuere ei
parti, quā habemus ab igne. Saluatorem. n. ex-
pectamus, vt ait Apostolus, qui reformabit
corpus humilitatis nostrę configuratū deni-
que corpori claritatis suę, exhibens q̄i polli-
citus est: qm fulgebat iusti sicut Sol in regno
patris eorū. Sicut ergo replebit aīas noſtras

D Deus, cū fuerit in eis perfecta scientia, perfe-
cta iustitia, perfecta lātitia: sic replebitur ma-
iestate eius omnis terra nostra, cum fuerit
corpus immortale, impassibile, agile, config-
uratū deniq; corpori claritatis suę: & tunc
veraciter dici poterit q̄ quidam poeta dixit,
O terq; quaterq; beati. Nemo digne pensare
valet quanta erit illa lātitia, quā gloria qn
Deum videbimus vbiq; præsentē, & vniuer-
sa gubernantem. Ita erit nobis notus atq; cō-
spicus, vt videatur spiritu à singulis nobis,
videatur ab altero in altero, videatur in seip-
ſo, videatur in celo nouo, & in terra noua, at

1. Cor. 15 que in omni q̄ nunc fuerit creatura. Ab om-
ni malo liberati, & omni bono perfekte im-
plicati, vacabimus & videbimus quia ipse est
Deus, quo pleni erimus, qn erit omnia ī om-
nibus. Ipse nimirū erit finis desideriorū no-
ſtorū, quē sine fine videbimus, sine fastidio
amabimus, sine fatigacione laudabimus. Sed
& ad hæc quis idoneus? Sine dubio qui fide-
lis inuenietur super pauca quæ accepit mili-
tia suę, i. super sensus, super actus, & su-
per appetitus suos, quos suscepit regendos,
vt in his probetur q̄ fidelis sit dñs suo. Sciat

1. Thes. 4 ergo seruus Christi vas suū possidere in san-
ctificationē & honore, & glorificet & portet
1. Cor. 6 Deum, in corpore suo, sectetur pacē. Amen.

G
stamenti ad uitam piâ exercendam moresq;
pertineat, hoc opus quod in manus sumpsi,
componere aggressus sum, ut quantum me
Deus adiuuat omnia talia de canonice libris
colligam, atque vt facile inspici possint, in
vnum tanquam speculum cōgeram. Oportuit
enim sic ea ponni ab authoribus nostris quæ
ad modum posita sunt, ut præcepta narratio-
nib. uel disputationibus proprijs figurata, &

figuratis proprio miscerentur: dum terū gē-
flarum ordo seruatur, aut respondeatur aduer-
sis: aut qui docendi sunt, instruuntur: aut oc-
cultorum inuentione quodāmodo renouan-
tur hi qui prompta & aperta fastidiunt. Nos
aut in hoc opere nec infidelem vel adduci-
mus, vel adfiscamus ad fidē: nec exercemus
quibusdam salubribus difficultatib. ingenīū
H intentionemq; discentium: sed eum qui iam
credens obedire Deo voluerit, ut hic se inspi-
ciat, admonemus: quantumq; in bonis mori-
ribus, operibusq; profecerit & quantum si-
bi desit, attendat. Sic n. potest & de his q; ha-
bet gratias agere, & de his q; non habet ut ha-
beat, satis agere, ac propter illa seruanda cu-
ram precesq; fidelis pietatis adhibere. In his
aut omnibus qua inficienda ponere insti-
tui, quae cunq; inter se videbuntur esse cōtra-
ria: postea propositis questionib. exponenda
aque soluenda sunt. Sanè supplicia malefa-
ctorum, & premia recte factorū, quāuis nō-
nulla cōmemoranda existimauerim, tñ in no-
uo testō dissimilia veterib. esse quis nesciat?
Ab ipsa igitur lege quæ data est per Moyse-
niuorū præceptorū, qualia vos cōmemora-
turos esse pmisimus, aggrediamur exordiū.

E X . L I B R O E X O D I ,
de mandatis legis .

Exo. 20.

N On facies tibi sculptile, neque
omnem similitudinē quæ est
in cōlo desuper, & quæ in ter-
ra deorsum, nec eorum quæ
sunt in aquis sub terra: nō ado-
rabis ea neque coles. Item non assumes no-
men dñi Dei tui in vanum, nec n. habebit in-
sontem dñs eum qui aslumpserit nomen dñi
Dei sui frustra. Et paulopost, Honora patrē
tuum & matrem, vt sis longēus super terrā
quam dñs Deus tuus dabit tibi. Nō occides,
non mēchaberis, nō furtū facies, non loque-
ris cōtra proximum tuū falsum testimoniuū,
non concupisces domū proximi tui, nec de-
siderabis vxorem eius, non seruū, non ancil-
lam, non bouem, non asinū, nec omnia quæ
illius sunt. Item post decalogum alijs in locis
hæc in eodem libro reperiuntur præcepta vi-
uendi. Nō facietis Deos argenteos, nec Deos
aureos facietis vobis. Et aliquanto pōst. Qui
percusserit hominem volens occidere, mor-

Ibidem.

Exo. 21.

te moriatur: Qui aut non est insidiatus, sed
Deus illū tradidit in manus eius, constituam
sibi locū quod fugere debeat. Si quis de indu-
stria occiderit proximum suū per infidas, ab
altari meo auelles eum ut moriatur. Qui per
cussit patrem suū & matrem, morte moria-
tur. Qui furatus fuerit hominem & vendide-
rit eū, conuictus nocte, morte moriatur. Qui
maledixerit patri suo aut matri, morte mori-
atur. Si rixati fuerint viri, & percusserit al-
ter proximum suū lapide vel pugno, & ille
mortuus nō fuerit, sed iacuerit in lectulo suo
si surrexerit & ambulauerit foris super bacu-
lum suum, innocens erit qui percusserit, ita tñ
ut operas eius & impensis in medicos resti-
tuat. Qui percusserit seruū suum, vel ancillā
virga, & mortuus fuerit in manibus eius, cri-
minis reus erit: Sin aut vno die superuixerit
vel duobus, non subiacebit pēna, quia pecu-
nia illius est. Si rixati fuerint viri, & percu-
serit quis mulierē pragnantem, & abortiuū
quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit
damno quantū expetierit maritus mulieris,
& arbitri iudicarint: Sin aut mors eius fuerit
subsecuta, reddet animam pro anima, oculū
pro oculo, dentem pro dente, manū pro ma-
nu, pedem pro pede, adustionē pro adultio-
ne, vulnus pro vulnere, liuore pro liuore. Si
percusserit quispiā oculum serui sui, aut an-
cillā, & lūcos eos fecerit, dimittet liberos
pro oculo quem eruit. Dentem quoque si ex-
cusserit seruo, aut ancillā suā, similiter dimis-
tet eos liberos. Si bos cornu petierit virū aut
mulierem, & mortui fuerint, lapidib. obrue-
tur, & non comedentur carnes eius, dñsque
bouis innocens erit. Quod si bos cornupeta
fuerit ab heri & nudius tertius, & contellati
sunt dñm eius, nec reclusit eum, occideritq;
virum ac mulierē: & bos lapidibus obruetur
& dñm illius occident. Quod si pretium ei
fuerit impositū, dabit pro anima sua quicq;
fuerit postulatus. Filium quoque & filiam si
cornu percusserit, simili finia subiacebit. Si
seruū ancillamq; inuaserit, triginta sicles ar-
genti dabit dñs, bos vero lapidib. obruetur
siquis aperuerit cisternam, & foderit, & non
operuerit eā, ecclideritq; bos aut asinus in eā
dñs cisternā reddet pretium iumentorum: Φ
autē mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus
bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus
fuerit, vident bouem viuū, & diuident pre-
tium:

d. l. Deos
rcat in-
dices.

^{Exo. 22.} tium: cadauer aut mortui inter se dispergiēt, Sin aut sciebat q̄ bos cornupeta esset ab heri & nudius tertius, & non custodiuīt eum dñs suus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrū accipiet. Siquis furatus fuerit bouē aut ouē, & occiderit vel vendiderit, quinq; boves pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domū, siue sūfodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere

M mortuus fuerit, percussor nō erit reus sanguinis. Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur: Si nō haberit q̄ pro furto reddat, venundabitur. Si aut inuentum fuerit apud eum, q̄ furatus est viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis, duplū restituet. Si læserit quispiā agrum uel uineā, & dimiserit iumentū suum ut depascatur alia na, quicquid optimū habuerit in agro suo, vel in uinea, pro dāni estimatione restituet. Si egressus ignis inuenierit spicas, & cōprehēderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnū qui ignē succenderit. Si quis cōmendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiā, & ab eo qui suscepérat, furto ablata fuerint, si inuenietur fur, duplū reddet. Si latet, dñs domus applicabit ad Deos, & iurabit q̄ non extenderit manū in rē proximi sui ad perpetrandam fraudē, tam in bo ue, q̄ in asino, & oue de uestimento, & quic-

^{al. l.} Deos quid damnū inferre pōt. Et ad * Deos vtrinſ- vocat in que causa perueniet. Et si illi iudicauerint, du dicet. plum restituet proximo suo. Siquis cōmendauerit proximo suo asinū, bouem & ouem & omne iumentū ad custodiā, & mōrtuū fuerit, aut debilitatiū, uel captū à bestijs, nullusq; hoc uiderit, iuſurandū erit in medio, q̄ non extenderit manū ad rem proximū sui, suscipietq; dñs iūrm, & ille reddere non cogetur. Quod si furto sublatū fuerit, restituet damnū dñs. Si comedunt à bestia fuerit, deferet ad eum q̄ occisum est, & non restituet. Qui à proximo suo quicquam horū mutuū postulauerit, & debilitatiū aut mortuū fuerit dñs non præsente, reddere compelletur. Quod si impræseparū fuit dñs, nō restituet, maxime si conductum venerat pro mercede operis sui. Siquis seduxerit uirginē, necdum despontatā, & dormierit cū ea, dotabit eam, & habebit eam uxorē. Si pater uirginis dare noluerit, reddat pecunia inxta modū dotis, quā uirgines accipere consueuerunt. Malefi-

cos non patieris uiuere. Qui coierit cū iumento, morte moriat. Qui immolat dijs, occidetur, præter dñs soli. Aduenam non contristabis, neq; affliges eū: aduenæ, n. suistis in terra Aegypti. Vidiq; & pupillo non nocebitis, Si læseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego exaudiā clamorem eorū, & indignabitur furor meus, percutiamq; uos gladio, & erunt uxores uestræ uidua, & filii uestri pupilli. Si pecuniā mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecū, non urgebis eū quasi exactor, nec usuris opprimes. Si pignus a p- ximo tuo acceperis uclimētū, ante Solis occasum redde ei: ipsum. n. est solam quo ope ritur indumentū carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiā eū, quia misericors sum. Dijs nō detra hes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias nō tardabis offerre. Primogenitū filiorū tuorū dabis mihi. Et paulopost, Nō suscipes uocē mendacij, nec iunges manū tuā, ut pro impiō dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciēdum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sūnū, ut à uero Deo deuies. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio. Si occur reris boui inimici tui, aut asino errāti, reduc ad eum: Si uideris asinū odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Non declinabis in iudicio pauperis. Men daciū fugies. Insontem & iustū non occides, quia auersor impiū. Ne accipias mūnera, q̄ exceçant ēt prudentes, & subuertunt uerba iustorū. Peregrino molestus nō eris: scitis. n. aduenarū animas, quia & ipsi peregrini suis in terra Aegypti. Et post quādam interpo sita cū de alienigenis loqueretur. Non adora bis Deos eorū, neq; coles eos. Nō facies ope ra eorū, sed delires eos, & confringe statuas eorum, seruietisq; dñs Deo uel tro. Et ^{Ibidem.} post multa in eodē libro de dijs gētium. Sed aras eorū deſtrue, confringe statuas, lūcosq; succide. Noli adorare Deū alienum. Dñs Ze lotes nōmen eius, Deus est ænulator. Ne in eas pactū cū hominibus illatū regionum, ne cū fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulacra eorum, vocet te quispiam ut comedas de immolatis. Ne uxorē de filiabus eorum accipias filij suis, ne postquam ipſe fuerint fornicatae, fornicari faciant, & filios tuos in Deos suos. Deos conflatis nō facies

^{Exo. 23.}^{Exo. 34.}

H

Ibidem. facies tibi. Et paulopost , Primitias frugum terrae tuę offeres in domo domini Dei tui . Hæc de libro legis qui Exodus nominatur colligenda exigitamini . Nunc eodem modo inspiciamus in sequenti Leuitico .

Ex Leuitico precepta viuendi.

Leni. 13.

OMnis homo , inquit , ad proximā sanguinē eius . Ego dñs . Turpitudinem patris tui , & turpitudinē matris tuę non discooperies . Ma-

ter tua est , nō reuelabis turpitudinē eius . Turpitudinē vxoris patris tui non discooperies , turpitudo . n . patris tui est . Turpitudinē fororis tuę ex patre , siue ex matre , q̄ domi vel so-

Eris genita est , nō reuelabis . Turpitudinē filiæ filij tui vel neptis ex filia , non reuelabis , quia turpitudo tua est . Turpitudinē filiæ vxoris patris tui quā peperit patri tuo , & est foror tua nō reuelabis . Turpitudinē fororis patris non discooperies , quia caro est patris tui . Turpitudinē fororis matris tuae nō reuelabis , eo q̄ caro sit matris tuae . Turpitudinē patris tui nō reuelabis , nec accedas ad vxorē eius quæ tibi affinitate cōiungitur . Turpitudinē nurus tuae nō reuelabis , quia vxor filij tui est , nec discooperies ignominia eius . Turpitudinē vxoris fratris tui nō reuelabis , quia turpitudo fratris tui est . Turpitudinē vxoris tuae & filie eius nō reuelabis . Filiā filij eius , & filiā filiæ illius nō sumes vt reueles ignominia eius , quia caro ilius sunt , & talis coitus , incestus est . Sororem vxoris tuae in pellicatum illius non accipies , nec reuelabis turpitudinē eius adhuc illa viuente . Ad mulierē quę patitur menstrua , non accedas , nec reuelabis fœditatē eius . Cū vxore proximi tui non coibis , nec seminis commixtione maculaberis . De semine tuo nō da bis vt cōsecretur idolo Moloch , nec pollues nomen Dei tui . Ego dñs . Cum masculo non cōmisceberis coitu fœmineo , quia abominatione est . Cū omni pecore nō coibis , nec maculaberis cū eo . Mulier non succubet iumento ,

F nec miscebitur ei , quia scelus est . Ne polluamini omnib . his . Et post aliquantū , Vnusquis

Leni. 19. que matrē & patrē suū timeat . Et post vnum versum , Nolite conuerti ad idola , nec Deos cōfatiiles faciatis vobis . Ego dñs Deus vester . Et post paululū , Nec remanentes , inquit , spicas colliges , neq; i vinea tua racemos & grana decidentia cōgregabis , sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes . Ego dñs Deus vester . Nō facietis furtū . Nō mētiemini . Nec

decipiāt vnuſquisq; proximū ſuū . Nō periu- rabis i noīe meo , nec pollues nomē Dei tui . Ego sum dñs . Nec facias calumniā proximo tuo , nec vi opprimes eū . Nō morabitur opus mercenarij apud te vſq; in mane . Non male- dices surdo , nec corā cēco pones offendicu- lū , sed timebis dñm Deū : quia ego sum dñs . Non facies q̄ iniūquū eſt , nec iniuste iudica- bis . Nec cōſideres personā pauperis , nec ho- nores vultū potenter . Iuste iudica proximo tuo . Non eris criminatō & ſuſurro in popu- lis . Non stabis cōtra ſanguinem proximi tui , Ego dñs . Ne oderis fratrē tuū in corde tuo , ſed publice argue eū , ne habeas ſuper illum p̄tīm . Non querās vltionē , nec memor eris iniuria ciuium tuorū . Diliges amicū tuū ſi- cutteipſum . Ego sum dñs . Leges meas custo- dite . Et paulopost , Non comedetis carnē cū fanguine . Nō augurabimini , nec obferuabitis ſomnia , neq; in rotundū atondebitis comā , nec radatis barbā . Et ſuper mortuo non incidetis carnē veſtrā , neq; figurā aliquas & ſtigmata facietis vobis . Ego dñs . Ne pſtituas filiā tuā , ne contamineſt terra , & impleatur piaculo . Et poſtvnū verſum , Ego dñs . Ne de- clinetis ad magos , nec ab hariolis aliquid ſci- ſcitemini , vt polluamini per eos . Ego domi- nus Deus veſter . Corā cano capite conſurge & honora personā ſenis , & time Deū tuum . Ego sum dñs . Si habitauerit aduenia in terra veſtra , & moratus fuerit inter vos , ne expro- bretis ei , ſed fit inter vos quaſi indigena , & diligetis eum quaſi voſmetipſos : fuſſis . n . & vos aduenia in terra Aegypti . Ego dñs Deus veſter . Nolite facere aliquid iniūquū , in iudi- cio , in regula , in pondere , in mēſura . Statera iusta & æqua ſint pondera : iuſtus modius , & quaque ſextarius . Ego dñs Deus veſter , qui eduxi vos de terra Aegypti , cuſtodore omnia p̄cepta mea , & vniuerſa iudicia , & facite ea . Ego dñs . Locutusq; eſt dñs ad Moyſen , di- cens , Hæc loqueris filijs Israel : Homo de- filijs Israel , & de aduenis , qui habitant in Is- rael , ſiquis dederit de ſemine ſuo idolo Mo- loch , morte moriatur , p̄pulus terra lapida- bit eum , & ego ponam faciē meam contra il- lum , ſuccidamq; eum de medio populi ſui , eo q̄ de ſemine ſuo dederit Moloch , & con- taminauerit ſanctuarium meum , & polluerit nomen ſanctum meū . Quod ſi negligens po- puluſ terra , & quaſi paruipendens imperiū

meum,

Leni. 10.

*All. re-
melabit.
Den. 29.*

** r.*

V.

dī.

meum dimiserit hominē qui dedit de semi-ne suo Moloch , nec voluerit eum occidere, ponā faciē meam super hominē illū , & co-gnatiōne eius , succidamq; & ipsum & omnes q; cōsenserunt ei , vt fornicarētur cū Mo-loch de medio populi sui . Anima q; declina-uerit ad magos & hariolos , & fornicata fure-rit cū eis , ponā faciē meā cōtra eā , & interficiā illā de medio populi sui . Sanctificamini , & estote sancti , q; ego sanctus sum dñs Deo vester . Custodite præcepta mea , & facite ea . Ego dñs qui sanctifico vos , Qui maledixerit patri suo aut matri , morte moriatur . Patri ma-triq; qui maledixecit , sanguis eius sit sup eū . Si in hachatus fuerit vir cū vxore alterius , & adulteriū perpetrauerit cū coniuge proximi sui , morte moriantur & mechus & adultera . Qui dormierit cū nouerca sua & reuelauerit ignominiā patris sui , morte moriantur ambo : sanguis eorū sit super eos . Siquis dormie-rit cū nuru sua , vterq; moriatur , quia scelus operati sunt ; sanguis eorū sit super eos . Qui dormierit cū masculo coitu fēmineo , vterq; operatus est nephias , morte moriātur : sanguis eorū sit super eos . Qui supra uxorem filiā du-cherit matrē eius , scelus operatus est , viuuus ar-debit cū eis , nec pmanebit tñ nephias in me-dio vestri . Qui cū iumēto & pecore coierit , morte moriatur , pecus quoq; occidite . Mu-lier q; succubuerit cuiilibet iumēto , simul interficietur cu ei , sanguis eorum sit super eos . Qui acceperit fororē suā , filiā patris sui , vel filiā matris suā , vide rit turpitudinē eius il-laq; conspexerit fratrī ignominiā nephariā rem operati sunt , occidentur in conspectū populi , eo q; turpitudinē suā muuuo reuelauerint , & portabunt iniquitatē suā . Qui coie-rit cū muliere influxu mēstruo , & reuelau-erit turpitudinē eius , ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui , interficietur ambo de medio populi sui . Turpitudinē materterq; & animæ tuę nō discooperies . Qui hoc fecerit , ignomi-niā carnis suæ nudabit , portabunt ambo ini-quitatē suā . Qui coierit cū vxore patrii vel auūculi sui , & reuelauerit ignominiā cognatiōnis suæ , portabunt ambo peccatū suū , abs-que liberis morien̄ . Qui duxerit . vxorē fra-tris sui , rē facit illicitā : turpitudinē fratrī sui * reuelauit , absq; filios erunt . Et in alio loco , Den. 19. Vir siue mulier in quibus pythonicus , vel diuinationis fuerit spūs , morte morian̄ , la-

pidib⁹ obrūt eos : sanguis eorū sit super il-los . Itē q; in alio loco , cū summo sacerdote loqueret , Virginē , inquit , ducet vxorē viduā Leu. 21. & repudiātā , & sordidā atq; meretricē non accipiet , sed puellā de populo suo , ne cō-misceat stirpē generis sui , vulgo gētis suæ , quia ego dñs q; sanctifico eū . Et post multa , Homo q; maledixerit Deo suo , portabit pētrū suum : L Leu. 24. Et q; blasphemauerit nomen dñi , morte moriatur lapidibus opprimet eū omnis multi-tudo , siue ille ciuiis , siue peregrin⁹ fuerit . Qui blasphemauerit nomē dñi , morte moriatur . Qui percuferit & occiderit hominē , mor-te moriatur . Qui pcusserit animal , reddet vi-cariū . i. animā pro anima . Qui irrogauerit maculā cuiilibet ciuiū suorū , sicut fecit , fiat ei ; fracturā pro fractura , oculum pro oculo , dentē pro dēte restituet . Qualē inflixerit ma-culā , talē sustinere cogetur . Qui percuferit iumentū reddet aliud . Qui percuferit hominē , punieatur . Ae quū iudiciū sit inter vos , siue peregrinus , siue ciuiis peccauerit , quia ego sū dñs Deus vester . Et post aliquātū , Non facie-tis vobis idolū & sculptile , nec titulos erige-tis , nec in signū lapidē ponetis in terra vestra ut adoretis eū . Ego n. sum dñs Deus vester . Hac de Leuitico . Nūc in libro cui⁹ nomē ē Numeri , q; visa sunt cōmemorāda ponemus .

Homo cū mortuus fuerit absq; filio , ad Ex libro filiā eius transfibit hæreditas : Si filiā nō Numero habuerit , habebit successores fratres suos . rū , de suc-cessione hæreditatis . Quod si fratres non habuerit , dabitis hæredi-tate fratribus patris eius . Sin autē nec patruos habuerit , dabitur hæreditas ijs qui ei proxi-mi sunt : eritq; hoc filijs Israhel sanctum legē perpetua , sicut præcepit dñs Moyſi . Et post multa , Ad vnius testimonium nullus condé-nabitur . Nō accipietis preciū ab eo qui reus est sanguinis . Hac de Numeris . Deuterono-mium deinceps considerabimus . M

Nulla erit distantia personarū : Ita paruū Deut. 1. audietis ut magnum , nec accipietis cu Ex Deu-jusquam personam , quia Dei iudiciū est . Et terono-plurimis interpositis , vbi decalogū repetit , mio , de Custodite igit̄ solicite animas vestras . Non vno solo vidiisti aliquam similitudinē in die qualo-cutus est dñs vobis in Oreb de medio ignis , Deo colē-do fugien-dijq; idōlis , & de iudicij . ne forte decepti faciatis vobis sculptam simili-tudinem , aut imaginem masculi vel fœmi-nę , similitudinem omnium iumentorum , quæ sunt super terrā , siue pisces qui sub terra morantur

morantur in aquis: ne forte oculis elevatis ad celum videoas Solē & Lunā, & omnia astra celi, & errore deceptus adores & colas, quae

Dent. 4. creauit dominus Deus tuus in ministeriu cū ētis gētibus, quē sub celo sunt. Et paulo post, Cœue, inquit, ne quando obliuiscaris pacti domini Dei tui, quod pepigit tecū, & facias tibi sculptā similitudinē eorū quae fieri dominus prohibuit. Quia dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus emulatōr. Et alio

A loco, Non habebis Deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile, nec similitudinē omniū quae in celo sunt desuper, & quae in terra deorsum, & quae versantur in aquis sub terra: Non adorabis ea, neq; coles.

Dent. 5. Ego enim sum dominus Deus tuus, Deus emulatōr, reddens iniquitatē patrū in filios in

Exo. 20. tertiam & quartam generationem, ijs qui oderant me, & faciens misericordiā in multa millia diligentibus me & cultodientibus precepta mea. Non usurpabis nomen domini Dei tui frustra, quia nō erit impunitus qui super re uana nomen eius assumperit. Et post paululū, Honora, inquit, patrem tuum & matrem sicut p̄cepisti dominus

Exo. 20. Deus tuus, vt longo viuas tempore, & beneficisti tibi in terra quam dominus Deus tuus daturus est tibi. Non occides, neq; mechaberis furtūq; non facias, nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Nō concupisces vxorem proximi tui, non domum, nō agrū, non seruum, non ancillam, non bœū, nō asinum, & vniuersa quae illius sunt. Et

Dent. 6. alibi in eodē libro, Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,

& ex tota fortitudine tua. Et paulo post, Cū comederas & satiaras fueris, caue diligenter ne obliuiscaris domini, qui eduxit te de terra Aegypti de domo seruitutis. Dominū Deum tuum timebis, & ipsi soli seruies, ac p̄ nomen illius iurabis nō ibitis post Deos alienos cunctarum gentium quae in circuitu vestro sunt, quoniam Deus emulatōr dominus Deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor dñi Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. Nō tentabis dominum Deū totū. Itē paulo post cum de alienigenis loquitur, Neq; sociabis cū eis coningia: Filiam tuā non dabis filio eius, nec accipies filiam illius filio tuo: quia seducit filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruias dijs alienis,

irasceturq; furor domini & delebit te cito.

Quin potū hęc facietis eis: Aras eorū subuerte confringite statuas lucosq; succidite, & sculptilia comburite. Et post aliquantulum, Sculptilia eorum igne combures, Nō concupisces argētū & aurum de quibus facta sunt, neq; assumes ex eis tibi quicquām, ne offendas: prōpterea, quia abominatione est domini Dei tui. Nec inferas quippiā ex idolo in domū tuam, ne fias anathema, sicut & illud est.

Quasi spūcītia m̄ detestaberis, & velut inqui-

namentum, ac fōrdes abominationi habebis, quia anathema est. Et alio loco. Obserua

& caue ne quādo obliuiscaris domini Dei

Ibidem.

tui & negligas mandata eius, atq; iudicia &

& ceremonias quas ego p̄cipio tibi hodie:

ne postquā comederas & satiaras fueris, do-

mōs pulchras edificaueris habitaueris in eis,

habuerisq; armenta & ouium greges, argen-

ti aurū cunctarumq; rerum copiam eleuerit

cor tuum, & non reminiscaris domini Dei

tui. Et post paucos versus, Ad extremū, inq;

misertus est tui, ne diceres in corde tuo, For-

titudo mea & robur manus mea hęc mihi

omnia p̄fiterunt, sed recorderis domini

Dei tui, & ipse tibi vires p̄fuerit. Et post ali-

quantū. Ut ipsi comedatis ac saturemini: Ca-

uetate ne forte decipiatnr cor vestrū, & rece-

datis à domino Deo seruatisq; dijs alienis

& adoretis eos, iratusq; dñs claudit celum.

Et post aliquantū, Subuerte omnia loca in

quibus coluerunt gentes quas possessest illis

Deos suos, super montes excelfos & col-

les super omne lignum frondosum. Dissi-

pate aras eorū & confringite statuas: lucos

igne cōburite, & idola cōminuite; disperdi-

te noīa eorū de locis illis. Et quibusdā inter-

positis, dū de alienigenis loqueret, Caue ne

imiteris ea postquā te fuerint introeunte sub

uersę, & regras ceremonias earū dicēs. Sicut

coluerunt gentes istx Deos suos, ita ego co-

lā. Nō facies similiter dño Deo tuo. Oēs abo-

minationes quas auersatur dominus, fecerūt

dijs suis, offerētes filios & filias & cōburētes

igni. Quod p̄cipio tibi, hoc tantum facio

domino, nec addas quicquā, nec minus. Si

surrexerit in medio tui, p̄phetes, aut qui soīn

niū vidisse se dicat, & p̄dixerit signū atque

potētū, & * venerit qđ locutus est, & dixे

rit tibi, Eamus & sequamur Deos alienos

quos ignoras, & seruiamus eis, nō audias ver-

ba

Dent. 13

All. eis

nerit.

Dent. 14

Dent. 15

Dent. 16

All. p̄p-

palum.

ba prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos dñs Deus vester, vt palā fiat, vtrū diligatis eū, an non in toto corde & in tota aīa vestra. Qñm Deū vestrū sequimini, & ipsum timete: mandata illius custodite, & audite vocē eius: ipsi seruietis & ipsi adh̄rebitis. Propheta aut̄ ille aut̄ fīctor somniorū interficiet, quia locutus est, vt vos auerteret à dño Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & re

Edemit de domo seruitutis: vt errare te faceret de via, quā tibi praeceperat dñs Deus tuus, & auferas malum de medio tui. Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia sive vxor q̄ est in sinu tuo, aut amicus quē diligis vt animā tuā, clam di-

Deu. 14. cēs. Eamus & sequamur Deos alienos, quos tu ignoras & patres tui, cunctarū in circuitu gentiū, quæ iuxta vel procul sunt ab initio usque ad fines terræ, nō acquiescas ei, neq; audiās, neq; parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eū, sed statim iterficies. Sit prius manus tua super eū, & post te omnis populus mittat manū, lapidib. obrutus necabī q̄ te voluit abstrahere à dño Deo tuo. Et post paululū, Non vos incidetis nec facietis calu-

Deu. 15. cium super mortuo, qm̄ populus sanctus es dño Deo tuo. Et alio loco, Si vnaus, inquit, de fratrib, tuis, qui morāt intrā portas ciuitatis tuæ, in terra quā dñs Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatē venerit, non obdurabis cor tuū, nec contrahes manū, sed aperies eā pauperi, & dabis mutuū quo eum indigere perspexeris. Cae ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinqua septimus annus remissionis, & auertas oculos a paupere fratre tuo, nolens ei q̄ possulat mutuū cōmodare, ne clamet contra te ad dñm, & fiat tibi in p̄cū, sed dabis ei. Nec ages quippiā callide in eius necessitatib. sublenandis, vt benedicat tibi dñs Deus tuus in omni tpe, & in cunctis ad q̄ manum miseris.

FNō deerūt pauperes in terra habitationis tuæ idcirco ego p̄cipio tibi vt aperias manū fratri tuo egeno, & pauperi qui tecū versatur in terra. Et post aliquantū, iudices & magistros cōstituēs in omnib. portis tuis, quas dñs Deus tuus dederit tibi, per singulas trib. tuas, vt iudicent* populo iusto iudicio, nec in alterā partē declinet. Nō accipiat personam, nec munera, quia munera excēdat oculos sapien- tiū & mutant verba iustorū. Iuste q̄ iustū est

persequeris, vt viuas & possideas terrā quam dñs Deus tuus dederit tibi. Et post pauca, Nō facies tibi atq; cōstituas statuā, quæ odi dñs Deus tuus. Item post pauca, Cū reperti fue-

Ibidem.

Deu. 17.

rint apud te intra vnā portarum tuarū quas dñs Deus tuus dabit tibi, vir aut̄ mulier qui faciant malū in cōspicū dñi Dei tui, & trāsgrediant p̄actū illius, vt vadāt & seruāt dijs alienis, & adorēnt eos, Solem & Lunam & omnē militiā cēli quæ non praecepit, & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensq; inquisieris diligenter, & verū esse repereris, & abomina- tio facta est in Israel: educes virū ac mulierē qui rem sceleratissimam perpetrauerunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidib. obruentur. In ore duorū aut̄ triū testium peribit qui interficietur: Nemo occidatur vno contra se dicē te testimoniu. Manus testium prima interficiat eum, & manus reliqui populi extrema mittatur, vt auferas malū de medio tui. Item post aliquantū, Qui aut̄ superbierit nolens obediē sacerdotis imperio, qui eo tpe mini- strat dño Deo tuo, & decreto iudicis, moria- tur homo ille, & auferas malū de Israel, cun- ctusq; populus audiens timebit, vt nullus de-

Deu. 17.

Deu. 18.

inceps intumescat superbia. Et post qđam in- terposita, cū de alienigenis admoneret, Cae inquit, ne imitari velis abominationes illarū gentium: nec inueniatur in te qui lustret filiū suū aut̄ filiā ducens per ignē, aut̄ qui hario- los sciscitetur, & obseruet lōmina atq; auguri- a: nec sit maleficus, nec incantator, neque pythones consulas nec diuinos, & quāras à mortuis veritatem. Omnia n.hæc abomina- bitur dñs. Et post aliquantū, Non stabit testis vñus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorū aut̄ triū testium stabit omne verbum. Si stererit testis mendax contra hominem, accusans eū prae- uariationis, stabunt ambo quorū causa est ante dñm in cōspectu sacerdotū & iudicū, qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligenter- si perscrutantes inuenient falsum testem dixisse contra fratru suū mendaciū, reddent ei sicut fratri suo reddere cogitauit: & aufer- res malū de medio tui, vt audientes ceteri ti- morē habeant, & nequaquā talia audeant fa- cere. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculū pro oculo, dentem pro dente, manū pro manu, pedē pro pede exiges. Et ali- bi in eodē libro, Si genuerit homo filiū con-

Deu. 19.

Deu. 21.

tumacem

eum acem & proteruū, qui non audiat patris ac matris imperiuū, & coercitus obedire contemperit: apprehendent eū, & deducent ad seniores ciuitatis illius & ad portā iudicis, dicentq; ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contēpsit, comessationibus vacat & luxuria atq;

I conuiujs: lapidib. eū obruat populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malū de medio vestri, & vniuersus Israel audiēs pertimescat.

Dkn. 22. Et post pauca, Nō videbis bouem fratri tui, aut ouē errantem & præteribis, sed reduces fratri tuo: et si non est propinquus tuus frater, nec nosti eū, duces in domū tuam & erūt apud te quandiu q̄rat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de asino & vestimento, & de omni re fratri tui q̄ perierit. Si inuenēris ea ne negligas quasi aliena. Si videris asinū fratri tui aut bouem cecidisse in via, non despicias, sed subleuabis cū eo. Non induet mulier ueste virili, nec vir vtetur ueste fēmina: Abominabilis n. apud dñm est qui facit hoc. Itē post pauca. Cū ædificaueris domum nouā, facies murū tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio & in præcep̄s ruente. Item paulo post, Si duxerit vir vxorē & postea cā odio habuerit, q̄sieritq; occasionses quib. dimittat eam, obijc̄ns ei nomen pessimū, & dixerit: Vxorē hanc accepi, & ingressus ad eā non inueni virginē: tollent cā pater & mater eius & ferent lecū signa virginitatis eius ad seniores urbis qui in porta sunt: & dicat pater, Filiam meā dedi huic vxorē, quā quia odit impunit ei nomen pessimū, vt dicat, Non inueni filiā tuā virginem: Et ecce h̄c sunt signa virginitatis filiæ meæ: Expandant uestimentū corā seniorib. ciuitatis: apprehēdantq; senes

K vrbis illius virum & verberabunt illum, condemnantes insuper centū scilic̄s argenti quos dabit patri puellæ, qm̄ diffamauit nomē pessimū luper virginē Israel: habebitq; cā vxorē & non poterit dimittere omnitpe vitæ suæ. Quod si verū est q̄ obijc̄it, & non est in puel la inuenta virginitas, ejc̄iente eam extra fores domus patris sui, & lapidib. obruent viri ciuitatis eius, & morietur, qm̄ fecit nephas in Israel vt fornicaretur in domo patris sui, & auferes malū de medio tui. Si dormierit vir cū vxore alterius, vterq; moriatur, i. adultera & adultera, & auferes malū de Israel. Si puel

lam virginē desponderit vir, & inuenērit eā aliquis in ciuitate, & concubuerit cum illa, educes vtrunq; ad portā ciuitatis illius & lapidibus obruentur: puella, quia nō clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi sui, & auferes malū de medio tui. Sin aut̄ in agro repererit vir puellā quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cū illa, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea mortis: qm̄ sicut latro consurgit contra fratrem suum, q̄ occidit animā eius: ita & puella perpessa est, sola erat in agro, clamauit & nullus affuit qui liberaret eam. Si inuenērit vir puellam virginem quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum ea, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit cū ea patri puellæ centū scilic̄s argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit eam, nō poterit dimittere cunctis dieb. vite sua. Non accipiet homo vxorē patris sui, nec reuelabit operimentum eius. Et post paululum, Non erit meretrix de filiabus Israel, neque scortator de filiis Israel. Et post paululum, Non foenerabis fratri tuo ad viuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliā rem, sed alieno. Et post paucos versus.

Cum voveris votum dño Deo tuo non tardabis reddere, quia requiri illud dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabit tibi in p̄ctū. Si nolueris polliceri, abfq; peccato eris. Quod autē semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti dño Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Et paulo post, Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorē molam, quia animam suā apposuit tibi. Si dephenſus fuerit homo solicitans fratré suum de filiis Israel, & vēdito eo accipiet p̄tium, interscietur, & auferes malū de medio tui. Et post paucos versus, Cū repētes, inquit, de proximo tuo rē aliquā q̄ debet tibi, nō ingredieris domū eius vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet q̄ habuerit. Sin aut̄ pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante Solis occasum, vt dormies in uestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram dño Deo tuo. Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenē qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei p̄tium laboris sui ante Solis occasum: quia pauper

Ibidem.

Dkn. 25.

Dkn. 23.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Dkn. 14.

Dkn. 27.

Ibidem.

M

Ibidem.

Ibidem. pauper est, & ex eo sustentat animā suam: ne clamet coram te ad dominū, & reputetur tibi in peccatiū. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnuſquisq; pro suo peccato morietur. Et post paucissimos versus, Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulū reliqueris, non reuenteris, vt tollas illū: sed aduenā & pupillū, & viduam auferre patientis: vt benedicat tibi **A** dñs Deus tuus in omni opere manū tuarū. Si fruges colliges oliuarum, quicquid remā serit in arboribus, non reuenteris, vt colligas sed relinque aduenē pupillo, ac viduę. Si vin demaueris vineā tuā, non colliges remanētes racemos, sed cedēt in vīſu aduenē pupillō, ac viduā. Memēto q̄ & tu seruieris in Aegypto, & idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quē iustum esse perspexerint, illi iustitie palmā dabunt, quē impiū, cōdénabunt impietatis. Sin aut qui peccauit, dignū viderint plagis, prosternet & corā ſe faciat verberari. Pro mēſura peccatierit & plagarū modus, ita duntaxat, vt quadrangle-nariū numerū nō excedant, ne fēde laceratus ante oculos tuos obeat frater tu⁹. Et post paulū, Si habuerint inter ſe iurgiū viri, & vnuſ contra alterū rixari cēperint, volensq; vxor alterius eruere virū ſuū de manu fortioris, miserit manū & apprehēderit verenda eius, abſcides manū illius nec flecteriſ super eam vila misericordia. Non habebis in ſacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustū & verū modius equalis & ver⁹ erit tibi. Et post pleraq; Maledictus hō q̄ facit ſculptile & cōſtitile; abominationem dñi opus manū artificū, ponitq; illud ī abſcōdi to: & r̄ndebit oīs populus, & dicet, Amē. Ma ledictus q̄ nō honorat patrē ſuū, & matrē & dicet omnis populus, Amē. Maledict⁹ q̄ trāſ fert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui errare facit cēcum in itinere: & dicet oīs populus, Amen. Maledictus qui peruerteri iudiciū aduenē pūillo, & viduę, & dicet omnis populus. Amē. Maledictus omnis qui dormit cū vxore patris ſui, & reuelat operimentū lectuli eius & dicet omnis populus, Amē. Maledictus qui dormit cū omni iūmēto, & dicet omnis populus, Amē. Maledictus q̄ dormit cū ſorore

sua, filia patris ſui, vel matris ſuæ, & dicet oīs populus, Amē. Maledictus q̄ dormit cū ſocru ſua: & dicet oīs populus, Amē. Maledictus qui clā percussierit proximū ſuū: & dicet oīs populus, Amē. Maledictus qui accepit munera, vt percutiat animā ſanguinis in no cētis: & dicet oīs populus, Amē. Huc vſq; de libris Moysi, q̄ viſa ſunt ponēda, poſuim⁹. In his vero q̄ ſequuntur, & appellantur, Iefu Nau, Iudicu, Regnorū, Paralipomenon, rerū gestarū potius hiſtoria legit, q̄ p̄cepta viuendi. Hac tñ paucissima de libro Iefu Naue præterunda in hoc opere non putauit.

R Euerintimi & ite in tabernacula veftra Iofu. 22. & in terrā poſſeſſionis q̄ tradidit vobis Ex Iofue Moysē famulus dñs trans Iordanē, ita dun-de rno taxat, vt custodiatis attente, & opere cōpleatis mandatū & legē quā p̄ceperit vobis Moy Deo adorando. fes ſeruus dñi, vt diligatis dñm Deū vestrū, & ambuletis in omnib. vijs eius, & obſeruetis mandata illius, adh̄reatisq; ei ac ſeruatis ei in omni corde, & anima veftra. Et in alio loco, Ne poſtquā intraueritis, inquit, ad gentes, quā inter nos future ſunt, iuretiſ in nomine deorū earū & ſeruatiſ eis, & adoratiſ illos, ſed a dh̄reatiſ dño Deo veftro, qđ feciſtis vſq; in diē hāc. De libro aut̄ pſalmoruſ multa poṇenda ſunt, quanuis eadē ſepe reperiantur, ſed habebo modū quantum pote-ro, ne hoc opus, quod memoria maximē tenendum eſt, in niſiam lōgitudinem pergaſ.

De psalmo I.

B Eatus vir qui non abiit in concilio im- Ex Pjal- bitorū, & in via peccatorū non ſtetit, & mis: qua cathedra derisorū non ſedit: Sed in lege do- modo ri- mini voluntas eius meditabitur die ac nocte. uendam. De psal. 2. Nūc ergo reges intelligite, erudi- min iudices terræ. Seruite dñi in timore, & exultate ei eū tremore, Adorate pure, ne forte irascatur, & pereatis de via. Cū exarferit post paululum furor eius, beati omnes qui ſperant in eū. De psal. 4. Filij viri vſquequo incliti niēi ignominioſe diligitiſ vanitatem, quārentes mendacium. Et paulo poſt, Iraſci mini & nolite peccare, loquimini cordibus veftriſ ſuper cubilia ueſtra & tacete. Sacrifi- cate ſacrificium iuſtitiae, & confide in do-mino. De psal. Quoniam non eſt Deus vo- lēs iniquitatem, nec habitabit iuxta te mali- gnus,

D Den. 23. **Ibidem.** **Den. 25.** **Ibidem.** **Den. 27.**

gnus, non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum. Odisti omnes operantes inquietatem, perdes loquètes mandacium. Virū sanguinū & dolosum abominabitur dominus. De psal. 14. Dñe quis peregrinabī intētorio tuo? & quis habitabit in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, loquiturque veritatem in corde suo.

C Qui non est facilis in lingua sua, neque fecit amico suo malū, & opprobrium non sustinuit super vicino suo. Despicit oculos eius improbos, timentem dominū glorificat. Iurat ut se affligat & non mutat, pecuniam suam non dedit ad vſuram, & munera aduersus innoxium non accepit. Qui facit hæc, non mouebī in eternū. De psal. 23. Quis ascendet in monte dñi, aut qui stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mūdo corde, q̄ non exaltauit frustra animā suā, & non intravit dolose. Accipiet benedictōnē à dño, iustitiā à Deo salutari suo. De psal. 26. Lux mea dñs & salutare meū, quē timebo? Dominus fortitudo vitæ meæ, quē formidabo? Et post tertius versus, Si sterterint aduersus me castra, nou timebit cor meū. Si resurrexerit contra me bellū, in hoc ego confidam. Vnu petij à domino, & hoc requirā. Ut habitem in domo domini omnibus diebus vitę meā: Ut videam pulchritudinem dñi, & attendem téplū eius. Et alio loco, Tibi dixit eorū, quæsiui vultum eius, facié tuam dñe requirā: Et postea, Expecta dominū, cōfortare, & roboretur cor tuū, & sustine dñm. De psal. 27. Ne tradas me cū impijs, & cum operantibus inquietatem. Qui loquuntur pacem cū amicis suis, & est malum iu corde eorum. De psal. 30. Confortamini & roboretur cor vestrum, omnes qui expectatis dominum. De psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intelligentia. In chamo & freno & maxillas eorū constringe, quia non approximant ad te. Multi dolores impij, confidentē aut in dño misericordia circūdabit. Letamini in dño, & exultate iusti, & gaudete oēs recti corde. De psal. 32. Laudate iusti dñm, rectos decet laudatio. Et alio loco, Beata gens cuius dñs Deus eius, populus quem elegit dñs in hereditatē sibi. De psal. 33. Benedic dñm in omni tpe, semper laus eius in ore meo. In dno laudabitur aia mea: audiāt mites & lētentur. Magnificate dñm me-

D cū & exalteatis nomen eius pariter. Et post paucos versus, Gustate & videte, quia bonus dñs, beatus vir q̄ sperat in eo. Timete dñm sācti eius, qm̄ nō ē inopia timētib. eū. Diuites indigerunt & esurierunt, q̄rentes aut dñm, non decret oē bonū. Venite filij audite me timorē dñi decebo vos. Quis est vir qui velit vitam, diligens videre dies bonos? Custodi linguā tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolū. Recede à malo, & fac bonum, quære pacē & perseguere eā. Et post, quartus versus, Iuxtaest dñs contritis corde, & consfratōs spū saluabit. De psal. 36. Noli contendere cum malignis, neq; æmuleris facientes iniquitatē. Qm̄ sicut herba velociter contērunt, & sicut olus viride arescent. Spera in dño & fac bonū, peregrinare in terra & passere fide Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Volue super dñm viā tuā, & cōfide in eo, & ipse faciet. Et educet sicut lumen iustitiā tuā, & iudiciū tuum sicut meridiētace dño, & expecta eū. Noli contendere aduersus eū, qui proficit in via sua, aduersus virū, qui facit q̄ cogitat. Dimitte iram & relinque furorē, noli cōtēdere ut male facias: Qui qui male faciunt, interibunt, expēstantes aut dñm, ipsi hēreditabunt terrā. Adhuc enim modicū, & non erit impius, & cogitabis de loco eius & non subsistet. Mites autem hēreditabunt terrā, & delectabuntur in multitudine pacis. Et paulo post, Melius est partū iusto, super diuitias impiorū multis. Quia brachia impiorum confringētūr, subleuat aut iustos dominus. Et post aliquantum, Recede à malo & fac bonum. Alibi, Expecta dñm & custodi vitam eius, & exaltabit te ut possideas terrā. Et alibi, custodi simplicitatē & vide rectū, quia erit ad extremū viro pax. De psal. 39. Beatus vir qui posuit in Deū confidentiam suā, & non est auerſus ad superbias pompasq; mendacij. De psal. 43. In domino gaudebimus tota die, & in nomine tuo in aeternum cōsitebimus. Et paulo post, Omnia hēc veneant super nos, & nō sumus oblitii tui, nec mentiti sumus in pacto tuo. Non est conuersum retro cor nostrum: nec declinauerunt gressus nostri à semita tua, Qm̄ declicisti nos in loco draconum, & operuisti nos ymbra mortis. Si obliti sumus nominis Dei nostri, & expādimus manus nostras ad Deū alienū. Nunquid non Deus investigabit?

bit istud? ipse. n. nouit cogitationes cordis. Qm p te morrificati sumus tota die, reputati sumus ut gressus occisionis. De psal. 46. Canite Deo, canite, canite regi nro, canite: Quia rex vniuersae terre, Deus, canite eruditte. De psal. 49. Immola Deo laude, et reddite altissimo vota tua. Et intuca me in die tribulationis, liberabo te, et glorificabis me. Impio autem dixit Deo, qd tibi est cu narratione pectorum meorum ut sum pactum meum in ore tuo? Qui odisti disciplinam, et piecisti verba mea post te. Si videbas furum, cōsentiebas ei, et cu adulteris erat pars tua. Os tuum dimisisti ad malitiam, et lingua tua cōcinnauit dolu. Sedens aduersus fratre tuum loquebaris, et aduersus filium matris tuam fabricaueras opprobriu. Hac fecisti et tacui, existimasti futurum me similem tui. Argua te, et propona ante oculos tuos. Intellige hoc qui obliuiscimini Deum, ne forte capia etiam sit qui liberet. Qui immolat confessionem, glorificat me, et quod ordinate ambulat, ostendat ei salutare Dei. De psal. 50. Ab iniestate mea et a peccato meo muda me, Qm iniestate mea ego cognoui, et peccatum meum contra me est sp. Et alibi, Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despicias. De psal. 51. Quid gloriari in malitia potens, misericordia domini tota die est. infidias cogitant lingua tua, quasi nouacula acuta faciens dolum. Dilexit malum magis quam bonum, mendacium magis quam iustitiam. Dilexisti oia verba ad deuorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternu, terribit te, et euelleret te de tabernaculo, et era dicabit de terra viuentium: Videbunt iusti et timebunt, et ridebunt: ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam. Sperauit in multitudine diuitiarum suarum, confortatus est in diuis suis. Ego autem sicut olima vires in domo Dei, sperauit in misericordia Dei in seculum sempiternum. Confitabor tibi domine in seculum, quoniam fecisti, et expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum. De psal. 61. Sperate in eo omni tempore populi, esfundite eoram illo corda vestra, Deus spes nostra est: Verum vanitas filij Adam, mendacium filij viri, in flateris dolosis fraudulenter agunt simul. Non lite confidere in calumnia, et in rapina ne frustremini. Diuitiae si fluxerint ne apponatis cor. De psal. 63. Letabitur iustus in domino, et sperabit in eo. De psal. 68. Quia propter te portauit opprobrium, operuit cōfusio faciem meam. Alienus factus sum fratribus meis, et peregrinus filius matris meae: Quia zelus domini comedit me, et opprobrium exprobriatum tibi cecidit super me. Et fleui in ieiunio animam meam, et factus sum illis in parabolam. Contra me loquebantur qui sedebant in porta, et cantabant bibentes vinum. Et aliquanto post, Laudabo nomine Dei in cantico, et magnificabo eum in confessione. Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua effarentem et vngulas. Videntes mansueti letabuntur, qui queritis dominum, viuet anima vestra: Quoniam exaudiuit pauperes dominus. De psal. 72. Quis ecce qui elongabit se a te, peribunt, perdidisti omnem formicantem a te. Mihi autem appropinquare Deo bonus est, posui in domino Deo spem meam ut narrarem omnes annunciations tuas. De psal. 75. Vouete, et reddite domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius sunt, offerent dona terribili auferenti spiritum duecum, terribili regibus terra. De psal. 77. Ausulta populis meus legem meam, inclinate aurem vestram ad verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar enigmata antiqua. Et alio loco, Et narrabunt filii suis, ut ponant in Deo spem suam, et non obliuiscantur cogitationem eius et mandata eius custodiant. De psal. 80. Laudate dominum fortitudinem nostram, iubilate Deo Iacob. Et alio loco, Israel si audieris me, non sit in te Deus alienus, et non adores Deum peregrinum. Ego sum dominus Deus vester. De psal. 81. Vnde quequo iudicatis iniquitatem, facies impiorum suscipitis? Iudicate pauperi et pupille, et geno et inopem iustificate. De psal. 83. Beati qui habitant in domo tua, adhuc laudabunt te. Beatus homo cuius fortitudo est in te, semper in corde eius transeuntes in valles, fletus. Fontem ponent eam, benedictione quoque amicietur doctus. Ibunt de fortitudine in fortitudinem, apparebunt apud Deum in Sion. Et paulo post, Quoniam melior est dies in atrio tuis super milia. Elegi abiectus esse in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis impietatis. De psal. 91. Bonum est confiteri domino, et profallere nomini tuo altissime. De psal. 93. Intelligite stulti in populo et insipientes aliquando discite. Et paulo Aug. Tomus tertius Q. Q. lopost,

Ipost, Beatus vir quem erudieris domine,
 & de lege tua docueris eum. Ut gescat dieb.
 afflictionis, donec fodiat impio interit. De
 psal. 94. Venite adoremus, & curuemur, fle-
 ctamus genua ante faciem dñi factoris nři.
 Et post sex versus, Hodie si vocē eius audie-
 ritis, nolite obdurare corda vestra: Sicut in
 cōtradictione, sicut in die tētationis in deset-
 to. De psal. 95. Cantate dño canticū nouū,
 cantate dño omnis terra. Cātate dño benedi-
 cite nō eius, annunciate de die in diem salu-
 tare eius. Narrate in gētib. gloriā eius, vniuer-
 sis populis mirabilia eius. Et post tres versus
 Afferte dño familię populorū, afferte dño
 gloriā & fortitudinē, afferte dño gloriā nō
 eius. Leuate munera & introite atria eius,
 adorate dñm ī decore sāctuarī. De psal. 96.
 Qui diligitis dñm, odite malū. Et post, secun-
 dus versus, Letamini iusti in dño, & confite-
 mini memorie sanctā eius. De psal. 97. Iubi-
 late dño omnis terra, vociferamini & lauda-
 te & canite. De psal. 98. Exaltate dñm Deum
 nostrū, & adorate scabellum pedum eius, qā
 * sanctū est. De psal. 99. Iubilate dño oīs
 terra, seruite dño in latiti a. Ingredimini co-
 ram illo in laude. Scitote quoniam dñs ipse
 est Deus, ipse fecit nos, & nō ipfi nos. Et post
 vñū verbum, Ingredimini portas eius in gra-
 tiarum actiōe, atria eius in laude cōfitemini
 ei. De psal. 100. Deambulando in simplicita
 te cordis mei in medio domus*tuæ, non po-
 nebam coram oculis meis verba Belial. Fa-
 cientem declinationes odiui, nec adhæsit
 mihi cor prauum. Recedentem à me ma-
 lum nesciebam, loquētem in abscondito cō-
 tra proximum suum, hunc interficiēbam. Su-
 perbū oculis & altum corde, cū hoc esse nō
 potero. Oculi mei ad fideles terræ, vi habi-
 tent mecum, ambulans in via simpliciter hic
 ministrabat mihi. Nō habitabit in medio do-
 mus meæ faciens malum, loquens mēdaciū
 non placebit in conspectu oculorum meo-
 rum. Mane perdam omnes impios terre, vt
 interficiā de ciuitate dñi vniuersiōs qui ope-
 rantur iniuitatem. De psal. 102. Misericor-
 dia autem dñi ab æterno & vsque in æternū
 super timentes eum. Et iustitia eius super fi-
 lios filiorū, iis qui custodiunt pactum eius.
 Et recordabuntur prēceptorum eius ad fa-
 ciendum ea. De psal. 104. Confitemini dño
 & inuocate nomen eius, notas facite populis
 cogitationes eius. Canite & psallite illi, lo-
 quimini in vniuersis mirabilibus eius. Exulta-
 te in nomine sancto eius, lāetur cor querē-
 tum dominum. Querite dominum & virtu-
 tem eius, querite faciem eius iugiter. Recor-
 damini mirabilū eius quæ fecit, signorum
 & iudiciorum oris eius. De psal. 107. Paratū
 cor meum Deus, cantabo & psallam. Sed &
 gloria mea cōlurge psalterium & cithara, cō-
 lurgam mane. Cōfitebor tibi in populis do-
 mine. cantabo te in nationibus. De psa. 110. C
 Confiterebor tibi domine in tote corde meo, *Pro*
 in consilio iustorum, & congregatione. Et *Q.*
 in alio loco, Principium sapientiæ timor do-
 mini. Doctrina bona cunctis qui faciunt eā,
 laus eius perseuerans iugiter. De psal. 111.
 Beatus vir qui timet dominum, in mandatis
 eius volet nimis. Et post, quartus versus, Bo-
 nus vir clemens, & foenerās, dispensabit uer-
 ba sua in iudicio, quia in æternum non com-
 mouebitur. In memoria sempiterna erit iu-
 stus, ab auditu malo non timebit. Paratum
 cor eius, confidens in domino, firmum cor
 eius, non timebit donec aspiciat in hostibus
 suis. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius
 permanet in æternum, cornu eius exaltabitur
 in gloria. Impius videbit & irascetur, dé-
 tibus frendet & tabescet, desiderium impio-
 rum peribit. De psalmo. 112. Laudate ser-
 ui dominum, laudate nomen domini. Sit
 nomen domini benedictum amodo & vsq;
 in æternum. Ab ortu solis vsque ad occa-
 sum eius, laudabile nōmen domini. De psal.
 113. Idola gentium argētum & aurum, opus
 manuum hominum: Os habent & non lo-
 quentur, oculos habent, & non videbunt:
 aures habent & non audient, &c. Et pau-
 lo post, similes illis siant qui faciunt ea, om-
 nes qui confidunt in eis. Israel confidit in
 domino, auxiliator, & protector eorum est.
 Domus Aaron confidit in domino, auxilia-
 tor & protector eorum est. Timentes autem
 dominum confidunt in domino, auxilia-
 tor, & protector eoīum est. De psalmo.
 115. Credidi propter quod locutus sum,
 ego afflictus sum nimis. Et post aliquantum,
 Quid reddam domino pro omnibus, que
 retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam,
 & nōmen domini inuocabo. Gloriosa in cō-
 spectu domini, mors sanctorū eius. Et post,
 terius versus, Tibi immolabo hostiā laudis
 &

a.l. san-
ctus.

a.l. mea.

4. factū
2
h
d
F
n
t
ta
le
si
ft
ti
E
fe
ad
ba
re
tu
ve

& in nomine domini inutocabo. Vota mea
dño reddam in cōspectu omnis populi eius,
in atriis domus dñi in medio tui Hierusalē.
De psal. 116. Laudate dñm oēs gentes, lauda
te eum vniuersi populi. De psal. 117. Confite
mini dño qm̄ bon⁹, qm̄ in æternū misericor
dia eius. Dicat nūc Israēl, qm̄ in æternū mi
sericordia eius. Dicat nūc domus Aarō, qm̄
in æternum misericordia eius. Dicant qui ti
mēt dñm, qm̄ in æternum misericordia eius.
Cum tribularer inuocauī dñm, & exaudiuit
me in latitudine dñs. Et post duos versus, Me
lius est sperare in dñ, q sperare in hoīe. Me
lius est sperare ī dñ, q sperare in principib.
Et post, quint⁹ uersus, Fortitudo mea & laus
meā dñs, & factus est mihi in salutem. Vox
laudis & salutis in tabernaculis iustorum. De
psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambu
lant in lege dñi. Beati qui custodiunt testi
monia eius, in toto corde exquirunt eum.
Et alio loco, Et ambulabo in spatio, quia
præcepta tua quæsiui. Et loquar ī testimonii
tuis coram regib. & non confundar. Et dele
tabor in mandatis tuis quæ dilexi. Et leuabo
manus meas ad mandata tua quæ dilexi, &
loquar in præceptis tuis. Et post quatuor ver
sus, A lege tua non declinaui. Recordatus sū
iudiciorū tuorū à seculo dñe, & consolatus
sum. Horror obtinuit me ab impiis, qui dere
liqueunt legem tuam. Carmina erant mihi
præcepta tua, in domo peregrinationis meę.
Recordatus sum in nocte nominis tui dñe,
& custodii legem tuam. Hoc factus est mi
hi, qæ præcepta tua custodiui. Pars mea dñs,
dixi, vt custodiām verbum tuū. Deprecatus
sum vultum tuū in toto corde, miserere mei,
secundum eloquium tuum. Recognitai vias
meas, & conuerti pedes meos ad testimonia
tua. Felinguaui, non neglexi custodiāre manda
ta tua. Funes impiorum implicaerunt me, &
legem tuam non sum oblitus. Media nocte
surgebā ad cōfitendum tibi super iudicia iu
stificationis tuae. Particeps ego sum omnium
timentium te, & custodientium mādata tuae.
Et post paucos versus, Ego aut̄ ī toto corde,
seruabam præcepta tua. In crassatum est velut
adeps cormeum, & ego in lege tuam medita
bar. Bonum mihi quia afflictus sum ut disce
rem præcepta tua. Melior mihi est lex oris
tui, super milia auri & argenti. Et post paucos
vers⁹, Quia lex tua meditatio mea est. Et post
paululum. Ego aut̄ loquar in præceptis tuis.
Et post paululum. Præcepta tua nō sum obli
tus. Et post, secundus versus, Foderunt mihi
superbi foucas q̄ non erāt iuxta legē tuam. Et
post, secundus versus, Paulominus cōsumps
rūt me in terra, ego aut̄ nō dimisi p̄cepta tua
Et post, quintus versus, Nisi q̄ lex tua delecta
tio mea, forte perisse in pressura mea. In
sēpētrū nō obliuiscar p̄ceptorū tuorū, q̄
p̄ ipsa viuificasti me. Tu⁹ ego sum, salua me,
qm̄ p̄cepta tua q̄siui. Me expectauerūt impij
vt pderent me, testimoniuū tuū considerabo.
Oī consummationi vidi finē, latum manda
tuū tuū nimis. Quā dilexi legem tuā, tota die
meditatio mea. Et paulo post, Ab oī semita
mala prohibui pedes meos, vt custodiā ver
ba tua. A iudiciis tuis non recessi, quia tu illu
minasti me. Quā dulce gutturi meo eloquiū
tuū sup meliori meo. Præcepta tua cōside
rabam, p̄pea odiui oēm semitā mēdacię. Lu
cerna pedi meo verbū tuum, & lux semitæ
meę. Et post, quartus versus, Aīa mea in ma
nu mea sēmp, & legis tūc nō sum oblit⁹. Po
suerunt impij laqueū mihi, & a p̄ceptis tuis
nō aberraui. Hæreditas mea testimonia tua ī
sempiternū, q̄ gaudiū cordis mei sunt. In
clicauī cor meum vt facerem iustificationes
tuas, p̄p̄ æternā retributionem. Tumultuosos
odiui, et legē tuam dilexi. Protectio mea et
scutum meum tu es, verbum tuū expectauī.
Recedite à me maligni, et custodiā mādata
Dei mei. Et post, quartus uersus, Quia scoriā
cōputasti oēs impios terrę, p̄pea dilexi testi
monia tua. Horripilauit a timore tuo caro
mea, et iudicia tua timui. Feci iudiciū et iu
sticiam, ne derelinquas me iis qui calumnian
tur me. Et post paucos versus, Propterea dile
xi mādata tua super aurū et topaziū. Propter
eā in uniusēa p̄cepta tua direxi, oēm semitā
mēdacię odio habui. Mirabilia testimonia
tua, idcirco custodiuīt ea aīa mea. Et post, se
cundus uersus, Os meū aperui et respirauī,
quia mādata tua desiderabam. Et alio loco,
Consumpsit me zelus meus, quia oblii sunt
verborū tuorū hostes mei. Probatus sermo
tuus nimis, et seruus tuus dilexit illum. Par
vulus ego sum et contemptibilis, sed præce
pta tua non sum oblitus. Et post, tertius ver
sus, Mādata tua uoluntas mea. Et paulo post.
Vide afflictionem meam, et eripe me, q̄a le
gis tua non sum oblitus. Et post, quartus ver
sus, Samach. 113.

fus, Multi qui persequuntur me & affligunt me, à testimonio tuis nō declinavi. Vidi p̄-
uaticantes tuos, & mærebā, q̄a verbum tuū
nō custodierunt. Vide qm̄ p̄cepta tua dilexi
dñe, iuxta misericordiā tuā vivifica me. Et
post, tertius versus, Gaudēs ego sum ī eloq̄o
tuo sicut qui inuenit spolia multa. Mendaciū
odio habui & detestatus sum, legem autē tuā
dilexi. Septies in die laudaui te super iudiciis
iustitiae tuae. Pax multa diligentib. legem tuā
& non est illis scandalum. Expectabam salu-
tare tuū dñe, & mandata tua feci. Custodi-
uit aīa mea testimonia tua, & dilexit ea ni-
mis. Custodiui p̄cepta tua & testimonia tua,
q̄a oēs viæ meæ in conspectu tuo. Et post, qn̄tus
versus, Sit manus tua auxiliatrix mea, q̄a
p̄cepta tua elegi. Desiderauī salutare tuū dñe,
& lex tua meditatio mea est. Et post, secundus
versus, Errauī quasi quis perdita, quare ser-
uum, q̄a mādatorum tuo rū non sum oblitus.
De psalmo. 119. Ego pacifica loquebar, &
illi debellabant ea. De psal. 121. Rogate pacē
Hierusalem, sit bene iūs qui diligit eam. Et
post, secundus versus, Propter fratres meos
& proximos meos loquebar pacem tibi. Pro-
pter domum dñi Dei nostri, quāram bona ti-
bi. De psal. 122. Ad te leuauī oculos meos,
qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorū
ad manus dñorum suorum. Sicut oculi ancil-
iae ad manum dñę suę, sic oculi nostri ad
dñm Deum nostrum, donec misereat nostri.
De psalmo. 124. Qui confidunt in dño quāsi
mons Sion, immobilis in æternum inhabita-
bilis Hierusalem. De psalmo. 127. Beati oēs
qui timent dominum, qui ambulant in viis
eius. De psalmo. 130. Sustinui dñm, sustinuit
anima mea, & verbū eius expectavi. De psal-
mo. 136. Domine non est exaltatū cor meū,
neque elati sunt oculi mei, & non ambulaui
in magnis & in mirabilib super me. Si non p̄-
posui & silere feci animam meam, sicut ab-
lactatus ad matrem suam, ita ablactata ad me
anima mea, expecta Israēl dominum à mo-
do & v̄que in æternum. De psal. 132. Ecce
q̄ bomum est & q̄ decorum habitare fratres
in vnum. De psal. 133. Ecce benedicite domi-
num omnes serui domini: Qui statī ī domo
domini, ī atrīis domus Dei nostri. In nocti-
bus leuate manus vestras in sancta, & bene-
dicite domino. De psal. 134. Laudate nomen
dñi, laudate serui dominum: Qui stati in do-

mo domini, ī atrīis domus Dei nostri. La-
date dominum, qm̄ bonus dñs, cantate nomi-
ni eius, qm̄ decens. Et post pauca, Idola gen-
tium argentum & aurum, opera manū ho-
minum: Os habent & non loquuntur, oculos
habent & non videbunt, &c. Et paulo post,
Similes illis fiant qui faciūt ea, & omnes qui
cōfidunt in eis. Domus Israēl benedicite do-
minus, domus Aaron benedicte dñm, timē
tes dñm benedicte dñs. De psal. 135. Con-
fitemini dño quoniam bonus, quoniam in
eternum misericordia eius. Cōfitemini Deo
deorum, qm̄ in eternum misericordia eius.
Confitemini dño dñorum, qm̄ in eternum
misericordia eius. Et in fine psalmi, Confite-
mini Deo cœli, quoniam in eternum miseri-
cordia eius. De psal. 136. Si oblitus fuero tui
Hierusalem, ī obliuione sit dextera mea. Ad
hæreat lingua mea gutturi meo, si non recor-
datus fuerotui Hierusalem, Si nō preposue-
ro Hierusalem, ī principio latitiae meae. De
psal. 138. Nonne odiētes te dñe odiui, & cō-
tra aduersarios tuos distabui? Perfecto odio
oderā illos, inimici facti sunt mihi. De psal.
139. Ne des domine desideria impia, scelerā
eius ne effundantur & eleuentur. Et post, ter-
tius versus, Vir linguos nō dirigetur in ter-
ra. De psal. 140. Corripet me iustus in miser-
icordia & arguet me, oleum amaritudinis
nō impinget caput meum. Et post, quartus
versus. Quoniam ad te domine oculi mei, ī
te sperauī, ne euacues animam meam. De
psal. 141. Voce mea ad dominum clamaui,
voce mea ad dominum deprecatus sum. Ef-
fundam in conspectu eius eloquium meum,
tribulationem meam coram illo annuncia-
bo. Et post, quartus versus, Clamaui ad te do-
mine, dixi tu es spes mea pars mea in terra vi-
uentium. De psal. 142. Meditabar in omnia
opera tua, facta manuum tuarum loque-
bar. Expandi manus meas ad te, anima
mea quasi terra sitiens ad te. Ex post, tertius
versus, Fac me audire mane misericordiam
tuam, quoniam in te confido. Notam fac
mihi viam in qua ambulo, quoniam ad te
leuauī animam meam. Libera me de ini-
micis domine, à te protectus sum. De psal-
mo. 143. Libera me & erue me de manu fi-
liorum alienorum, quorum os locutum est
vanitatem, & dextera eorum dextera men-
daciū: vt sint filij mei quāsi plantatio cre-
scens

a. l. landa
bit.a. l. bene-
dicas.

scens in adolescentia sua. Filiæ nostræ quasi anguli ornati ad similitudinē tépli. Próptuaria nostra plena, & supereffundéta ex hoc in illud. Pecora nra in milib. & innumerabilia in cōpitis nři, tauri nřis pingues. Nō est interrupcio, & nō est egressus, & nō est v lulatus in plateis nři. Brūs populus cuius talia sunt, brūs populus cuius dñs Deus eius. De Psal. 144. Exaltabo te dñe Deus meus, rex me⁹, & benedicā noi tuo in æternum & vltra. In oī die benedicā tibi, & laudabo nomē tuum in sempiternū iugiter. Et post, scđus verlus, Gfia tio ad gnationē * laudauerunt opera tua, & fortitudines tuas annunciatūt. Decorē gloriā magnitudinis tuę, & verba mirabilium tuo

a. l. lauda
bit.

A rum loquar. Et fortitudinē horribiliū tuorū loquent, & magnitudines tuas narrabo. Memoriam multe bonitatis tuae loquent, & iusticias tuas laudabunt. Et post, tertius versus, & sancti tui benedicūt tibi. Gloriā regni tui dicent, & fortitudines tuas loquent. Vt ostendat filii hoīum fortitudines eius, & gloriā decoris regni ei⁹. Et paulopost, iuxta est dñs omnib. qui inuocant eum in veritate. Placitum. n timentium se faciet, & clamorem eorum audiet, & saluabit eos. Custodit dñs oēs diligentes te, & vniuersos impios conteret. Laudem dñj loqueſ os meū, & * benedic oī caro nomini sancto eius in æternū, & iugiter. De Psal. 145. Lauda aīa mea dñm, laudabo Deū in vita mea, psallā Deo meo quā diu sum. Nolite confidere in principib. in filio hoīis, cui non est salus. Et post, secundus versus, Beatus cuius Deus Jacob auxiliator eius, spes eius in dño Deo suo. De Psal. 146. Laudate dñm qm̄ bonus est, canticū Deo nostro qm̄ decorū est, pulchra laudatio. Et post paucos versus, Sulcipiens manuetos dñs, humilians impios vsq; ad terrā. Cantate dño B in confessione, cantate dño nostro. Et post, quartus versus, Non est in fortitudine equi voluntas eius, neque in tibiis viri placebitur ei. Placebitur dño in iis qui timent eum, & expectant misericordiam eius. De Psal. 148. Reges terræ & omnes populi, principes, & vniuersi iudices terræ, Iuuenes & virgines, senes cum pueris laudent nomen domini. De Psal. 149. Cātate dño canticum nouum, laus eius in congregatione sanctorū. Lætet Iisrael in factore suo, filij Sion exultent in rege suo. Et post, tertius versus exaltauit mansuetos in

a. l. bene-
dicas.

Iesu exultabunt sancti in gloria, laudabunt in cubilib. suis exultationes Dei ī gutture eo rum. De Psal. 150. Laudate dñm in sanctis eius, laudate eū in fortitudine potentie eius. Laudate eū in fortitudinibus eius, Laudate eū iuxta multititudinē magnificētia sue. Et in fine psalmi. Oē qđ spirat laudet dñm. Hęc de libro Psalmodiū collegimus, qb. quisque vitā si proficere affectat, inspiciat, vbi lectorē admonemus, vt ea qđ de psalmis posui tanquam vnum psalmum cōtextum legat, tacitis verbis meis qđ ad hoc interposui, vt voluerit, inspiciat vbi sit scriptum qđ posui. i. quoto vel in quo loco eiudē psalmi. His. n. prætermisis qui lectione continua inspexerit sola verba psalmorum, multo iucūdius, & ob hoc vtilius ex diuinis afficiet eloqui. Nūc de libris Salomonis quæ videbunt huic nperi necessaria, colligemus: Ac primū de prouerbiis, qui liber si bene intelligatur, ad mores pios informandos pene totus valebit. Sed ea quæ ob secura sunt, p̄termitto, habeāt ea qb. exerceant lectors dilectoresq; spiritualium literarum. Nos in hoc opere statuimus illa ponere, quæ ad agendam vitā facile * intellectu referant. a. l. intelle Quanuis multis videri possim apertissima p̄termisisse, nonnullaque hinc potius clausa sunt vnde putantur esse perspicua. Quid enim tam clarum videt, & quid tam inepte fit si ad proprietatem velis accipere, qđ ibi scriptum est. Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis? Aut quid valet ad mores corrīgēdos, nisi ille intellectus altior requiratur, quod dictum est, Paupertas virū humiliat, manus autem fortium locupletat? cū & non esse pauperē, & esse manibus fortem, non sit in bonorum hominū potestate, sed & multis prouenerit pessimis, & hoc p̄ter D uerbiū male intellectū, posuit, puocare pauperes fortis, vt rapinis se existimat debere ditescere. Quis nō aut̄ rideat si proprie positū putauerit qđ ibi legitur. Non. n. nascuntur filij maligni? Omnia ergo talia relinque mus, & ea quibus suadetur aliquid aliquanto diutiis, cū id quod suadet atque præcipitur nō sit obscurū, & id potius sit ponēdum in hoc speculo vbi se illi inspiciant, quibus iam perlausum est, bene ac laudabiliter viue re, sed vt hoc faciant quæ sibi obtanda atque obseruanda sunt, querant. Hęc itaq; de Prouerbiis Salomonis ponēda credimus.

Admonet
qđo uten
dā sit hoc
speculo
psalmorā

Pro. 5.

Pro. 20.

D

a.l.sapien **T**Imor domini principiū * sciētię Sapiē-tiam atq; doctrinā stulti despiciūt. Audi fili mi disciplinā patris tui, & ne dimittas legem matris tuę. Et post vndeclim versus, cum de homicidiis loquereſ, Ipsi, inquit, contra sanguinē ſuū infidiātūr, & molunt̄ fraudes contra aias suas. Sic ſemita omnis auari aias poſſidentium rapiunt. Item poſt tres versus, Vſquequo paruuli diligitis infantiam? &

Pro. 1. **E**Stulti ea q̄ ſibi ſunt noxia cupiunt & imprudentes odiūt ſciētiā? Et poſt octo versus, Tūc inuocabunt me, & non exaudiā, mane cōſurgent, & nō inueniēt me eo q̄ ex oſam habuerint disciplinā, & timorem dñi non fuſcep-rint, nec acquireuerint conſilio meo, & detraherint viuierę correptioni meę. Comedent igitur fructus vię ſuę, ſuisq; conſiliis ſatura-bunt. Auerſio paruolorū interficiet eos, & p-ſperitas ſtultorū pdet illos. Qui aut̄ me audie-rit, abſq; terrore requieſceret, & abūdantia p-frueſ, malorū timore ſublato. Et poſt tres ver-fus, Si. n. ſapiētia inuocaueris, & inclinaueris cor tuū prudentiā, ſi q̄ſieris eam quaſi pe-cuniā, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorē dñi, & ſciētiā Dei inuenies, quia dñs dat ſapiētia, & ex ore eius ſciētia & prudētia. Cufodiet rectorū ſalutē, & proteget gradientes ſimplicer, ſeruans ſemita iu-ſtitię, & vias ſanctorum cufodiens. Tūc in-telliges iuſlitiam & iudicium & æquitatę, & oēm ſemita bonam. Si intrauerit ſapiētiam cor tuū, & ſcientia aia tuę placuerit, cōſiliū cufodiet te & prudētia ſeruabit te, vt eruaris de via mala & ab hoſe qui peruerſa loquiſ. Qui derelinquunt iter rectū, & ambulant p-vias tenebroſas. Qui latant cū maleſecerint, & exultant in reb. pefimis. Quorū via per-uerſe, & infames gressus eorum. Ut eruaris a muliere aliena, & ab extranca, q̄ mollit ſer-mones ſuos, & religat ducē pubertatis ſuę & paecti Dei ſui oblita eft. Et poſt octo versus,

F Misericordia & veritas nō te deſerant: Circū da eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cor-di tui, & inuenies gratiā & disciplinā bonā corā Deo & hominib. Habe fiduciā in dño ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiā tuę. In omnib. viis tuis cogita illū, & ipſe di-riget gressus tuos. Ne ſis lapiens apud temer ipsum. Time dñm & recede à malo. Et poſt vnu versu, Honora dñm de tua ſubſtantia, & de primitiis oīum frugū tuarū. Et poſt duos

 tur: ad sacras literas Euangelicas, & Apoſto-
 licas transeamus. Caput in canone testamē-
 ti noui notissima, & p̄eclarissima quatuor
 Euangelia tenuerunt, in quorū primo, quod
 scđm Matthæum est, ea q̄ nobis sunt ad hoc
 opus quod suscepimus congrua, videamus.

V Idens aut̄ dñs turbas, ascendit in mon-
 tem. Et cum sedisset, accelerunt ad eū
 discipuli eius. Et aperiēt os suū docebat eos. Ex Euān-
 dicens, Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorū est gel'ō / eā
 regnū celorū, Beati mites, qm̄ ipſi posside- dñs Mat-
 bunt terrā, Beati qui lugent, quoniam ipſi con- theūm.
 solabuntur. Beati qui elurunt & sitiunt iusti Cap. 5.
 tiam, quoniam ipſi saturabunt. Beati misericor-
 des, qm̄ ipſi misericordiā consequētur. Beati
 mundo corde, qm̄ ipſi Deū videbunt. Beati
 pacifici, qm̄ filij Dei vocabūtur. Beati qui p-
 lectionē patiuntur propter iustitiam, quo-
 niam ipsorum est regnū celorū. Beati eftis
 cū maledixerint vobis homines, & perfecu-
 ti vos fuerint, & dixerint omne malū adver-
 sum vos mentiētes propter me. Gaudete &
 exultate, quoniam merces vestra copiosa est
 in celis. Sic enim persecuti sunt Prophetas,
 qui fuerunt ante eos. Vos estis sal terra. Qd̄
 si sal euanuerit, in quo salies? Ad nihilū valet
 ultra nisi vt mittatur foras, & cōculetur ab
 hominibus. Vos estis lux mundi. Nō pōt ci-
 uitas abscondi supra montem posita, Neq;
 accendunt lucernam, & ponūt eam sub mo-
 dio, sed super candelabrum, vt luceat omni-
 bus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra
 coram hominibus, vt videant vestra bona
 opera, & glorifcent patrē vestrum qui in ce-
 lis est. Nolite putare, quoniam veni soluere
 legem, aut Prophetas. Non veni soluere, sed
 adimplere. Amen dico vobis, donec translat
 celū & terra, iota vnū aut vnu apex nō p̄a-
 terbit à lege donec omnia fiant. Qui ergo
 soluerit vnum de mandatis istis minimis, &
 docuerit sic homines, minimus vocabitur
 in regno celorum: qui autem fecerit & do-
 cuerit, hic magnus vocabitur in regno celo-
 rum. Dico autem vobis, quoniam nisi abu-
 dauerit iustitia vestra plus quam Scribarum
 & Phariseorum, non intrabitis in regnum
 celorum. Auditis quia dictum est antiquis,
 Non occides: Qui autem occiderit, reus erit

Aug. Tomus tertius. S̄t 3 iu-

S P E C V L V M

Iudicio. Ego autē dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui au-

Eze. 20. tem dixerit fratri suo Racha, reus erit conci-

lio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehen-

Dent. 5. nā ignis. Si ergo offiseris munus tuū ante alta-

re, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus

habet aliquid aduersum te, relinque ibi mu-

nus tuū ante altare, & vade prius reconcilia-

ri fratri tuo, & tunc veniens offeres munus

tuū. Esto consentiens aduersario tuo cito

dum es in via cū eo, ne forte tradat te aduer-

sarius iudicii, & iudex tradat te ministro, &

A in carcere mittaris. Amen dico tibi, nō exies

inde donec reddas nouissimum quadrantē.

Ez. 20. Audistis quia dictum est antiquis. Nō mecha-

beris. Ego autem dico vobis, quia omnis qui

viderit mulierem ad concupiscēdūn eam,

iam mechatus est eam in corde suo. Quod si

oculus tuus dexter scandalizat te erue eum,

abs te. Expedit enim tibi vt vnum pereat mē-

brorum tuorum, quam totum corpus tuum

mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua

scandalizat te, abscede eam & proiece abs te:

Expedit enim tibi vt vnum pereat membro-

rum tuorum, quā totum corpus tuum eat in

gehennā. Dicū est autem, Quicunque dimis-

rit vxorem suam det illi libellū repudij. Ego

aūt dico vobis quia omnis qui dimiserit vxo-

ré suā excepta fornicationis causa, facit eam

mēchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

Iterum audistis, quia dicū est antiquis, Non

peierabis. Reddes autem dño iuramenta tua.

Ego autē dico vobis, Non iurare omnino, ne-

que per cēlum, quia tronus Dei est; neque per

terrām, quia scabellū pedum eius est, neque

per Hierosolymā, quia ciuitas est magni regi-

is, neque per caput tuum iuraueris, quia non

potes vnum capillum album facere aut ni-

grum. Sit autē sermo vester est, est: non, non:

quod autem his abundantius est, à malo est.

Ez. 21. Audistis, quia dicū est, Oculum pro oculo,

Ez. 19. & dentem pro dente. Ego autem dico vobis,

B non resistere malo, sed si quis te percusserit

in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio conté-

dere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei &

pallium. Et quicunque te angariauerit ire mil-

le passus, vade cum illio alia duo. Qui petit

à te, da ei: & volentem mutuare à te, ne auer-

Ez. 19. taris. Audistis quia dictum est antiquis, Dilige-

ges proximum tuum, & odies inimicū tuū.

Ego autem dico vobis. Diligite inimicos ve-

stros, benefacite ijs qui vos oderunt, & ora-

Deu. 13. te propterequentib. & calūniantibus vos, vt si-

tis filij propters vestri qui in cēlis est: qui Solem

suū oriri facit super malos & bonos, & pluit

super iustos & in iustos. Si m.diligitis eos qui

vos diligunt, qui mercedem habebitis? Nonne

& publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fra-

tres vestros tantū, quid amplius facitis? Nōne

& Ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos perse-

cti, sicut & pater vester cēlestis perfectus est.

Attēdite ne iustitiam vestrā faciatis corā ho-

minibus, vt videamini ab eis. Alioquin mer-

cedē non habebitis apud patrem vestrū qui

in cēlis est. Cū ergo facis eleemosynā, noli

tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt

in synagogis & in vicis vt honorificētur ab

hominibus. Amē dico vobis, receperūt mer-

cedē suā. Te autē faciē eleemosynā, nesciat

sinistra tua qui faciat dextratua, vt sit eleemo-

synata in absēnso, & pater tuus qui videt in

absēnso reddet tibi. Cū oratis nō eritis sicut

hypocrite, qui amāt in synagogis & in angu-

lis platearum stantes orare, vt videantur ab

hominibus. Amen dico vobis receperūt mer-

cedē suā. Tu autē cū oraueris, intra in cubicu-

lum tuū, & clauso ostio ora patrē tuū in ab-

ēnso: & pater tuus qui videt in absēnso, red-

det tibi. Orantes autem nolite multū loqui,

sicut Ethnici: putant.n. quia in multiloquio

suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis:

scit.n. pater vester quid opus sit vobis ante-

quā petatis eū. Sic ergo orabitis, Pater noster

qui es in cēlis. Sanctificetur nomē tuū. Ade-

niat regnum tuū. Fiat voluntas tua sicut in cē-

lo & in terra. Panem nostrum * supersubsta-

tiālē da nobis hodie. Et dimittē nobis debi-

ta nostra, sicut & nos dimittimus debitorib.

All. 1. quotidiana. nostris. Et ne nos inducas intentionem, sed

libera nos a malo. Si enim dimiseritis homi-

nibus peccata eorum, dimittet & vobis propter

ter vester cēlestis delicta vestra. Si autē non

dimiseritis hominibus, nec pater vester di-

mittet vobis peccata vestra. Cū autē ieiunatis,

nolite fieri sicut hypocrite tristes. Extermi-

nāt enim facies suas vt appareāt hominib. ie

uniates. Amē dico vobis, perceperunt mer-

cedē suā. Tu autem cū ieiunas, vngē caput

tuū & laua faciem tuam, ne videaris homini-

bus ieiunans, sed patri tuo qui est in absēnso:

& pater tuus qui videt in absēnso, reddet

tibi.

All. mo-
dicā.

Mat. 7.

F

au-

bē-

tri-

ec-

prī-

ejō-

cē-

strā-

dib-

da-

tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolituri, & ubi fu-
res effodiunt & furantur. Thesaurizate autem
vobis thesauros in celo, ubi neque erugo neque
tinea demolituri, & ubi fures non effodiunt
neque furantur. Vbi n. est thesaurus tuus, ibi est
& cõtuus. Lucerna corporis tui est oculus
tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totum cor-
pus tuum lucidum erit: Si autem oculus tuus nequam
fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si
ergo lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae te-
nebrae quantum erunt? Nemo potest duobus dñis
seruire, aut n. unum odio habebit, & alterum di-
liget: aut unum sustinebit, & alterum contine-
net. Non potestis Deo seruire & maramonae.
Ideo dico vobis ne solliciti sitis animæ vestre
quid manducetis, neque corpori vestro quid
induamini. Nonne anima plus est quam esca, &
corpus plus quam uestimentum? Respicie uolati-
lia celi, quæ non serunt, neque metunt, neque co-
gregant in horrea, & pater uester celestis pa-
scit illa. Nonne vobis magis pluris estis illi?
Quis autem uestrum cogitans potest adjicere ad sta-
turam suam cubitum unum? Et de uestimentis quid
solliciti estis? Considerate lilia agri quo cre-
scunt, non laborant, neque nent. Dico autem vo-
bis quæ non Salomon in omni gloria sua co-
operitus est sicut unum ex ipsis. Si autem soenum
agri quod hodie est, & cras in cibarium mittitur,
Deus sic uestit, quanto magis vobis* minimæ
fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes, quid
manducabimus, aut quid bibemus, aut quo
operiemur. Hæc n. oia gætes inquirunt: scit n.
pater uester quia his omnibus indigetis. Que-
rite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, &
hac oia adjicentur vobis. Nolite ergo solli-
citati esse in crastinum. Crastinus n. dies solli-
citati est sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. Noli-
te iudicare, ut non iudicemini. In quo n. iu-
dicio iudicaueritis, iudicabitini, & in qua
mensura mensi fueritis, remetiet vobis. Quid
autem uidetis festucam in oculo fratris tui, & tra-
be in oculo tuo non uidetis? Aut quod dicis fra-
tri tuo, sine eiciâ festucam de oculo tuo, &
ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, ejice
primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis
ejicere festucam de oculo fratris tui. Nolite sa-
ctum dare canib. neque miseritis margaritas ve-
stras ante porcos, ne forte colculcent eas pe-
digibus, & conuersi dirupant vobis. Petite &
dabitur vobis, querite & inuenietis, pulsate

& aperietur vobis. Omnis qui petit accipit,
& qui querit inuenit, & pulsanti aperiet. Aut
quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus
panem, nūquid lapidem porrigit ei? Aut si pescem
petit, nunquid serpentem dabit ei? Si ergo vobis
cum sitis mali, noſtis bona data dare filiis ue-
stris, quanto magis pater uester qui in celis
est, dabit bona potentibus. Omnia ergo quæ
que uultis ut faciant vobis homines, & vos
facite eis. Hæc est n. lex & prophetæ. Intrate
per angustam portam, quia lata porta & spatio-
sa uia quæ dicit ad perditionem, & multi sunt
qui intrant per eam. Quam angusta porta & ar-
ta uia quæ dicit ad uitam, & pauci sunt qui in-
ueniunt eam. Attendite a falsis Prophetis, qui
veniunt ad vobis in uestimentis ouibus, intrinse-
cussi autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum co-
gnoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis
uias, aut de tribulis ficus? Sic ois arbor bona
fructus bonos facit, mala autem arbor, fructus
malos facit. Non potest arbor bona fructus ma-
los facere, neque arbor mala fructus bonos fa-
cere. Omnis arbor quæ non facit fructum bo-
num, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex
fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis
qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum
celorum, sed qui facit uoluntatem patris mei
qui in celis est, ipse intrabit in regnum celo-
rum. Multi dicent mihi in illa die, Dñe dñe,
nonne in nomine tuo prophetauimus, & in
tuo nomine demonia eieciimus, & in tuo no-
mine uirtutes multas fecimus? Et tunc confi-
tebor illis, quia nūquæ noui vobis. Discedite a
me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo
qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimili-
abitur uiro sapienti, qui ædificauit domum
suam supra petram, & descendit pluvia, & ue-
nerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt
in domum illam, & non cecidit: Fudata n. erat
supra petram. Et omnis qui audit uerba mea
hæc, & non facit ea, similis erit uiro stulto q
ædificauit domum suam supra arenam, & de-
scendit pluvia, & uenerunt flumina, & flau-
erunt uenti, & irruerunt in domum illam, &
cecidit, & fuit ruina eius magna. Et paulo-
post, gratis accepistis, gratis date. Nolite pos-
sidere aurum, neque argentum, neque pecuniam
in zonis uestris: Non peram in uia, neque duas
tunicas, neque calciamenta, neque uirgam:
Dignus est enim operarius cibo suo. In qua-
cunque ciuitatem aut castellum intrauteritis, in-

Mat. 10.

terrogare quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. Intrantes aut in domum, salutate ea dicentes, Pax huic domui. Et siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super illam: Si aut non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertetur. Et quicunq; non receperit vos neq; audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedib. vestris: Amen dico vobis, tolerabilius erit terre Sodomorū & Gomorrorum in die iudicij, quam illi ciuitati. Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Cauete aut ab hominib. Trident n. vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad praesides & reges ducentimi pp me in testimonij illis & gentib. Cum autē tradent vos, nolite cogitare quo aut quid loquamini, dabitur n. vobis in illa hora quid loquamini. Non n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet aut frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficiunt: Et eritis odio omnibus hominib. pp nomen meū. Qui aut per seuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Cu aut persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliā, Amen dico vobis, non cōsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dñm suū: Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruus sicut dñs eius. Si patrēfamilias Belzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nil n. opertum est quod nō reueletur & occultum qd nō scatur. Quod dico vobis in tenebris, dicate in lumine, & qd in aure auditis, prædicte super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animā aut non possunt occidere, sed potius eū timete, qui pōt & animā & corpus perdere in gehennā. Nōne duo passerē asse veneunt, & unus ex illis non cadet super terrā sine patre vestro? Vestri aut & capilli capitis oēs numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passerib. meliores estis vos. Omnis ergo qui cōfitebitur me coram hominib. confitebor & ego eum coram patre meo qui est in celis. Qui aut negauerit me corā hominib. negabo & ego eum corā patre meo qui in celis est. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non

veni pacē mittere, sed gladiū. Veni n. separare hominē aduersus patrem suū, & filiā aduersus matrem suā, & nurū aduersus socrū suā, & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrē plus qd me, nō est me dignus. Et qui amat filium aut filiā super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucē suam & sequitur me, non est me dignus. Qui

inuenit animā suam, perdet illam. Et qui perdidit animā suam pp me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eū qui me misit. Qui recipit Prophetā in nomine Prophetæ, mercedē Prophetæ accipiet.

Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Et quicunq; potū dererit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ trā in nomine discipuli, Amen dico vobis, nō perdet mercedem suā. Et paulopost,

Cui autē similem æstimabo generationē istā. Similis est pueris sedentib. in foro, qui clamantes coequalibus dicunt, Cecinimus vobis & non saltastis, lamētauiimus, & non plāxistis. Venit n. Joannes neq; māducans, neq; bibens: & dicunt, dēmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt,

Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorū & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. Et post paululum,

Ibidem. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Tollite iugū meū super vos, & discite à me, qd mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iu-

gum n. meum suave est, & onus meum leue. Itē post paululū. Si autē sciretis, quid est, Mi-

sericordiā volo, & non sacrificium, nunquā condēnassetis innocentēs. Et post paululum,

Qui non est meū, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis, omne p̄ctū & blasphemia remittetur hoīb.

spiritus autē blasphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbū contra filium hominis remittetur ei: Qui autē dixerit contra spiritū sanctū, nō remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Aut facite arborē bo-

Mnam, & fructū eius bonum: aut facite arborē malam, & fructū eius malū. Siquidem ex fru-

ctu arbor cognoscitur. Progenies vipearū, quō potestis bona loqui cū fitis mali? Ex abū

dantia n. cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de malo thelauro pfert mala.

Dico.

Mat. 1:

Mat. 16

B

Ibidem.

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum
quod locuti fuerint homines, reddent rationem
de eo in die iudicij. Ex verbis nostris iustifica
beris, & ex verbis tuis condonaberis. Et post

Matt. 15. aliquantum, Audite & intelligite. Non quod in-
trat in os, coquinat hominem, sed quod pro-
cedit ex ore, hoc coquinat hominem. Et pau-
lo post, Respondens autem Petrus, dixit ei, Edif-
fere nobis parabolam istam: At ille dixit, Ad-

A huc & vos sine intellectu estis? Non intelligi-
tis quia omne quod in os intrat, in ventre vadit,
& in feces emititur: Quia autem procede-
unt de ore, de corde exirent, & ea coquinat
hominem? De corde nostrum exirent cogitatio-
nes malorum, homicidia, adulteria, fornicatio-
nes, furta, falsa testimonio, blasphemiae. Haec
sunt quae coquinant hominem: Non lotis autem
manibus manducare, non coquinat homi-
nem. Item post aliquantum, Tunc dixit Iesus

Matt. 16. discipulis suis: Si quis vult post me venire,
abneget semetipsum, & tollat crux suam,
& sequatur me. Qui nam voluerit animam suam
saluam facere, perdet eam. Qui autem perdi-
rit animam suam propter me, inueniet eam.
Quid nam prodest homini, si mundus vniuersus
lucretur, anima vero sua detrimentum patia-
tur? Aut quam dabit homo compensationem pro
anima sua? Filius namque hominis venturus est in
gloria patris sui cum angelis suis, & tunc red-
det vnicuique secundum opera eius. Itē aliquan-
to post, Amen dico vobis, nisi conuersi fu-
eritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabi-
tis in regnum celorum. Quicunque ergo hu-
miliauerit se sicut parvulus iste, hic est ma-
ior in regno celorum: Et qui suscepit unum
parvulum tales in nomine meo, me suscipit.
Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis,
qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius, & demergatur in

B profundum maris. Vnde mundo à scandalis, ne-
cessa est namque ut veniant scandalata: Verum tamen vnde
homini illi per quem scandalum venit. Si autem
manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscede
eum & projice abs te: Bonum est tibi ad vitam
ingredi debilem, quod duas manus, vel duos pe-
des habentes, mitti in ignem aeternum. Et si ocu-
lus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs
te: Bonum est tibi cum uno oculo in vita in-
trare, quod duos oculos habentes mitti in gehen-
nam ignis. Videte ne conteneratis unum ex his
pusillis. Dico autem vobis, quia angeli eorum

in celis semper uidetur facie patris mei qui in
celis est. Venit namque filius hominis salvare quod
perierat. Et paulo post, Si autem peccauerit in te
frater tuus, uade & corripe eum inter te & ip-
sum solum. Si te audierit, lucratus es fratre tuu.
Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum
uel duos, ut in ore duorum testium uel trium
stet omne uerbū. Quod si non audierit eos,
dic Ecclesiae, si autem & Ecclesiam non audierit,
sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen di-
co vobis, quae cuncte alligaueritis super terrā, C
erunt ligata & in celo, & quae cuncte solue-
runt super terram, erunt soluta & in celo. Ite
rum dico vobis, quia si duo ex uobis conser-
ferint super terram, de omni re quaquamque pe-
tierint, fieri illis a patre meo qui in celis est.
Vbi namque sunt duo uel tres congregati in nomi-
ne meo, ibi sum in medio eorum. Tunc acce-
derunt Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties pecca-
bit in me frater meus, & dimittam ei? Visque
septies? Dicit illi Iesus. Non dico tibi usque septies,
sed usque septuaginta septies. Ideo assimila-
tum est regnum celorum homini regi, qui
uoluit ratione ponere cum seruis suis. Et cum
cepisset ratione ponere, oblatus est ei unus
qui debebat decem millia talenta. Cum autem non
haberet unde redderet, iussit eum dominus uenun-
dari, & uxorem eius & filios, & omnia quae
habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille
orabat eum, dicens, Patientiam habe in me
domine, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus
seru illius, dimisit eum, & debitum dimisit
ei. Egressus autem seruus ille, inuenit unum de
conseruis suis, qui debebat ei centum dena-
rios, & tenens suffocabat eum, dicens, Redde
quod debes. Et procidens conseruus eius, roga-
bat eum, dicens, Patientiam habe in me, & om-
nia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit,
& misit eum in carcere, donec redderet de-
bitum. Videntes autem conseruus eius, quae fie-
bant, contristati sunt ualde. Et uenerunt, & nar-
rauerunt domino suo omnia, quae facta fuerant. D
Tunc uocauit illum dominus suus, & ait illi, Serue
nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam roga-
sti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri
conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et
iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad-
usque redderet uniuersum debitum. Sic &
pater meus celestis faciet uobis, si non remi-
seritis unusquisque fratri suo de cordib. ue-
stris. Et paulo post, Et accesserunt ad eum Pha-

risti,

- risci, tentantes enim, & dicentes, Si licet ho-*
Mat. 19. mini dimittere vxorem suam quacunque ex
Gen. 1. causa? Qui respondens ait eis, Non legitis,
Gen. 2. quia qui fecit hominem ab initio, masculū
& foeminam fecit eos: Et dixit, Propter hoc
dimitteret homo patrē & matrem, & adhære-
bit vxori suā, & erūt duo in carne una. Itaq;
iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo
Deus coniunxit, homo non separat. Dicunt
illī, Quid ergo Moyses mandauit dare libel-
Deh. 24. lū repudij & dimittere? Ait illis, Qm̄ Moyses
ad duritiam cordis vestri permisit vobis di-
mittere vxores vestras. Ab initio aut̄ non fuit
E sic. Dico autem vobis, quia quicunq; dimi-
serit vxorem suam, nisi ob fornicationem, &
aliā duxerit, moechatur: & qui dimissam du-
xerit, moechatur. Dicunt illi discipuli eius: Si
ita est causa hominis cū vxore, non expedit
nubere. Qui dixit, Non oēs capiunt verbum
istud, sed quibus datum est. Sunt n. eunuchi
qui de matris vtero sic nati sunt: Et sunt eu-
nuchi, qui facti sunt ab hominib. Et sunt eu-
nuchi qui seipso eunuchizauerūt p p regnū
cēlorum. Qui potest capere, capiat. Tūc ob-
lati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret
& oraret. Discipuli aut̄ increpabant eos. Ie-
fus vero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos
prohibere ad me venire. Talium est n. regnū
cēlorum. Et cū imposuisset eis manus, abiit
inde. Et ecce vnu accedens ait illi: Magister
bone, quid boni faciam, vt habeam vitā ater-
nam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bo-
no? Vnus est bonus Deus, Si aut̄ vis ingredi
ad vitam, serua mandata. Dicit ei, Quā? Iesus
autem dixit, Non homicidiū facies, nō adul-
terabis, non facies furtum, non falsum testi-
monium dices. Honora patrem tuum & ma-
trem. Et diliges proximū tuū sicut teipsum.
Dicit illi adolescentis, Omnia hæc custodiui.
Quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis
perfectus esse, vade vende quā habes, & da
F pauperibus, & habebis thesaurum in cēlo, &
veni sequere me. Cum autem audisset verbū
adolescēs, abiit tristis. Erat enim habens mul-
tas possessiones. Iesus autem dixit discipulū
suis: Amē dico vobis, quia diues difficile in-
trahit in regnum cēlorum. Et iterum dico
vobis, Facilius est camelū per foramen acūs
transire, quam diuitem intrare in regnum cē-
lorum. Auditis autem his, discipuli miraban-
tur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus
esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis. Apud
homines hoc impossibile est, apud Deū au-
tem omnia possibilia sunt. Tunc respondens
Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia,
& secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?
Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod
vos qui secuti estis me, in regeneratione cū
federit filius hominis in sede maiestatis suā,
sedebitis & vos super sedes duodecim, iudi-
cantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui
reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut
patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios,
aut agros propter nomen meum, cētoplum
accipiet, & vitam ēternā posidebit. Multi au-
tem erunt primi nouissimi, & nouissimi pri-
mi. Et paulopost, Sicut filius hominis non ve-
nit ministrari, sed ministrare, & dare animā
suam redemptionem pro multis. Et aliquan-
to post, Reddite ergo, quæ sunt Cœsaris Cœ-
sari, & quæ sunt Dei Deo. Et alibi, Diliges
Dñm Deum tuum in toto corde tuo, & in to-
ta anima tua, & in tota mente tua. Hoc est ma-
ximum & primum mandatum. Secundum au-
tem simile est huic, Diliges proximum tuū
sicut teipsum. In his duobus mandatis vni-
uersa lex pendet & propheta. Et post paucos
versus, Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad
discipulos suos, dicens, Super cathedram
Moysi federunt Scribe & Pharisei, Omnia
ergo quæcumque dixerint vobis feruare & fa-
cite, secundum opera vero eorum nolite fa-
cere. Dicunt enim & non faciunt. Alligant au-
tem onera grauia & importabilia, & impo-
nunt in humeros hominum, digito autē suo
nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua fa-
ciant, vt videantur ab hominibus. Dilatant
enim phylacteria sua, & magnificat fimbrias.
Amant autem primos recubitus in coenis, &
primas cathedras in synagogis, & salutatio-
nes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi,
H Vos autem nolite vocari, Rabbi: Vnus est n.
magister vester: Omnes autem vos fratres e-
stis, Et patrem nolite vobis vocare super ter-
ram: Vnus est enim pater vester qui in cœ-
lis est. Nec vocemini magistri, qā magister
vester vnu est Christus. Qui maior est ve-
strū, erit minister vester. Qui autem se exal-
tit, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabi-
tur. Et paulopost, Ve vobis Scribe & Phari-
sei hypocritæ q̄ decimatis mentā & anethū
& cymīnū, & relinquitis q̄ grauiora sunt le-
gis,

*Mat. 20.**Mat. 21.**Deut. 6.**Levi. 19.**Mat. 23.**Mat. 24.**Ibidem.**K**f**c**b**i**d*

gis, iudicū & misericordiā, & fidē: Hæc o-
portuit facere, & illa non omittere. Duces cę
ci excolantes calicem, camelum aut̄ glutien-
tes. Væ vobis Scribę & Pharisei hypocritæ
qui mūdatis quod deforis est calicis & paro-
psidis intus aut̄ pleni estis rapina, & omni
immunditia. Pharisee cœce, munda prius q̄
intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id qđ
deforis est mundū. Væ vobis Scribæ & Pha-
risei hypocritæ, qui similes estis sepulchris
dealbatis, quæ à foris apparēt hominibus spe-
ciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuo-
rū, & oī spurcitia. Sic & vos à foris quidem
apparetis hominibus iusti, intus autem pleni
estis hypocrisi & iniquitate. Væ vobis Scribę
& Pharisei hypocritæ, qui qđificat is sepul-
chra Prophetarum, & ornatis monumenta
iustorum, & dicitis, Si fuissemus in diebus
patrū nostrorū, nō essemus socij eorū in san-
guine Prophetarū. Itaq; testimoniuī estis vo-
bis metipis, quia filij eorū qui Proph-
etas occiderunt. Et vos implete mensuram pa-
trum vestrorū. Serpētes genimina viperarū,
quō fugietis à iudicio gehennæ. Ideo dico vo-
bis. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sa-
pientes, & Icribas: & ex illis occidetis, & cru-
cifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis
vestris, & p̄sequemini de ciuitate in ciuitatē,
vt veniat lūp vos oī sanguis iustus, q̄ effusus
est super terrā, à sanguine Abel iusti, vsq; ad
sanguinē Zachariae Prophetē filij Barachie,
quem occidistis inter templū & altare. Amē
dico vobis, venient hæc omnia super gene-
rationē istam. Et paulopost, Et quoniam abū
dabit iniquitas, refrigerescet charitas multorū.

Mat. 24. Qui aut̄ perseverauerit vsq; in fine, hic sal-
uus erit. Et post aliquantū, Ettote parati, quia
nescitis qua hora filius hominis vēturus est.
Quis putas est fidelis seruus & prudens, quē
constituit dominus suus supra familiam suā,
vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ser-
uus quem cum venerit dominus eius, inuenie-
rit sic facientem. Amen dico vobis, qm̄ super
omnia bona sua constituerit eum. Si autem di-
xerit malus seruus ille in corde suo: Moram
facit dominus meus venire, & c̄perit per-
cutere conseruos suos, manducet autem &
bibat cum ebrijs: veniet dominus serui illius
in die qua nō sperat, & hora qua ignorat, &
diuidet eū, partemque eius ponet cum hypo-
critis: illlic erit flerus & stridor dentium.

Et post paululum, Vigilate itaq; quia nescitis
diē neq; horā. Item post paululū, Cum aut̄ Mat. 25.
venerit filius hominis in maiestate sua, & oēs ibidem.
angeli cū eo: tūc sedebitis sup sedē maiestatis
sux, & congregabuntur ante eū oēs gentes, et
separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat
oēs ab hædis: Et statuet oēs quidē à dex-
tris, hædos aut̄ à sinistris. Tunc dicet rex ijs q̄
à dextris eius erunt: Venite benedicti patris
mei, possidete paratum vobis regnum a con- L
stitutione mundi: Esuriui. n. & dedistis mihi
māducare: Situi, & dedistis mihi bibere. Ho-
spes eram, & collegistis me: Nudus, & coo-
peruistis me: Infirmus, visitatis me: In carcere
erā, & venistis ad me: Tunc r̄ndebunt ei
iusti, dicentes, Dñe, qñ te vidimus esurientē
& paup̄eris te sitientē, & dedimus tibi potū?
Qñ aut̄ vidimus hospitē, & collegim⁹ te r̄au-
tudinum, & cooperuimus? Aut qñ te vidimus
infirム, aut in carcere, & venimus ad te? Et
r̄ndens rex, dicet illis: Amē dico vobis quan-
diu fecistis vni de his fratribus meis minimis
mihi fecistis. Tunc dicet & ijs qui à sinistris
erunt: Discedite à me maledicti in ignē æter-
nū, qui paratus est diabolo & angelis eiust
Esuriui. n. & nō dedistis mihi māducare: Si-
tuui & nō dedistis mihi potū: Hospes fui, &
nō collegistis me: Nudus erā, & nō coope-
ruistis me, Infirmus & in carcere, & nō visita-
stis me. Tunc r̄ndebunt & ipsi, dicentes, Dñe
qñ te vidimus esurientē & sitientē, & hospitē,
aut nudum, aut infirム, vel in carcere; &
non ministrauimus tibi? Tunc respondebit
illis, dicens, Amen dico vobis, quandiu non
fecistis vni de minoribus his, nec mihi fe-
cistis. Et ibunt hi in supplicium æternum,
iusti aut̄ in vitā eternā. Et post aliquantū, Vi- Mat. 26.
gilate & orate vt non intretis in tentationē.

A Duocans iterū turbā, dicebat illis, Au-
Ex Euā
xite me omnes & intelligite: Nihil est gelio secū
extra hominem introiens in eum, quod pos- dū Mar-
siteū coinquinate, sed quæ de homine p̄ce- cū. c. 7.
dunt, illa sunt quę coinquinat hominē. Si q̄s M
habet aures audiendi audiat. Et cū introisset
in domū à turba, interrogabat eū discipuli
eius parabolā: Et ait illis, Sic & vos imprudē-
tes estis? Nō intelligitis quia omne intrinse-
cus introīens in hominem, non potest eū coin-
quinare, quia nō intrat in cor eius, sed in ven-
trem, & in secessum exit purgans oēs eficas?
Dicebat autem, quoniam quæ de homine
exēunt,

Marc. 8. exēunt, illa coquināt hominem. Ab intus enim de corde hominū exēunt cogitationes mala: procedūt adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiae, nequitiae, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemiae, superperbia, stultitia. Omnia hęc mala ab intus pcedunt, & coquināt hominē. Et alio loco conuocata turba cū discipulis suis, dixit eis, Si quis vult post me sequi, deneget seipsum,

A & tollat crucē suā & sequatur me. Qui enim voluerit animā suā saluā facere, perdet eam. Qui autē perdiderit animā suā propter me & Euangeliū, saluā eā faciet. Quid enim pderit homini si lucretur mundū totū, & detrimentū faciat animā sua? Aut quam dabit homo commutationē pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit & mea verba in generatione ita adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eū in gloria patris sui cū angelis suis. Et alibi, accipiens puerū statuit eum in medio eorū. Quē cū cōplexus esset, ait illis: Quisquis vnū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: Et qui cunq; me suscepit, non me suscipit, sed eū q; me misit. Et paulo post, Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquę frigidę in nomine meo, quia Christi élitis: amen dico vobis nō perdet mercedē suam. Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circunda retur mola afnaria collo eius & in mare mitteretur. Et post paululum, Habete in vobis salē, & pacē habete inter vos. Et paulo post,

Marc. 9. Et accedentes Pharisæi interrogabant eū: Si licet viro vxori dimittere, tentantes eū: At ille respondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses? Dixerunt, Moyses permisit libellum B repudij scribere & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptū istud. Ab initio autē creature masculum & feminam fecit eos Deus. Propter hoc relinet homo patrem suum & matrem, & adhæredit vxori suā, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit, homo non separat. Et in domo iterum discipuli eis, dę eodem interrogauerunt eum: Et dicit illis, Quicunq; dimiserit vxorem suā, & aliā duxerit, adulterium cōmittit super eam:

Gen. 1. & si vxor dimiserit virum suum & alijnu- Mar. 10. pserit, mēchatur. Et post quatuor versus, Si-

nite paruulos venire ad me, & ne prohibueatis eos. Talium est regnum celorum. Amen dico vobis quisquis nō reperit regnū Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Et complexans eos & imponens manus super illos benedicebat eos. Et cū egressus esset in via, pr̄currēns quidam genu flexo ante eum, rogabat eū, Magister bone, quid faciam ut vitā aeternā percipiam? Iesus autē dixit ei, Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi vnuſ Dei. Exo. 20.

Præcepta noſli? Ne adulteres: Ne occidas: C

Ne fureris: Ne falsum testimonium dixeris:

Ne fraudē feceris: Honora patrem tuum &

matrem. At ille respondens, ait illi, Magister hęc omnia seruauit à iuuentute mea. Iesus autē intuitus eū, dilexit eū, & dixit illi, Vnum tibi deest: Vade, quęcunq; habes, vende & da pauperibus, & habebis thesaurū in celo, & veni sequare me. Qui contristatus in verbo, abiit mērens. Erat enim habēs multas posses-

siones. Et circumpicieus Iesus, ait discipulis suis: Quād difficile qui pecunias habent, in regnū Dei introibunt. Discipuli autē obſtu-

pecebant in verbis eius. At Iesus rursus re-

spondens, ait illis, Filioli q; difficile est con-

fidētes in pecunijs in regnū Dei introire. Fa-

cilius est camelum per foramen acus transfe-

re, quam diuitem intrare in regnū Dei. Qui

magis admirabantur, dicentes ad seipſos: Et

qui potest saluus fieri? Et inueniens illos Iesus,

ait, Apud homines impossibile est, sed nō a-

puſ Deū. Omnia enim possibilia sunt apud

Deum. Et cepit Petrus ei dicere, Ecce nos re-

liquimus omnia, & secuti sumus te. Rādens

Iesus, ait, Amen dico vobis: Nemo est qui re-

liquevit domū aut fratres, aut forores, aut ma-

trem, aut patrē, aut filios, aut agros p̄p me &

propter Euangeliū, qui non accipiat centies

& tantum nūc in tēpore hoc, domus & fratres,

& forores & matres & filios & agros cū per-

secutionibus, & in seculo futuro vitam aet-

eram. Multi autem erunt primi nouissimi, &

nouissimi primi. Et paulo post, Scitis quia iij

qui videntur principi gentibus, dominan-

tur eis, & Principes eorum potestatem ha-

bent ipsorū. Nō ita est autē in vobis, sed qui

cunq; voluerit fieri maior, erit vester mini-

ster: Et quicunque voluerit in vobis primus

esse, erit omnium seruus. Nam & filius ho-

minis nō venit vt ministraretur ei, sed vt mi-

straret, & daret animam suam redemptio-

nem

Marc. 1

Marc. 11

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Al. lac-

ipient.

F

C

m

pu

ha

ga

il

ha

Ec

nem pro multis. Et aliquanto post, Et r̄ndens
Marc. 11 Iesus, ait eis, Habete fidē Dei. Amen dico vobis: Quicunq; dixerit huic monti tollere & mittere in mare: & non hæstauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat: sicut ei. Propterea dico vobis: Omnia quæ cunq; orantes petitis, credite quia accipietis & venient vobis. Et cū stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquē, ut & pater uester q̄ in celis est dimittat uobis pec-

Ecata uestra. Quod si uos non dimiseritis, nec pater uester, qui in celis est, dimittet uobis peccata uestra. Itē post aliquantū, Respōdēs aut̄ Iesus, dixit illis, Reddite igitur q̄ sunt Cē

Marc. 11 faris Cēſari, & quæ sunt Dei Deo. Et alio loco, Et accelsit unus de scribis, qui audierat illos conquerentes, & videns quia bene illis responderit, interrogauit eū, q̄ effet primū omnium mandatum. Iesus aut̄ respondit ei,

Quia primū omniū mādatū est, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus vñus est. Et, Diliges diūm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est primū mandatū. Secundū aut̄ simile est illi, Diliges proximū tuū tanquam teipsum. Maius horū aliud mandatū non est. Et ait illi scriba, Bene magister in veritate dixisti, quia unus est Deus & non est alijs præter eū. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximū tāquā seipsum maius est omnib. holocaustomātib. & sacrificiis. Iesus aut̄ uidens, q̄ sapienter respondis set, dixit illi: Non es longe à regno Dei. Et ne mo iā audebat eū interrogare. Et paulopost,

Ibidem. Cauere à Scribis qui uolunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & ī primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cēnīs. Qui deuorant domos uiduarū sub ob-

*Al. Lec-
cipiens.* tentu prolixæ orationis, hi * accipiunt prolixius iudiciū. Et sedens Iesus cōtra gazophylatiū, aspiciebat quō turba iactaret in gazo phylatiū, & multi diuites iactabant plurima. Cū uenisset aut̄ una uidua pauper, misit duo minuta, q̄ est quadrans. Et conuocans discipulos, ait illis, Amen dico uobis, qm̄ uidua hæc pauper plus omnib. misit qui miserū in gazophylatiū. Omnes n. ex eo q̄ abundabat illis milerunt: hæc uero de penuria sua oīa q̄ habuit misit, totū uictum suū. Et paulopost,

Et cum duxerint uos tradētes, nolite præco-

gitare quid loquamini, sed q̄ datū fuerit vobis in illa hora id loquamini. Nō n. estis uos loquentes, sed spiritus sanctus. Et post paululum, Et eritis odio omnib. propter nomē meū. Qui autem sustinuerit in fine, hic saluus erit. Et alio in loco, Videte, uigilate orantes, ne scitis n. quando tēpus fit. Sicut homo qui perregrine profectus reliquit domū suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitoris præcepit ut uigilet. Vigilate ergo: Ne fecis enim qñ dñs domus ueniet: fero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cū uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate.

GLORIA in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Et aliquando post, Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens aut̄, dicens, Qui habet duas tunicas, det nō habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Venierunt aut̄ & Publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quam q̄ constitutū est uobis, faciat. Interrogabant aut̄ eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Nemine concutatis, neq; calūniam faciat, & contenti estote stipendijs uestris. Et post aliquantū, Beati pauperes quia uestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabitimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cū uos oderint homines, & cum separauerint uos, & exprobauerint & eiecerint nomen uestrū tanquam malum propter filiū hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce n. merces uestra multa est in celo. Secundū n. hæc faciebat Prophetis patres eorum. Verumt̄ uæ uobis diuitib. qui habetis consolationem uestram. Vg uobis qui saturati estis, quia esurietis. Vg uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Vg cum benedixerint uobis oēs homines, secundū hæc faciebant Prophetis patres eorū. Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimicos uestrós, benefacite ijs qui uos oderunt.

Benedicite maleficentibus uobis. Orate pro calumniantibus uos. Et qui te percussere in maxillam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui auferet tibi uestimentū, et tunicam noli prohibere. Omni aut̄ petenti te, tribue, & qui auferit quæ tua sunt, ne reperas. Et prout vultis ut faciat uobis homines, facite illis similiter.

Et

Luc. 2.

Ex Euseb.

celiō se-

cundum

Lucam.

Luc. 3.

Luc. 6.

Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si beneficeritis ijs qui vobis benefaciunt, q̄ vobis est gratia? Siquidē & peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis ijs à quib. speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatorib. sgenerantur, vt recipiat æqualia. Verumt̄ diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuū date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condēnare, & non condēnabimini. Dimitte, & dimittemini. Date, & dabitur vobis, Mensuram bonā, & confortā, & cogitatā, & superefflentē dabunt in finū vestrū. Eadem quippe niensura qua mensi fueritis, remetet vobis. Dicebat aut̄ illis & similitudinē. Numquid potest cęcū cęcū ducere? Nōne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus aut̄ omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid aut̄ vides festucā in oculo fratris tui, trabē aut̄ quæ in oculo tuo est non cōsideras? Aut̄ quō potes dicere fratri tuo, frater, sine eijciam festucā de oculo tuo: ip̄e in oculo tuo trabē nō vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Non est n. arbor bona quæ facit fructus malos, neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquęq; arbor de fructu suo cognoscitur. Neq; n. de spinis colligūt fucus, neque de rubo vindemiant vvas. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia n. cordis os loquitur. Quid aut̄ vocatis me dñe dñe, & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit: Similis est homini adificanti domū qui fodit in altum, & posuit fundamē tum supra petram. Inundatione aut̄ facta, illi sum est flumen domui illi, & non potuit eā mouere, fundata n. erat super petram. Qui aut̄ audit & non facit, similis est homini adificanti domū suam supra terrā sine fundamento: in quā illius est flauius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna. Et post aliquantū, Cui ergo similes dicam ho-

mines generationis huius, & cui similes sūt? Pueris fedentib. in foro & loquentib. admīcēm, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltallis: lamentauimus, & non ploratis. Venit n. Ioannes Baptista, neq; mandans panē, neq; bibens vinum: & dicitis, demōnum habet. Venit filius hominis mandans & bibens, & dicitis, Ecce homo deuotor & bibens vinū, amicus publicanorum & peccatorū. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Item post aliquantū, Est aut̄ h̄c parabola. Semen est verbū Dei. Qui aut̄ fecit viam sunt, ij sunt qui audiūt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorū ne credentes salvi sīt. Nam qui supra petrā, qui cum audierint eū gaudio luscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tēpus credunt, & in tempore temptationis recedunt. Quod aut̄ in spinis cecidit: ij sunt qui audiērunt, & à sollicitudinibus & diuitijs & voluntatibus vita euntes suffocantur, & non referrunt fructū. Quod aut̄ in bonam terram: ij sunt qui corde bono & optimo audiētes verbum retinent, & fructum afferant in patientia. Nemo aut̄ lucernam accendens operit eā vase, aut̄ subtrahit lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non enim est occultū q̄ non manifestetur, nec absconditum q̄ non cognoscatur & in palam veniat. Videte ergo quomodo auditis: Qui enim habet dabitur illi, & quicunq; non habet, etiam q̄ putat s̄e habere, auferetur ab illo. Et post aliquantū, Conuocatis aut̄ duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia dēmonia, & vt láguores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neq; peroram, neq; panem, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quamecumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeat. Et quicunque non receperit vos, excentes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorū excutite in testimonium super illos. Itē post aliquantū, Dicebat aut̄ ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsū & tollat crucem suā quotidie, & sequatur me. Qui n. voluerit animam suā saluam facere, perdet illam: Nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid n. proficit homo si lucet in vniuersum mundū, se aut̄ ipsum

ipsum perdat, et detrimentū sui * fiat? Nā qui
 Al. lfa- me erubuerit et meos sermones, hunc filius
 cit. hominis erubescet cum venerit in maiestate
 sua patris, et sanctorū angelorū. Et alio loco.
 Intrauit aut̄ cogitatio ī eos, q̄s corū maior es-
 set. At Iesus videns cogitationes cordis illo-
 rū, apprehendens puerū statuit eū fecus se:
 et ait illis: Quicūq; suscepit puerū istum in
 nomine meo, me recipit. Et quicunq; me re-
 ceperit, recipit eum qui me misit. Nam qui
 minor est inter omnes vos, hic maior est. Et
 post aliquantum, Ait autem ad alterū. Seque-
 re me. Ille aut̄ dixit, Domine, permitte mihi
 primum ire sepelire patrem meum. Dixitq;
 M ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos
 suos. Tu autem vade, annūcia regnū Dei. Et
 ait alter, Sequar te domine, sed primū per-
 mitte mihi renunciare ijs qui domi sunt. Ait
 ad illū Iesus, Nemo mittens manum suā in-
 aratru et a spiciens retro, aptus est regnō Dei.
 Et post Paululū, Ecce ego mitto vos sicut ag-
 nos inter lupos. Nolite portare sacculum,
 neq; peram, neq; calciamenta, et neminem
 per viam salutaueritis. In quacunq; domū
 intraueritis, primū dicite, Pax huic domui.
 Et si ibi fuerit filius pacis requiescat super il-
 lum pax vestra: Sinautem, ad vos reuertetur.
 In eadem autē domo manete edentes et bi-
 bentes qua apud illos sunt. Dignus n. est ope-
 rarius mercede sua. Nolite transfire de domo
 in domū. Et in quacunq; ciuitatē intraueritis,
 & suscepint vos, manducate quæcunq; ap-
 ponuntur vobis, et curate infirmos qui in il-
 la sunt, et dicite, Appropinquabit in vos re-
 gnū Dei. In quacunq; ciuitatē intraueritis,
 et non receperint vos, exētētes in plateas eius,
 dicite, Etiam puluerem qui adhēsit nobis de-
 cuitate vestra, extergimus in vos. Tamē hoc
 scitote quia appropinquabit regnū Dei. Di-
 co vobis, quia Sodomis in die illa remisiūs
 erit, q̄ illi ciuitati: Er post paululum, Verun-
 tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus
 A vobis subiiciuntur. Gaudete autem, q̄ nomi-
 na vestra scripta sunt in cclis. Et post paululū
 Ecce quidam legisperitus surrexit, tentans il-
 lum, et dicens, Magister quid faciendo viā
 eternam possidebo? At ille dixit ad eum, In
 lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille
 respondens, dixit, Diliges dominum Deum
 tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua,
 et ex omnibus viribus tuis, et ex omni men-

te tua, et proximū sicut teipsū. Et paulopost,
 Quis horum triū v̄ tibi proximus fuisse illi ibidem.
 qui incidit in latrones? At ille dixit Qui fecit
 misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Va-
 de, et tu fac similiter. Et post paululū, Martha,
 Martha sollicita es et turbaris erga plurima.
ibidem.
 Porro vnu est necessariū: Maria optimā par-
 tem elegit, quæ non auferetur ab ea. Itē post
 paululum, Cum oratis, inquit, dicite, Pater
 sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum
 tuum: Panem nostrum quotidianū da nobis
 hodie, et dimitte nobis peccata nostra, siqui-
 dem et ipsi dimittimus omni habenti nobis,
 et ne nos inducas intētionem. Et ait ad illos,
 Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad il-
 lum media nocte, et dicet illi, Amice, cōmo-
 da mihi tres panes, quoniam amicus meus
 venit de via ad me, et non habeo quod ponā
 ante illum. Et ille deintus respondens, dicat,
 Noli mihi molestus esse, iā ostium clausum
 est, et pueri mei mecum sunt in cubili, non pos-
 sum surgere et dare tibi: Et ille si perseuera-
 uerit pulsans. Dico vobis, et si non dabit illi
 surgenis eo, q̄ amicus eius sit, propter impro-
 bitatem tamen eius surget, et dabit illi quo-
 quo habet necessarios. Et ego vobis dico, Pé-
 tite, et dabitur vobis: quærite, et inuenietis:
 pulsate, et aperitur vobis. Omnis enim
 qui petit, accipit: et qui querit, inuenit: et pul-
 santi aperietur. Quis autem ex vobis patrem
 petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut
 pisces, nunquid pro pisces serpentem dabit
 illi? Aut si petierit ouum, nunquid porrigit
 scorpionem? Si ergo cum sitis in ali, nō oīs bo-
 na data dare filijs vestris, quanto magis pater
 vester de celo dabit spiritum bonum peten-
 tibus se? Et paulopost, Factū est autē cū hec ibidem.
 diccret: Extollens vocē quædam mulier de
 turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit,
 et vbera quæ sūxisti. At ille dixit, Immo Bea-
 ti qui audiunt verbum Dei, et custodiunt il-
 lud. Et paulopost, Et cum loqueretur, roga-
 uit illum quidam Phariseus, vt pranderet a-
 pud se. Etingressus recubuit, Phariseus aut̄
 cepit intra se reputans dicere, quare non ha-
 ptizatus esset ante prandiu. Et ait dñs ad illū,
 Nunc vos Pharisei quod deforis est calicis
 et catini, mundatis. quod autem intus est ve-
 strum, plenum rapina ei iniquitate. Stulti,
 nonne qui fecit quod deforis est, et quod in
 tūs est fecit? Verunt̄ qđ supereſt, date elec-
 mosynam,

